in ſuo retinere dominio; ſed ſi qui [a] apud eos (b) inveniuntur, libertas eis ſervetur (c). Ii vero, qui in poſſeſſionibus eorum ſunt, licet ipſi (d) legum diſtrictione ſint liberi (e), quia colendis (f) terris eorum (g) diutius adhæſerunt, utpote condicione loci (h) debentes ad colenda remaneant rura (i), quas conſueverant, penſiones prædicti juris (1) præbeant (k), cuncta, quæ de (l) colonis, vel originariis jura præcipiunt (m), peragant, nihil eis extra hoc oneris indicetur (n), quod ſi quiſquam (o) de his, vel ad alium migrare (p) locum, vel in obſequium ſuum (q) retinere voluerit, ipſe ſibi reputet (r), qui jus colonarium (s) temeritate ſua amiſit (t), jus vero dominii ſibi juris ſeveritate damnavit (u).

## CAPUT IV.

*Idem Januario Epiſcopo* [x].

JUdæi de civitate &c. & infra [y]. Per hoc, quod vos (z) iis, quæ prave (aa) in veſtra etiam civitate (bb) acta ſunt (cc), non miſcuiſtis (dd), diſplicere vobis, quod factum eſt demonſtratis (ee), & infra (ff). Sicut legalis [gg] diffinitio Judæos novas non patitur erigere ſynagogas, ita eos (hh) ſine inquietudine veteres habere permittit. c. 3. eod.

## CAPUT V.

*Ex concilio Lateran.* (ii)

JUdæi ſive Saraceni neque ſub alendorum ſuorum puerorum (kk) obtentu, neque pro ſervitio, cap. 5. eod. & de teſtib. c. 15.



[1] *Prædictis viris*, Greg. IX.

*a* Vox *ſed* in ſolo vet. Tarracon. deſideratur. *b* Sic Raim. *penes eos*, regiſtr. Ulpianus cap. 63. de verborum ſignificatione: *Penes te amplius eſt, quam apud te* &c. *c* Sic etiam Raim. & Cont. *libertas eis tuitionis auxilio ex legum ſanctione ſervetur*, regiſtr. *d Licet & ipſi*, regiſtr. & tres Tarracon. *licet*, Raimund. & Cont. *ex*, additur in veteri regiſtr. pro ea voce verbum *eſt*, legitur in quibuſdam editis, non ſine mendo. *e Sunt* pro *ſint*, olim unus Tarrac. ſolus. *f Tamen*, additur in regiſtro ante hæc verba, & apud Raim. & in duobus Tarracon. & in Barcinon. *quia tamen*, eſt in tertio Tarracon.

*g* Vox *eorum* in uno tantum Tarrac. deſideratur. *h* Sic etiam vet. regiſtri liber, & Raim. *condicionem loci*, unus Tarracon. & edita regiſtra. *i Jura remaneant*, Raimund. *ad colenda, quæ conſueverant, jura permaneant*, regiſtr. *k Prædictis viris* pro *prædicti juris*, eſt in Barcinon. aptius, & in duobus Tarrac. ante verbum *penſiones* illæ duæ voces ſunt in tertio Tarrac. *& quas*, pro *quas*, eſt in antiquiori Tarrac. ſed vox *&* minus antiqua eſt: *quæ* pro *quas*, eſt in altero Tarracon. *penſiones prædictis viris præbeant*, regiſtr. *conſuetas penſiones prædictis viris præbentes*, unus ex veteribus Raimund. libris, & Cont. & alii editi. *Judæis reddentes*, pro *viris præbentes*, eſt in altero veteri libro. *l Quæ cuncta de*, regiſtr. vox *de* non eſt in veteri Tarracon. *cuncta etiam de*, vetus Raim. liber: *cuncta etiam, quæ de*, alter vetus, & Cont. & alii.

*m* Sic etiam regiſtr. & vetus Raimund. liber, & Cont. & alii: *percipiunt*, Barcin. & vetus Tarracon. & alter vetus Raim. liber. *n Indicatur*, Barcinon. *nil* pro *nihil*, vetus Tarrac. *indicatur*, Raimund. qui addit vocem *&* ante vocem *nihil. Nihil eis extra hæc oneris amplius indicatur*, vetus regiſtri liber: *enim* pro *nihil*, eſt in edito mendoſe. *o* Sic etiam regiſtr. *Judæorum aliquem*, addunt Raimund. & Contius; *ſi quis* pro *ſi quiſquam*, eſt in veteri Raim. libro. *p* Sic etiam in regiſtr. vox *vel* in uno Tarracon. omittitur: *transferre* pro *migrare*, Raimund. vox *ad* in veteri libro Raimund. deſideratur. *q* Sic etiam vetus regiſtr. liber: *vel in obſequio ſuo*, editus, *vel ad aliud obſequium*, Raimund. non male. *r* Sic vetus regiſtr. *tibi* pro *ſibi*, edit. non recte: *imputet*, Raimund. apertius. *s* Sic regiſtr. & Raim. *quod* pro *qui*, Barcin. vox *jus* in uno Tarrac. deſideratur. *t* Vox *amiſit*, non eſt in regiſtro: *retinet*, Barcin. & duo Tarracon. quod nondum prætuli. Omnia omittunt Raim. & Cont. *u* Sic vetus regiſtr. *tibi* pro *ſibi*, editus liber, & unus Tarrac. *cum*, Barcin. In veteri Tarracon. non ſine mendo eſt: *& infra, dominium juris ſeveritate ſe amiſſurum damnavit*: vox *juris*, olim illic non fuerat: *& jus dominii ſibi juris ſeveritate damnavit*, Raim. *domini* pro *dominii*, Cont. Poſt verba hujus capitis eſt in regiſtro: *In his ergo omnibus ita te volumus ſollerter impendi: ut nec direpti gregis paſtor reus exiſtas, nec apud nos minor æmulatio fraternitatem tuam reprehenſibilem reddat. Directi* pro *direpti*, eſt in veteri regiſtro. *x Caralitano*, additur epiſt. 5. Indict. 2. lib. 7. regiſtri B. Gregorii. *Caralis*, in veteri regiſtro. *Januen. Epiſcopo*, in veteri Raim. libro. *Igan. Epiſcopo*, in altero veteri, mendoſe. *Genuen.* apud Cont. & quoſdam alios non recte. *y* Sic etiam Raim. & Cont. excepta voce *&c.* Integra clauſula ex regiſtro hæc eſt: *Judæi de civitate veſtra huc venientes queſti nobis ſunt: quod ſynagogam eorum, quæ Caralis ſita eſt, Petrus, qui ex eorum ſuperſtitione ad Chriſtianæ fidei cultum Deo volente perductus eſt, adhibitis ſibi quibuſdam indiſciplinatis, ſequenti die baptiſmatis ſui, hoc eſt dominico, in ipſa feſtivitate paſchali, cum gravi ſcandalo, ſine veſtra occupaverit voluntate, atque imaginem illic genitricis Dei, dominique noſtri; & venerandam crucem, vel byrrhum album, quo de fonte ſurgens indutus fuerat, poſuiſſet.* In his verbis librum veterem regiſtri ſecuti ſumus: in edito non recte pro *quod ſynagogam* ſcriptum eſt, *quod in ſynagogam*, & pro *byrrhum album* eſt tantum *birum*: quo ſignificatur veſtis illa candida, quam ſacris aquis nuper tincti induunt. *z* Hæc etiam omittunt Raimund. & Cont. ſine ulla noxa. Ante hæc verba eſt in regiſtro: *Qui etiam adjecerunt, a vobis hoc perſenſum; & prædictum Petrum, ne hoc auderet, fuiſſe prohibitum; quod cognoſcentes omnino laudavimus, quia ſicut revera bonum decuit ſacerdotem, nil fieri; unde juſta eſſet reprehenſio, voluiſtis, ſed quia per hoc, quod minime vos* &c. *Super hoc* pro *per hoc*, vetus Tarrac.

*aa* Sic vetus regiſtr. *prava*, editum. *bb* Hæc in regiſtro non ſunt.

*cc Sunt acta*, vetus regiſtr. vox *acta*, in edito non eſt. *dd Non immiſcuiſtis*, duo Tarrac. *miſcuiſtis*, regiſtr. in quo ante aliquot verba eſt vox *minime*, ut ſupra retulimus. *ee Demonſtraſtis*, duo Tarrac. & regiſtr.

*ff Conſiderantes hac de re veſtræ voluntatis intentum, ac magis judicium, his hortamur affatibus, ut ſublata exinde cum ea, qua dignum eſt, veneratione, imagine, atque cruce, debeatis, quod violenter ablatum eſt, reformare*, regiſtr.

*gg* Sic etiam Raimund. *Quia ſicut, legalis*, regiſtr. *hh Ita quoque eos*, regiſtr. ut editum eſt, Raimund. Poſt hujus capitis verba additur in regiſtr. *Ne ergo ſupradictus Petrus, vel alii, qui ei in hac indiſciplinationis pravitate præbuere ſolatium, ſine conſenſu, hoc zelo fidei ſe feciſſe reſpondeant; ut per hoc quaſi eis neceſſitas fieret convertendi: admonendi ſunt atque ſcire debent; quia hoc circa eos temperantia magis utendum eſt, ut trahatur ab eis velle, non ut adducantur inviti. Quia ſcriptum eſt*: VOLUNTARIE SACRIFICABO TIBI, *ideſt* EX VOLUNTATE MEA CONFITEBOR ILLI. Cetera legantur in regiſtro ſcribo autem, *item*, pro *ideſt;* ſumuntur enim ea verba ex pſalmis 27. & 53. ἑκουσίως θύσω σοι. *Voluntarie ſacrificabo tibi*: ſic Hieronym. & vulgaris editio: d. pſalm. 53. *ego libens* ſcripſiſſem καὶ ἐκ θελήματός μου ἐξομολογήσομαι αὐτῷ. *& ex voluntate mea confitebor ei*, Vulgaris: *& in cantico meo confitebor illi*, Hieron. *ii* Sic etiam Raimund. adde *cap. XXVI.* ex conciliis, *non XXIV.* ut eſt apud Contium: ſed apud Gullielm. Neubrigen. eſt *pars cap. XI.* quod in conciliis eſt *cap. XXIII.* cujus principium fuit, *Cum dicat Apoſtolus* &c. ut ſub titulo de eccleſiis reædificandis. *kk* Vox *ſuorum* in concil. non eſt,

vitio, vel alia qualibet cauſa (a) Chriſtiana mancipia in domibus ſuis (b) permittantur habere; excommunicetur autem (c), qui cum eis (d) præſumpſerit (e) habitare: teſtimonium quoque (f) Chriſtianorum adverſus Judæos in communibus cauſis (g) cum illi adverſus Chriſtianos teſtibus ſuis utantur (h), recipiendum eſſe cenſemus, & anathemate decernimus feriendos, quicumque Judæos Chriſtianis voluerint in hac parte præferre (i), cum eos Chriſtianis ſubjacere oporteat, & ab eis pro ſola humanitate foveri. Si qui præterea Deo inſpirante (k) ad fidem ſe converterint (l) Chriſtianam, a poſſeſſionibus ſuis nullatenus excludantur, cum melioris condicionis converſos ad fidem eſſe oporteat, quam ante quam fidem ſuſciperent (m), habebantur. Si autem ſecus (n) fuerit factum, principibus (o) ſeu poteſtatibus eorundem locorum, ſub pœna excommunicationis injungimus, ut portionem hereditatis (p), & bonorum ſuorum ex integro eis faciant exhiberi.

### CAPUT VI.

*Ex eodem* (q).

c. 6 eod. ITA quorundam animos occupavit (r) ſæva cupiditatis, ut qui gloriantur (s) nomine Chriſtiano, Saracenis arma, ferrum, & lignamina deferant galearum (t), & pares (u), aut etiam ſuperiores in malitia (x) fiant illis [y], dum ad impugnandos Chriſtianos arma eis, & neceſſaria ſubminiſtrant (z): ſunt etiam, qui pro ſua cupiditate in galeis, & piratis (aa) Saracenorum navibus regimen, & curam gubernationis exerceant (bb): tales igitur ab eccleſiæ communione (cc) præciſos, & excommunicationi pro ſua iniquitate (dd) ſubjectos [ee], & rerum (ff) ſuarum per principes [gg] catholicos, & conſules civitatum privatione mulctari, & capientium ſervos, ſi capti fuerint, fore (hh) cenſemus: præcipimus autem [ii], ut per eccleſias (kk) maritimarum urbium crebra, & ſollemnis in eis excommunicatio proferatur (ll).

### CAPUT VII.

*Alexander III.* (mm)

QUia ſuper iis [nn], unde nos in litteris cap. 4. eod.
(oo) tuis de Judæis ſcripſiſti, certum canonem non habemus (pp); ſ. t. ſignificatione præſentium intimamus, quod clero tuo in unum pariter convocato, generaliter tam noſtra, quam tua auctoritate indicas [qq], ut Judæi oſtia, vel feneſtras in die paraſceve apertas (rr) non habeant, ſed eas per totum diem claudant (ſſ). Mancipia quoque (tt) Chriſtiana nulla cum eis habitare permittas, ſed generaliter

eſt, habent Gull. & Raim. *a* Sic etiam Raimund. *nec* pro *vel*, concil. *vel aliqua alia cauſa*, Gull.

*b* Vox *ſuis* non eſt in duobus veteribus Gregor. eſt apud Cont. & alios, & in concil. & apud Gull.

*c* In omnibus libris præter unum Tarrac. eſt *excommunicentur*: vox *autem*, in altero Tarrac. eſt omiſſa.

*d* *Cum ipſis*, Gull. ſolus. *e* Sic unus tantum Tarrac. *præſumpſerint*, habent alii Tarrac. & Barcinon. & concil. & Gull. & Raimund. *f* Sic in concil. *autem* pro *quoque*, Gull. *quodcumque*, vetus Gregor. *& infra*, Raimund. & Cont. ſub hoc titulo: ſed ſub titulo de teſtibus ediderunt. *Judæi, ſive Saraceni & infra. Teſtimonium quoque* &c. Utrubique addi debuit a Contio, quid pro illis verbis, *& infra*, ſubſtitui poſſet.

*g* *Omnibus* pro *communibus*, concil. & Gull. & Raimund. tres Tarracon. in quorum duobus olim *omnibus*, mox *communibus*. *h* Sic concil. *uti præſumant*, Raimund. *i* Sic in conc. & in Gregor. *in hac parte præferre præſumpſerint*, Gullielm. *k* *Dei inſpiratione*, vetus Gregor. ſolus.

*l* *Convertant*, vetus Tarracon. tantum: vox *ſe* in Suriana concil. editione deſideratur.

*m* Sic vetus Gregor. & Gullielm. *acceperunt*, concil. *ſuſceperant*, alter vetus Gregor. *ſuſceperint*, Cont. & alii: *anteaquam*, pro *ante quam*, duo Tarracon. *n* *Si ſecus*, unus Tarracon. ſolus.

*o* *A principibus*, vetus Gregor. tantum. *p* Sic etiam concil. & Gull. *ſuæ*, addit Raim.

*q* Ante hæc verba additur in veteri Tarracon. *Idem*, non recte. *Item*, ſcribi potuit: poſtea eſt in Contiano tantum, *cap. XXI.* ego ſcribo, *cap. XXIV.* ex conciliis: ſed apud Gullielm. eſt *cap. IX.* Non ſervatur ordo neque a Bernardo, neque a Raimund. in his duobus capitibus, cum hoc debuerit præferri capiti quinto, quod eſt ſumptum ex capite XXVI. ejuſdem concilii. At in veteri Tarrac. ante hoc caput notatur ſcribi debere, *quod nobis eſt caput ſeptimum*: & huic additur titulus. De illis, qui portant arma Saracenis; ſub quo titulo hoc erit caput unicum. In ceteris libris, ut editum eſt.

*r* *Occupat*, Gullielm. ſolus. *s* Sic etiam Raimund. *ut cum glorientur*, concil. & Gull.

*t* Sic etiam Gull. *ligamina galearum deferant*, concil. *ligamina deferant galearum*, vetus Gregor. & Cont. & alii: *deferunt*, alter vetus Gregor. *u* *Eis*, additur in concil. tantum. *x* Hæc in uno tantum Tarracon. omiſſa ſunt. *y* Vox *illis*, non eſt in concil. habent ceteri libri: *ſtant* pro *fiant*, vetus Gregor. ſolus.

*z* *Subminiſtrent*, vetus Gregor. ſolus. *aa* *Piraticis*, ſcribendum, ut eſt in concil. & in Gregor. vox *&* in duobus, tribuſve Tarrac. ſcribitur poſt vocem *piratis*: ego exiſtimo concilium voluiſſe diſtinguere naves piraticas a navibus onerariis. *bb* Sic etiam Raimund. *exercent*, concil. & Gull.

*cc* Sic etiam Gull. *eccleſiaſtica* pro *eccleſiæ*, Raimund. *a communione eccleſiæ*, concil.

*dd* Hæc omittunt Raim. & Cont. habent ceteri libri. *ee* *Subitos*, unus Tarrac. non recte: forte *ſubditos*.

*ff* Vox *&* in Gregor. non eſt, habent alii. *gg* Sic etiam Raimund. *per ſæculi principes*, concil. *per principes ſæculi*, Gull. *hh* Sic etiam concil. & Gull. *fieri ſervos*, Raimund. & Cont. aliis omiſſis.

*ii* Sic Gull. *etiam* pro *autem*, concil. & Gregor. & vetus Tarracon. *kk* *In eccleſiis*, vetus Tarrac. ſolus.

*ll* Sic vetus Gregor. in altero autem *in eis*, omittuntur, & in duobus Tarrac. *eos* pro *eis*, additum alia manu, in tertio Tarracon. *in eos fiat excommunicatio*, Gull. *excommunicatio proferatur in eos*, concil. *eos* pro *eis*, Cont. & alii: cetera, ut edita ſunt; quod placet. Poſt verba hujus capitis additur in conciliis, & apud Gull. *Excommunicationis quoque* &c. ut ſub titulo de raptoribus cap. 2. in hac collectione.

*mm* Sic etiam Raim. & Cont. ego addendum cenſeo, *Maſſilienſi Epiſcopo*, ut cap. 28. de decimis, in hac collect. quod eſſe partem ejuſdem reſcripti didici. Contiano libro non credimus, cum ait illius capitis principium fuiſſe, *In lib. ſuper his*, ſed ſcribendum eſt, *Quia ſuper his.*

*nn* Multa omittunt Raimund. & Contius. *oo* *Nobis* pro *nos*, eſt in tribus Tarrac. vox *in* non eſt in uno ex eiſdem libris. *pp* *Non habeamus*, unus Tarrac. *qq* *Edicas*, unus Tarrac. non male *interdicas*, Raim.

*rr* *Aperta*, duo veteres Gregor. *apertas*, Cont. & alii. *ſſ* *Sed clauſa teneant tota die*, veteres Gregor. *clauſas*, Cont. & alii. *tt* Hæc omittunt Raimund. & Contius, quod ſatis videretur proviſum aliis reſcriptis, & concilio Lateranenſi.

UNED

liter cunctis edicas, ne aliquis Chriſtianorum in eorum ſervitio audeat commorari, ne forte ex ipſorum converſatione (*a*) ad Judaiſmi perfidiam convertantur.

## TITULUS VI.
## DE HÆRETICIS.
### CAPUT I.

*Stephanus omnibus Epiſcopis* (*b*).

De hæretic. cap. 1. DUbius in fide (*c*) infidelis eſt, nec eis omnino credendum eſt [*d*], qui fidem veritatis ignorant.

### CAPUT II.

*Leo Papa Epiſcopo Toribio Aruſticenſi* [1] [*e*].

c. 2. eod. QUI alios ab errore (*f*) non revocat, ſe ipſum errare demonſtrat.

### CAPUT III.

*Auguſtinus de fide* (*g*).

FIrmiſſime tene; & nullatenus dubites omnem hæreticum, vel ſchiſmaticum [*h*], quamvis multas [*i*] eleemoſynas faciat, vel etiam pro Chriſto (*k*) ſanguinem fundat, cum diabolo (*l*), & angelis ejus æterni ignis incendio participandum (*m*), niſi ante finem hujus (*n*) vitæ catholicæ fuit (*o*) incorporatus, & redintegratus eccleſiæ: *& poſt pauca* (*p*). Omni enim homini [*q*], qui eccleſiæ catholicæ (*r*) non tenet unitatem, nec baptiſmus, neque eleemoſyna quamtumlibet copioſa (*s*), neque mors pro nomine ſuſcepta Chriſti (*t*) proficere poterit ad ſalutem. c. 3. eod.

Oo 2 CA-

[1] *Aſturicenſi*, forte.

*a Converſione*, unus Tarracon. quod non æque placet.

*b Stephanus Papa*, vetus Tarrac. aliis omiſſis. *Stephanus Papa omnibus Epiſcopis*, Raim. & Cont. ego *Xyſtus omnibus fratribus*, ex conc. ſcriberem: eſt autem epiſt. 1. Apud Burch. lib. 1. cap. 144. *ex decretis Julii Papæ orientalibus Epiſcopis miſſis cap.* 18. item apud Ivonem parte 5. cap. 257. decr. & in marg. *Sixtus* 2. id habet epiſt. 1. *Julii Papæ* eſt in conc. hoc 11. *caput* non 18. in veteri epitome canonum eſt *caput* 10. ſumptum vero eſt ex concilio Nicæno cap. 45. Eadem hæc Xyſti verba refert Hadrianus Papa in epiſt. ad Epiſcopum Mediomatric. cap. 4. cujus multa capita refert Anſelm. Lucenſis lib. 3. cap. 88. & exſtant in concil. *c* Ante hæc verba ſcribi potuit, *Pars cap.* PLACUIT, UT SEMPER. hoc enim eſt initium d. cap. 11. apud Julium: & d. c. 4. apud Hadrian. ſive *Pars cap.* DE CETERO PLACUIT. ex verbis Xyſti Papæ, nos utraque verba referemus: *De cetero placuit propter malorum hominum infeſtationes; ut in accuſatione domini miniſtrorum primo perſona, fides, vita, & converſatio blaſphemantium, enucleatim perſcrutetur. Nam fides omnes actus hominis præcedere debet, quia dubius* &c. Hæc Xyſtus. Nicæni concilii apud Julium verba ſunt: *Placuit, ut ſemper in accuſatione clericorum primo perſona, fides, vita, & converſatio blaſphemantium perſcrutetur. Nam fides* &c. ut ſupra, ſic in concil. & apud Burch. & in epitome *in accuſationem*, pro *in accuſatione* habet Ivo. Brevius hæc apud Hadrianum ſunt: *Placuit, ut ſemper primo in accuſatione clericorum fides, & vita blaſphemantium perſcrutetur. Nam fides* &c. ſic in concil. *Placuit etiam, ut*, Anſelm. *d* Sic etiam Raimund. *eſt credendum*, tres Tarracon. & concil. in epiſt. Xyſti, & d. cap. 11. & Ivo, & epitome canon. *eſſe credendum*, Hadr. in concil. & Burch. & Anſelm. Poſt verba hujus capitis addit Xyſtus: *nec rectæ converſationis vitam ducunt, quoniam tales facile, & indifferenter lacerant, & criminantur recte, & pie viventes. Idcirco ſuſpicio eorum diſcutienda eſt primum, & corrigenda neque accuſatoribus ſuſpectis, vel de inimicorum domo prodeuntibus eſt credendum.* Hucuſque repetitum eſt apud Julium, licet alia addiderit Xyſtus non contemnenda: *& facile*, pro *facile*, habet Julius in concil. & *primo* pro *primum*, & *pro ſuſpectis vel*, eſt *ſuſpectis &*, in marg. tamen additur, *alias vel.* Apud Burch. & Ivon. & in epitome can. *Ideo* pro *Idcirco*, eſt: & *primo* pro *primum*: & *domibus* pro *domo*: hoc amplius apud Ivon. *accuſationibus* pro *accuſatoribus*, non recte, & in epitome bis verbum *eſt* deſideratur. At apud Hadr. in concil. *aut non*, eſt pro *nec*: & poſt vocem *viventes* additur, *& credentes. Ideo* &c. & *primo* pro *primum*, nec poſt vocem *corrigenda* quidquam eſt. Apud Anſelm. eſt, *aut non*, & *deducunt* pro *ducunt*: & *Ideo* pro *Idcirco*: & *primo* pro *primum*: extrema vox eſt *corrigenda.* Poſtremo referam Felicis minoris verba ad Athanaſium Alexandrinum, & alios Epiſcopos cap. 11. *Perſonæ accuſantium tales eſſe debent quarum fides, & converſatio, & vita probabilis, & abſque reprehenſione ſit, & quæ omni careat ſuſpicione, quia & hoc te præſente, ut bene noſti, in Nicæna ſynodo propter malorum hominum infeſtationem ab omnibus definitum eſt: licet pravorum hominum inſidiis ſint hæc, & alia quam plura delcta.* Cetera ad hoc caput pertinentia videnda in notis noſtris ad epiſtolam Hadriani.

*e Leo Papa*, Raimund. & Cont. aliis omiſſis. *Toribino Aruſtienſi*, Barcinon. non recte. *Turibio Epiſcopo Aſturienſi*, regiſtrum B. Leonis epiſt. 93. quæ in concil. eſt 91. cap. 15. *ad Turbium Aſturicenſem Epiſcopum*, concil. ego *Toribio Epiſcopo Aſturicenſi*, ſcribo. *f* Addi poteſt, *pars cap.* DE QUA RE. hoc enim eſt initium d. cap. 15. Ejus integram clauſulam ſcripſimus: *De qua re quintidecimi capituli ſermo conqueritur, & præſumptionem diabolicam merito deteſtatur, quia & nos iſtud veracium teſtium relatione comperimus, & multos corruptiſſimos eorum codices, qui canonici titularentur, invenimus.* Et poſt alia: *Unde ſi quis Epiſcoporum vel apocrypha haberi per domos non prohibuerit, vel ſub canonicorum nomine eos codices in eccleſia permiſerit legi, qui Priſcilliani adulterina ſunt emendatione corrupti; hæreticum ſe noverit judicandum: quoniam qui alium ab errore* &c. ſic in regiſtro: *titulantur* pro *titularentur*, concil. *Qui alios, dum poteſt, ab errore* &c. vetus Gregor. *cum* pro *tum*, alter vetus & Cont. & alii. *g Catholica*, addunt Raimund. & Cont. *ad Petrum diaconum, alias diſcipulum*, Ivo parte 1. cap. 4. & 39. *Auguſtin. in libro de XL. regulis*, Anſelm. lib. 8. in fine decreti. Sunt, qui negent, eſſe hunc Aurelii Auguſtini librum: exſtat hoc titulo, *De fide ad Petrum diaconum*: eſt autem hoc illi caput 39.

*h* Sic etiam Raimund. *&* pro *vel*, Paſchalis Papa, qui verba Auguſtini refert, in libro Veronen. *quemlibet hæreticum, ſive ſchiſmaticum*, Auguſt. & Ivo, & Anſelm. *i* Sic etiam Paſchal. hæc omittunt Raimund. & Contius: *in nomine patris, & filii, & ſpiritus ſancti baptizatum, ſi eccleſiæ catholicæ non fuerit aggregatus, quantaſcumque eleemoſynas fecerit*, Auguſt. Ivo, & Anſelm. excepta voce *catholicæ*, quam omittit Anſelm. & *quantaſque* pro *quantaſcumque*, ſcribit. *k* Sic etiam Paſch. *& ſi pro Chriſti nomine etiam ſanguinem fuderit*, Auguſt. & Ivo: *nomine Chriſti*, Anſelm. cetera, ut Aug. *l* Sic etiam Paſchal. & Raim. pro his ſcribunt Aug. & Ivo, & Anſelm. *nullatenus poſſe ſalvari.* *m* Sic etiam Raimund. *mancipandum*, Paſch. non male.

*n* Sic etiam Paſch. voce *hujus* carent Raimund. & Cont. omnia omittunt Auguſt. Ivo, & Anſelm.

*o Fuerit*, Barcinon. & tres Tarracon. & Paſch. & Raimund. aptius.

*p* Sic etiam Raim. hæc omittunt Ivo, & Anſelm. & Paſchal. nullaque ſunt in Auguſtini libris.

*q* Sic etiam Auguſt. & Ivo. *Cum* pro *Omni*, duo Tarracon. vox *enim* a Raim. & Contio eſt omiſſa. *Homini enim*, Anſelm. *r* Solus Ivo caret hac voce *catholicæ*.

*s* Sic etiam Raimund. *quamlibet copioſa*, Auguſt. Ivo, Anſelm. & tres Tarracon.

*t* Malo *Chriſti ſuſcepta*, ut eſt in ceteris libris, Aug. Ivone, Anſelm. Raim. & tribus Tarrac. Poſt verba hujus capitis eſt apud Ivon. & Anſelm. *quando in eo vel hæretica, vel ſchiſmatica pravitas perſeverat, quæ ducit*

*ad*

## CAPUT IV.

*Gregorius Anaſtaſio Antiocheno* [*a*].

c. 4. eod. FRaternitati tuæ &c. & infra *b*). Illa enim ſynodus *c* , quæ ſub imagine primæ Epheſinæ facta eſt, quædam in ſe allata [*d*] capitula dicit approbata (*e*), quæ ſunt Cæleſtini (*f*), atque Pelagii prædicamenta, & cum Cæleſtinus, & Pelagius (*g*) in ea ſynodo ſint damnati (*h*), quomodo poterant illa capitula recipi, quorum damnabantur auctores? (*i*)

## CAPUT V.

*Alexander III. Remen. Archiepiſcopo.*

c. 7. eod. CUM Chriſtus perfectus Deus, perfectus ſit homo(*k*), mirum eſt (*l*), qua temeritate quiſquam audeat dicere (*m*), quod Chriſtus non ſit aliquid [*n*], ſecundum quod homo *o*), ne autem tanta poſſit in eccleſia Dei ſuboriri abuſio (*p*), & error (*q*) induci: mandamus per A. s. qua. (*r*) convocatis magiſtris [*s*] ſcholarium (*t*) Pariſius, & Remis [*u*], nec non (*x*) & aliarum civitatum circumpoſitarum (*y*), auctoritate noſtra ſub anathemate interdicatis [*z*], ne quis de cetero audeat dicere, Chriſtum non eſſe aliquid, ſecundum quod homo (*aa*), quia ſicut Chriſtus eſt verus Deus, ita verus homo (*bb*) ex anima rationali, & h. car. [1] ſubſiſtens (*cc*).

## CAPUT VI.

*Ex concilio Lateran.* (*dd*)

SIcut ait beatus Leo: licet *ee*) eccleſiaſtica diſciplina ſacerdotali contenta judicio cruentas effugiat (*ff*) ultiones, catholicorum tamen Principum conſtitutionibus adjuvatur, ut ſæpe quærant homines ſalutare remedium, dum corporale ſuper ſe metuunt (*gg*) ſupplicium evenire (*hh*). Ea propter, quia in Vaſconia c. 8. eod.

nia

(1) *Humana carne*, Greg. IX.

*ad mortem.* Anſelm. omittit vocem *vel* priori loco: *quandiu* pro *quando*, Aug. aptius, voce *vel* priori etiam omiſſa. *a Epiſcopo Antiocheno*, vetus Tarracon. & lib. 7. epiſt. 47. Indict. 2. regiſtri B. Gregorii: ut editum eſt, duo veteres Raimund. libri. *Greg. IX.* &c. Cont. & alii mendoſe.

*b* Scribendum *Fraternitatis*, ut eſt in tribus Tarracon. & in regiſtro, & apud Raim. Integra clauſula ex regiſtro hæc eſt: *Fraternitatis tuæ ſcripta ſuſcepi profeſſionem fidei recte ſervantia, magnaſque omnipotenti Deo gratias rettuli.* Et poſt alia: *Præterea dum de ſanctorum conciliorum cuſtodia tua Fraternitas loqueretur, ſanctam Epheſinam ſynodum primam ſe cuſtodire profeſſa eſt; ſed quia ex annotatione hæretici codicis, qui ad me ex Regia urbe tranſmiſſus eſt, agnovi per hoc, quod quædam capitula catholica cum hæreticis fuerant reprehenſa: quia quidam illam Epheſinam primam ſynodum in eadem urbe exiſtimant, quæ quondam ab hæreticis traditur eſſe compoſita: omnino neceſſe eſt, ut charitas veſtra eandem ſynodum apud ſanctam Alexandrinam, atque Antiochenam eccleſiam requirat, & qualiter in veritate ſe habeat, inveniat. Vel ſi placet, hinc dirigimus, quam ab antiquitate ſervatam in ſcriniis habemus. Illa enim ſynodus* &c. De eodem codice falſo nomine Epheſinæ ſynodi inſcripto ſcribit idem Gregorius *Narſi Comiti* lib. 5. indict. 14. epiſt. 14. cap. 114. aitque eum codicem Manichæorum habuiſſe ſententias; quas dum Græcus quidam reprehenderet, reprehendit catholicam ſententiam de morte animæ Adæ, dum peccaret, in quo ſe pelagianum Græcus oſtendit. De eadem re ſcribit *Eulogio Alexandrino*, & huic eidem *Anaſtaſio Antiocheno Epiſcopo* lib. 6. Indict. 15. epiſt. 31. cap. 195. *c* Hæc etiam omittunt Raim. & Cont. ſunt in regiſtro.

*d Oblata*, regiſtr. *relata*, unus olim Tarrac. *e Aſſerit* pro *dicit*, regiſtr. vox *approbata*, in uno Tarrac. deſideratur. *f Cæleſtii*, regiſtr. eadem varietas eſt in veteri libro Græco canonum Epheſinorum: *fuerunt* pro *ſunt*, unus Tarrac. *g Atque* pro *&*, Raim. *Cæleſtius, atque Pelagius*, regiſtr. vide epiſt. 25. 26. & 27. Innocentii primi, quibus reſcribit tribus Africanorum Epiſcoporum epiſtulis de hac hæreſi Cæleſtii, & Pelagii, & epiſt. 1. Cæleſtini primi. *h Sunt* pro *ſint*, regiſtr. *Epheſina* pro *ea*, Raim. Ejus ſynodi habendæ cauſa fuit Neſtorius Conſtantinop. ſed Cæleſtium quoque, & Pelagianos fuiſſe illic damnatos. Evagrius, & Proſper ſcribunt, atque id apparet ex Græca ſynodo. *i* Sic etiam regiſtr. *poterunt* pro *poterant*, Raim. & *damnantur* pro *damnabantur.* Errant, qui putant hæc capitula alioqui fuiſſe catholica; ſed propter odium auctoris improbari. Legantur tres Gregorii epiſtulæ, quarum mentionem fecimus, & videbitur ea capita fuiſſe Pelagianorum venena, ſic enim interpretor vocem *prædicamenta*, hoc eſt venenoſa dogmata; ut illud eſt de Adami morte. Vide concil. Milevitani cap. 1. & Africani cap. 76. ex quo eſt apud Gratian. de conſecrat. diſt. 4. c. 152. PLACUIT IGITUR, & alia huic proxima capita in dictis conciliis, & apud Grat. & in corpore canon. d. cap. 76. &c. concilii Africani, & in Cæleſtini decretis, & in Græcis Carthagin. concilii regulis cap. 109. & cetera capita legantur, quæ poſtea ſequuntur. Poſt hujus capitis verba eſt in regiſtro: *Quia vero pervenit ad nos in Orientis eccleſiis nullum ad ſacrum ordinem niſi ex præmiorum datione pervenire* &c. ea ſub titulo de ſimonia erant ſcribenda. *k Perfectus ſit Deus, & perfectus homo*, concil. parte 49. cap. 20. poſt concil. Later. *perfectus ſit Deus, & perfectus ſit homo*, vetus Tarracon. *perfectus Deus, & perfectus ſit homo*, alter vetus Gregor. & duo Tarrac. & Cont. & alii. *l* Multa omittunt Raimund. & Contius quæ ſunt in concil.

*m Dicere præſumat*, concil. *n* Vox *ſit* omiſſa eſt in concil. in priori editione.

*o* Sic in concil. *eſt homo*, pro *homo*, Barcin. & duo Tarracon. plenius.

*p Nequitia ſuboriri*, concil. *q Vel error*, concil. *r Fraternitati tuæ &c. quatenus*, concil. *per A. ſ. pr. m. qua.* unus Tarrac. *Apoſtolica ſcripta* pro *A. ſ.* Barcin. apertius: *mandamus, quatenus*, Raimund. & Cont. aliis omiſſis. *s* Hæc etiam omittunt Raimund. & Cont. *t Scholarum*, concil. & unus olim Tarrac.

*u Pariſien. & Rhemen.* concil. aptius: ſed illis temporibus ita loquebantur, *Pariſius* pro *Pariſiis*, ineptiſſime. *Pariſienſium*, eſt in Suriana concil. editione. *x* Hæc vox in concil. non eſt.

*y* Omittitur etiam hæc vox in concil. *circumſcriptarum*, Barcin. quod nondum probavi.

*z Interdicas*, tres Tarracon. & concil. & Raimund. aptius. *aa* Sic Raimund, & concil. *quod eſt homo*, duo Tarracon. quod malo. *bb* Sic in concil. *verus eſt homo*, Raimund.

*cc Humana carne*, concil. & Raimund. vox *carne*, eſt etiam in veteri Tarracon. ſumuntur hæc ex ſymbolo Athanaſii, & ut nota verba brevius ſcripta ſunt: *Perfectus*, inquit, *Deus, perfectus homo ex anima rationali, & humana carne ſubſiſtens.* Τέλειος θεὸς καὶ τέλειος ἄνθρωπος, ἐκ ψυχῆς καὶ ἀνθρωπίνης σαρκὸς ὑφιστάμενος.

*dd* Adde *cap.* 27. ex concil. ſive *cap.* 4. ex Gullielm. hiſtoria; *cap.* 22. Cont.

*ee* Recte Cont. addit a Raim. prætermiſſa, quæ ſunt in concil. *Leo Papa*, habet ſolus Gull. Leonis verba unde ſumantur, nondum inveni: quod vero interpretes adferunt ex epiſt. 29. ſive 31. ad Pulcheriam Auguſtam, quod eſt apud Grat. 23. q. 5. cap. 21. non eſſe id, quod quærimus, manifeſtum eſt.

*ff* Sic etiam Gull. & Cont. *non efficiat*, concil. *gg Metuant*, Barcinon. ſolus.

*hh* Sic etiam Cont. *evenire ſupplicium*, concil. *judicium, vel ſupplicium evenire*, Gull.

nia (a), Albeſeſio (b), & partibus Toloſanis (c), & aliis locis hæreticorum (d), quos alii Catharos (e), alii publicanos, alii Paterinos (f), alii aliis nominibus vocant, invaluit damnanda [g] perverſitas, ita ut jam (h) non in occulto, ſicut alibi (i), nequitiam ſuam exerceant, ſed errorem ſuum publice manifeſtant [k], & ad (l) conſenſum (m) ſuum ſimplices attrahant (n), & infirmos. Eos, & defenſores, & receptores (o) eorum anathemati decernimus ſubjacere, & ſub anathemate prohibemus, ne quis (p) in domo, vel terra (q) ſua tenere, vel fovere, aut negotiationem cum eis exercere præſumat. Si autem in hoc peccato deceſſerint (r), neque ſub (s) privilegiorum noſtrorum quibuſcumque (t) indultorum obtentu, neque ſub alia quacumque (u) occaſione oblatio pro eis fiat (x), aut inter Chriſtianos accipiant ſepulturam [y].

## CAPUT VII.

*Idem* (z).

Non ponitur.

DE Brabanzonibus (aa) etiam [bb], & Aragonenſibus (cc), Navarris, Vaſculis (dd), & Cotarellis (ee), qui tantam in Chriſtianos exercent immanitatem (ff), ut non eccleſiis, non monaſteriis deferant (gg), non viduis, & pupillis (hh), non pueris, aut ſenibus [ii], nec cuilibet [kk] parcant ætati, aut ſexui, ſed morte [1] paganorum (ll) omnia perdunt, & vaſtant (mm). Similiter conſtituimus, ut ipſi (nn), qui eos tenuerint (oo), vel conduxerint, vel foverint per regiones, in quibus taliter debaccantur, in dominicis, & aliis diebus ſollemnibus (pp) per eccleſias excommunicati publice nuntientur [qq], & eadem omnino ſententia, & pœna (rr) cum prædictis hæreticis habeantur adſtricti, nec ad communionem recipiantur eccleſiæ, niſi ſocietate illa peſtifera, & hæreſi abjuratis. Relaxatos autem ſe noverint a debito fidelitatis, & hominii [ſſ], ac totius [tt] obſequii, donec in tanta iniquitate permanſerint, quicumque illis aliquo pacto (uu) tenentur adnexi. Principibus autem, cunctiſque fidelibus (xx) in remiſſionem injungimus peccatorum, quod tantis (yy) cladibus viriliter ſe opponant, & contra eos armis tueantur populum Chriſtianum. Confiſcentur quoque bona eorum (zz), & liberum ſit prin-

[1] *More*, forte.

*a* Sic etiam Cont. *Waſconia*, Gull. & tres Tarrac. *Gaſconia*, concil. *b* *Albeſeſo*, vetus Tarracon. *Albegeſio*, duo alii Tarracon. & Gull. & Cont. *Albigeſio*, Barcinon. quod malo. *Allegeſio*, concil.
*c* Sic concil. & Gull. *Quia in partibus Toloſanis*, Raim. [*&*] *quia*, Cont. vide cap. 10.
*d* *Ita*, addunt concil. & Gull. poſt vocem *locis*: vox *hæreticorum* ſola a Raim. probata eſt, cetera addit Cont.
*e* Sic etiam concil. & Gull. *Cazaros*, duo veteres Greg. *Gazaros*, Cont. & alii: eo etiam nomine dicuntur in conſtit. Federici ſecundi de ſtatutis, & conſuetudinibus. De Catharis vel in prima generali ſynodo Nicæna actum eſt cap. 8. *Novatiani*, appellantur a Grat. 1. q. 7. cap. 8. non male. *Cataros*, Cont. in marg. non recte: vide cap. 11. *f* Sic etiam Gull. *alii Patrinos*, *alii publicanos*, concil. *alii Patarinos*, vetus Gregor. aliis omiſſis: *alii Patarenos*, alter vetus & Cont. & alii addit in marg. Cont. *alii publicanos*, vox *Patarenos*, eſt in marg. concil. Surianæ edit. atque etiam eſt in d. conſtit. Federici. Credo *Patarenos* dictos, quod Patrem tantum colerent: publicanos forte, quod evangelicum publicanum imitari ſe dicerent: hæ duæ voces, *alii publicanos*, non ſunt in duobus Tarracon. neque in Barcinon. totidem, *alii Paterinos*: ante omnia edita vox *&* additur in uno Tarracon. *g* Sic Gull. & multi Gregor. *damnata*, concil. *damnoſa*, Barcin. & vetus Gregor. & vetus Tarrac. *h* Hæc omittunt Raim. & Cont. vox *ita*, in concil. non eſt, neque apud Gullielm.
*i* *Alii*, unus Tarracon. & Gull. *aliqui*, concil. *k* Sic in concil. *manifeſtent*, Gull.
*l* *Ut ad*, Barcinon. ſolus. *m* Sic etiam concil. & Gull. *errorem*, duo Tarracon.
*n* Sic etiam concil. *attrahunt*, Gull. & tres Tarrac. *o* Sic Gull. & concil. & duo veteres Gregor. *receptatores*, Cont. & alii. *p* *Eos*, addunt omnes præter unum Tarracon. ſcribendum igitur eſt.
*q* Sic duo veteres Gregor. *in domibus*, *vel in terra*, concil. *in domo*, *vel in terra*, Gull. & Cont. & alii.
*r* Sic etiam concil. & Gull. *deceſſerit*, Raim. *s* Sic etiam Raimund. *nec ſub*, Gull. *non ſub*, concil.
*t* Sic Gull. & Raim. *cuilibet*, concil. *u* Sic etiam Raim. *niſi* pro *neque*, Gull. mendoſe: *nec ſub aliacumque*, concil. non optime. *x* *Aut*, addit Gull. ante hæc verba: *aut oblatio fiat pro eis*, concil. *eo* pro *eis*, Raim. cetera, ut edita ſunt. *y* *Recipiant ſepulturam*, concil. *ſepulturam accipiant*, Gull. *accipiat ſepulturam*, Raimund. *z* Hoc caput portio eſt proximi capitis in concil. & apud Gull. Neubrig. *Ibidem* pro *Idem*, ſcribi potuiſſet, aut tolli utraque vox, & verba conjungi. *aa* *Brebantionibus*, concil. *Brebationibus*, Gull. *Brabantionibus*, Barcinon. *Braibenſionibus*, vetus Tarracon. *Bribanzonibus*, olim alter Tarrac.
*bb* Hæc vox non eſt in concil. neque in Barcin. neque in tribus Tarrac. neque apud Gull.
*cc* *Arrogenum*, concil. *Arragonenſibus*, Gull. & unus Tarrac. *Arogenenſibus*, olim alter Tarr.
*dd* *Navariis*, *Baſculis*, concil. & Gull. *Baſculis* pro *Vaſculis*, eſt in Barcinon. & in quattuor Tarracon. Vaſcones exiſtimo eoſdem eſſe. *Baſtuli* in Baetica fuerunt, cujus magna pars his temporibus Mauris ſerviebat.
*ee* *Et Coterellis*, Gull. *Coterellis*, concil. altera voce omiſſa: addunt autem concilia, *& Triaverdinis*, ignota autem mihi hæc nomina ſunt. *ff* Sic etiam Gull. *inhumanitatem*, concil.
*gg* *Nec* pro *non*, bis concil. & Gull. qui mendoſe omittit, *non eccleſiis. Honorem deferant*, vetus Tarracon. habet non male. *hh* *Puellis*, concil. *nec* pro *non*, duo Tarrac. *nec viduis*, *ac pupillis*, Gull.
*ii* Sic etiam Gull. *non ſenibus & pueris*, concil. *kk* Sic etiam in concil. *non* pro *nec*, Gull. *aut*, duo Tarr.
*ll* *More* ſcribendum pro *morte*, ut eſt in conc. & in Barcinon. & in tribus Tarracon. & apud Gullielm. *Paganos*, appellat non ſolum gentiles, ſed etiam quoslibet non Chriſtianos, neque Judæos.
*mm* *Perdant*, *& vaſtent*, concil. & Gull. *nn* Vox *ipſi*, non eſt in concil. habet Gull.
*oo* *Detinuerint*, unus Tarracon. ſolus. *pp* *Sollemnibus diebus*, concil. vox *ſollemnibus* a Gull. eſt omiſſa.
*qq* *Denuntientur*, concil. & duo Tarracon. in quorum altero vox *excommunicati* omittitur, ut in concil. *in eccleſiis excommunicati publice denuntientur*, Gull. *rr* Hæc in duobus Tarracon. non ſunt; ſunt in concil.
*ſſ* Sic concil. *ſeu* pro *&*, Gull. *a debita fidelitate*, *& dominii*, Barcin. non recte.
*tt* Sic etiam in concil. *aut* pro *ac*, Gull. *uu* Sic Gull. *peccato*, concil. non ſine peccato: ſed in Suriana edit. *pacto*, in marg. *xx* *Ipſis* pro *Principibus*, concil. *Cunctis autem fidelibus*, Gull. *Principibus*, Barcin. aliis omiſſis. *yy* *Quo* pro *quod*, tres Tarracon. ut concil. *zz* Sic etiam Gull. *Confiſcenturque eorum*, bona concil.

UNED

principibus hujuſmodi peſtilentes [a] homines ſubiicere (b) ſervituti. Qui autem in vera pœnitentia ibi deceſſerint (c), & peccatorum indulgentiam, & fructum mercedis æternæ non dubitent ſe habituros (d), nos etiam de miſericordia Dei, & beatorum Apoſtolorum (e) Petri, & Pauli auctoritate confiſi, fidelibus Chriſtianis, qui contra eos arma ſuſceperint, & ad Epiſcoporum, ſive aliorum prælatorum conſilium, ad eos certaverint expugnandos (f), biennium de injuncta pœnitentia relaxamus (g), aut ſi longiorem moram ibi habuerint, Epiſcoporum diſcretioni, quibus hujus rei cura fuerit injuncta (h), committimus, ut ad eorum arbitrium ſecundum modum laboris, major eis (i) indulgentia tribuatur. Illos autem (k), qui admonitioni Epiſcoporum in hujuſmodi (l) parere contempſerint, a perceptione corporis, & ſanguinis Domini noſtri Jeſu Chriſti (m) fieri alienos (n). Interim autem (o) eos, qui ardore fidei (p) ad expugnandum eos laborem iſtum (q) aſſumpſerint, ſicut eos, qui ſepulchrum domini (r) viſitant, ſub eccleſiæ defenſione recipimus, & ab univerſis inquietationibus, tam in rebus, quam in perſonis ſtatuimus manere ſecuros. Si vero quiſquam interim (s) eos moleſtare præſumpſerit, per Epiſcopum loci excommunicationis ſententia feriatur, & tamdiu ſententia ab omnibus ſervetur [t], donec & ablata reddantur, & de illatis damnis (u) congrue ſatisfiant (x). Epiſcopi vero, ſive presbyteri, qui talibus forte (y) non reſtiterint (z), officii ſui privatione (aa) multentur, donec miſericordiam ſedis Apoſtolicæ obtineant.

## CAPUT VIII.

### *Ex concilio Africano (bb).*

SI quis Epiſcopus heredes extraneos a conſanguinitate ſua (cc), vel hæreticos, & conſanguineos, aut paganos pertulerit (dd), ſaltem poſt mortem anathema ei dicatur (ee), atque ejus nomen inter Dei ſacerdotes nullo modo recitetur (ff). cap. 5. eod.

CA-

*a* Hac voce conc. carent: habet Gullielm. *b* *Subjacere*, Barcin. ſolus, & ſine rivali.

*c* Gullielm. omittit hanc vocem *ibi*: exſtant in conc. *d* *Se non dubitent habituros*, Gullielm. *percepturos*, concil. cetera, ut Gull. *e* Hæc vox in ſolo veteri Tarracon. omiſſa eſt.

*f* *Decertaverint expugnandos*, Gull. *decertando expugnandos*, concil. mendoſe.

*g* Sic Gull. & concil. *committimus*, vetus Tarracon. non recte: *de injunctis ſatisfactionis*, Barcinon. non ſine mendo: forte *ſatisfactionibus*, ſcribere voluit librarius. *h* Sic etiam Gull. *cauſa* pro *cura* concil. *fuerat* pro *fuerit*, duo Tarracon. ego nihil muto. *i* *Majoris* pro *major*, unus olim Tarrac. ſolus.

*k* Sic etiam Gull. *Illis autem*, concil. *l* Sic Gull. *parto*, additur in concil. quod nondum probavi: ſumpta ea vox videtur ex verbo proximo *parere*. *m* Hæc omittunt concil. & Gull.

*n* *Jubemus*, addunt ante hæc verba iidem libri: *decernimus*, poſt hæc verba vetus Tarracon.

*o* *Vero*, tres Tarracon. & concil. & Gull. *p* Vox *fidei* in concil. tantum deſideratur.

*q* Sic etiam Gull. *juſtum*, concil. *r* *Dominicum*, eſt in concil. tantum.

*s* Sic etiam Gull. *ſi vero quiſpiam veſtrum*, concil. mendoſe. *t* *Obſervetur*, Gull. *ſervetur ab omnibus*, conc.

*u* Sic in concil. *injuriis* pro *damnis*, Gull. *x* Scribendum *ſatisfiat*, ut eſt in uno Tarracon. & apud Gull. *congrue iterum ſatisfaciat*, concil. non optime. *y* *Fortiter*, concil. & Gull. non male.

*z* *Non reſtituerint*, Suriana concil. editio non recte.

*aa* Sic etiam conc. *ſuſpenſione*, Gull. aptius. *bb* Sic etiam Raimund. & Cont. adde *cap*. 48. ex concil. & ex corpore canonum. Græcis eſt *cap*. 82. concilii Carthaginenſis, in Tiliana editione, apud Ariſtenum; & Zonaram. 85. apud Balſamonem. 81. in veteri libro canonum Græcorum. Suſpicor fuiſſe *cap*. 17. concilii Carthaginenſ. habiti Vincentio, & Flavito Cos. Idibus Septem: ut eſt in concil. Latinis *cap*. 32. concilii Africani, & in d. corp. canon. *Flavio* pro *Flavito*, eſt *cap*. 66. Græcis in Tiliana editione 65. in veteri libro: itaque illis eſt *cap*. 16. ejus concilii.

*cc* *Heredes inſtituerit* pro *heredes*, Raimund. *Item conſtitutum eſt, ut ſiquis Epiſcopus heredes extraneos a conſanguinitate ſua*, concil. & corp. can. Ὁμοίως ὡρίσθη, ἵνα ἐάν τις ἐπίσκοπος κληρονόμους συγγενεῖς ἢ ἐκτὸς τῆς ἰδίας συγγενείας. Tilius: *heredes conſanguineos, ſive extra conſanguinitatem ſuam*, Græce eſt, apertius: ſic etiam interpretantur Alanus, Laurent. & Tancredus, *extraneos*, hæreticos, non vero catholicos. Sic etiam in titulo Latino, & Græco eſt. *De Epiſcopis, qui hæreticos, vel paganos heredes inſtituunt*, concil. & corpus canon. Περὶ ἐπισκόπων τῶν αἱρετικοὺς ἢ ἕλληνας κληρονόμους καταλιμπανόντων. Apud Alexium Ariſtenum in epitome hæc ſunt: Ἐπίσκοπος αἱρετικοὺς ἢ ἕλληνας κληρονόμους γράφων. *Epiſcopus*, inquit, *hæreticos, aut paganos heredes ſcribens*. Altius Joann. Zonar. repetit ex canone 40. Apoſt. & 24. Antiocheno licere Epiſcopis teſtari, ſi modo heredes catholicos ſcribant, non hæreticos, aut paganos. Ἀλλ᾽ οὐδὲ συγγενέσιν αὐτοῦ τοιούτοις. ἐὰν δὲ τοιούτους τινὰς κληρονόμους τελευτῶν γράψει. *Sed neque cognatis ejus hujuſmodi*, inquit, *ſi vero tales aliquos heredes moriens ſcripſit*. A Theodoro vero Balſamone mentio etiam fit cap. 40. Apoſt. Ἐὰν ὁ ἀπογραψάμενος τὰ οἰκεῖα ἐπίσκοπος, ποιήτη τελευτῶν διαθήκην, καὶ γράψη κληρονόμους αἱρετικούς, κἂν συγγενεῖς αὐτοῦ ὦσι, κἂν ἀλλότριοι. Balſamon. *ſi deſcriptis bonis*, inquit, *ſuis Epiſcopis moriens teſtamentum fecerit, & ſcripſerit heredes hæreticos ſive cognati ipſius ſint, ſive extranei.* *dd* *Etiam* pro *&*, Raimund. & tres Tarrac. *vel*, unus Gregor. vetus, & olim unus Tarracon. *vel hæreticos etiam conſanguineos, aut paganos eccleſiæ prætulerit*, concil. & corp. can. aptius. Αἱρετικοὺς ἢ ἕλληνας προτιμήσῃ τῆς ἐκκλησίας. Tilius: *hoc eſt, hæreticos, aut paganos prætulerit eccleſiæ*. Καὶ τὴν ἐκκλησίαν παραγκωνίσηται. Balſam. *& eccleſiam*, inquit, *repudiaverit ſive exhæredaverit.* *ee* Sic etiam concil. & corp. can. & Raimund. *ejus* pro *ei*, vetus Gregor. Καὶ μετὰ θάνατον ἀνάθεμα τῷ τοιούτῳ λεχθείη. Tilius: *& poſt mortem* Græce eſt, pro *ſaltem poſt mortem*. Οἱ δὲ γράψαντες αὐτοὺς κληρονόμους κληρονομήσουσι τὸ ἀνάθεμα. Ariſten. interpret. *& qui eos*, inquit, *ſcripſerunt heredes, anathematis heredes fiunt.* ἔστω ἀνάθεμα. Idem in epit. hoc eſt, *anathema ſit.* ἐκεῖνος μὲν καὶ μετὰ θάνατον ἀναθεματίζεται. Zonaras: *ille quidem*, inquit, *etiam poſt mortem anathema erit.* ὑποκείσεται τῷ ἀναθέματι καὶ μετὰ θάνατον. Balſamon. *anathemati ſubiicietur*, inquit, *etiam poſt mortem.* *ff* Sic etiam concil. & corp. can.

&

## CAPUT IX.

*Ex eodem (a).*

cap. 6. eod. IN eos, qui catholici Chriſtiani non ſunt, etiam ſi conſanguinei ſunt (*b*), per donationem rerum ſuarum Epiſcopi, vel clerici nihil conferant (*c*). Denique hoc, quod de presbyteris, & Epiſcopis diſputatum eſt (*d*), de reliquis (*e*) quoque clericis exaudiendum eſt.

## CAPUT X.

*Alexander III. (f)*

IN partibus Toloſæ (*g*) damnoſa (*h*) hæreſis dudum emerſit, quæ more cancri paulatim ſe [*i*] ad vicina loca transfundens (*k*), per Guaſconiam (*l*), & alias (*m*) provincias, quamplurimos Non ponit.

& Raim. Καὶ τὸ ὄνομα αὐτοῦ μηδαμῶς παρὰ τοῖς τοῦ θεοῦ ἱερεῦσιν ἀνενεχθῇ. Tilius, *& nomen ejus* &c. vet. Tarrac. καὶ τὸ ὄνομα αὐτοῦ ἐκ τῆς μνήμης τῶν ἱερέων ἀπαλείφεται. Zonaras; *atque ejus, nomen ex memoria ſacerdotum amovebitur.* ἀπαλειφθήσεται, Balſamon habet. Poſt hujus capitis verba eſt in conciliis: *Nec excuſari poſſit, ſi inteſtatus defecerit, qui utique debuit factus Epiſcopus rei ſuæ ordinationem congruam ſuæ profeſſioni nequaquam differre*: ſic etiam corpus can. Μὴ δὲ δυνηθῇ ἀπολογηθῆναι, ἐὰν ἀδιάθετος ἀπογένηται. ἐπειδὴ γενόμενος ἐπίσκοπος εἰκότως ὀφείλει τῶν πραγμάτων αὐτοῦ τὴν διατύπωσιν ἁρμοδίαν τῷ ἑαυτοῦ ἐπαγγέλματι ποιήσασθαι. Tilius: *feciſſe* pro *nequaquam differre*, eſt in Græcis verbis. Omiſit hæc verba Ariſtenus, & pro eis addit, eas perſonas prohiberi a lege teſtari, & ex teſtamento hereditatem, aut legatum capere: *quod ſi heredes ab Epiſcopo relicti ſint, fiſcus eis relicta accipiet.* Zonaras fatetur obſcura eſſe canonis verba, ſed ita putat interpretari poſſe. ἐὰν ἀδιάθετος τελευτήσῃ ὁ ἐπίσκοπος, πάσης ἀπολογίας ἐστερημένος, εἰ μὴ οἰκονομήσειε τὰ ἰδικὰ αὐτοῦ πράγματα εἰκότως. ἐπεὶ ὀφείλει καὶ χρέος ἔχει τὴν διατύπωσιν ἤγουν τὴν οἰκονομίαν τῶν πραγμάτων τοῦ τελευτήσαντος ἐπισκόπου ἁρμοδίαν ποιῆσαι, ἤτοι ἀξίαν τοῦ ἐπαγγέλματος αὐτοῦ. hoc eſt: *Si ab inteſtato moriatur Epiſcopus, omni defenſione privatus, ſi non diſtribuerit competenter bona ſua; cum oporteat eum facere inventarium rerum mortui Epiſcopi competens ſive debitum, ejus admonitioni. Admonetur enim*, inquit, *creatus Epiſcopus canones ſervare, qui jubent, ut pauperum, & hoſpitum amici ſint, & liberales.* Ex novella autem 131. poſita lib. 5. Baſilicor. *ſi Epiſcopus, vel clericus inteſtatus ſine legitimis ſucceſſoribus deceſſerit, eccleſiis bona deferantur.* Balſamon ait teſtamentum, ut contra leges factum, irritum eſſe, & heredes, hæreticos nihil ex eo capere poſſe; ita ut videatur Epiſcopus ab inteſtato deceſſiſſe: hoc enim eſt, quod ait, τὸ μηδὲ δυνηθείη ἀπολογηθῆναι, ἐὰν ἀδιάθετος ἀπογένηται. hoc eſt, *non poſſe ſe defendere, ſi ab inteſtato factus ſit*: quæ ita interpretari oportet, *ſi teſtamentum irritum, ſive caducum factum ſit, nullam defenſionem invenire poteſt, quod non diſtribuerit bona ſua, ut voluerit, dum ſuperſtes fuit: debuit autem legitime teſtari, ut decebat Epiſcopum, neque enim debuit cum hæreticis ſocietatem facere, eoſque de ſuis bonis locupletari.* Vide cap. 24. Antiochenum, & Photium tit. 10. cap. 8. nomocanonis, & Novellam 131. quæ eſt lib. 5. tit. 3. cap. 10. Baſil. quæ eccleſiis decernit bona in teſtatorum Epiſcoporum, & clericorum: nec contraria eſt novella Conſtantini Porphyrogenetæ, quæ de laicis tantum diſponit.

*a* Sic etiam Raim. & Cont. ego in conciliis inveni eſſe *cap.* 13. concilii Carthagin. 3. & *cap.* 21. concilii Carthaginen. in corpore canon. & in Græcis Tilianæ editionis, & apud Ariſten. & Zonaram 25. Balſamoni.

*b Conſanguinei fuerint*, Barcin. & tres Tarrac. & Raimund. qui omittit vocem *Chriſtiani*. *Et ſi* pro *etiam ſi*, unus vet. Gregor. *Ut Epiſcopi, vel clerici in eos, qui catholici Chriſtiani non ſunt, etiam ſi conſanguinei fuerint*, concil. *Et ut in eos*, &c. *conſanguinei fuerint*, corp. can. ὥστε τοὺς ἐπισκόπους καὶ τοὺς κληρικοὺς μηδένα συνάγειν τοῖς μὴ ὀρθοδόξοις χριστιανοῖς, εἰ καὶ συγγενεῖς εἶεν μὴ ὦσιν. Tilius, non ſine mendo: in veteri libro eſt μηδὲν pro μηδένα, item ἔτι μὴν pro ἔτι μή. *Ut Epiſcopi, & clerici*, inquit, *nihil conferant eis, qui orthodoxi Chriſtiani non ſunt: etſi conſanguinei ſint.* Ἐπίσκοποι ἢ κληρικοὶ αἱρετικοῖς οὐδ' ἂν ὦσι συγγενεῖς δωρήσονται, τι τῶν οἰκείων ἢ συνεισάξουσιν. Ariſtenus in epitome: *Epiſcopi*, inquit, *aut clerici hæreticis nihil ex bonis ſuis, & ſi cognati ſint, donabunt, aut conferent.* Zonaras vero ait: nihil relinqui poſſe ſive hereditatem, ſive legatum, ſive alio modo hæreticis, aut paganis a catholicis Chriſtianis, legibus civilibus eſſe conſtitutum: ſic etiam hoc canone de clericis dici. Τοὺς ἐπισκόπους ἢ κληρικοὺς μηδένα αἱρετικὸν ἢ ἄπιστον συνεισάγειν εἰς κληρονομίαν ἢ ληγάτον χριστιανῷ, κἂν ἴσως εἶεν συγγενεῖς ἢ τοῦ διαθεμένου ἢ τοῦ κληρονόμου οἱ αἱρετικοὶ ἢ οἱ ἄπιστοι. *Epiſcopos, ſive clericos*, inquit, *neminem hæreticum, aut infidelem perducere ad hereditatem, vel legatum cum Chriſtiano poſſe, & ſi forte cognati ſint, aut teſtatoris, aut hæredis hi hæretici, vel infideles.* μηδένα ἐπίσκοπον ἢ κληρικὸν καταλόγου ληγάτου ἢ κληρονομίας καταλιμπάνειν τοῖς τοιούτοις τὸ οἱονοῦν κἂν συγγενεῖς αὐτοῦ ὦσιν. Balſamon: *Neminem Epiſcopum*, inquit, *aut clericum ratione legati, aut hereditatis quicquam relinquere poſſe his*; hoc eſt hæreticis, & infidelibus, de quibus prius egerat, *quamvis cognati ipſius ſint.* *c Donationes* pro *donationem*, corp. can. *Epiſcopi, vel presbyteri nihil conferant*, Raim. aliis omiſſis: *nec per donationes rerum ſuarum aliquid conferant*, concil. *nec per teſtamentum*, additur in marg. poſt vocem *donationes*, μηδὲν διὰ δωρεᾶς τῶν οἰκείων πραγμάτων ὡς εἴρηται, τοὺς ἐπισκόπους ἢ κληρικοὺς τούτοις συνεισάγειν. Tilius: *nihil*, inquit, *per donationem ſuarum rerum, ut dictum eſt, Epiſcopi, aut clerici his conferant.* ἔξεστι τοῖς κληρικοῖς καὶ τοῖς ἐπισκόποις τὰ οἰκεῖα αὐτῶν πράγματα δωρεῖσθαι πρὸς οὓς ἂν ἐθέλωσι τῶν ὀρθοδόξων. πρὸς δὲ αἱρετικοὺς κἂν συγγενεῖς αὐτῶν ὦσιν οὐδέν τι τῶν οἰκείων δωρήσονται ἢ ἄλλως πως αὐτοῖς ἐκ τῆς ἰδίας περιουσίας κέρδος τι συνεισάξουσιν. Ariſten. in interpret. *Licitum eſt*, inquit, *clericis, & Epiſcopis ſua bona donare orthodoxis, quibus voluerint, hæreticis vero, & ſi cognati fuerint, nihil donare, aut alio quocumque modo transferre lucrum aliquod ex ſuis facultatibus poſſunt.* ἀλλὰ μὴν μηδὲ δωρεῖσθαι αὐτοῖς τινὰ ἐκ τῶν οἰκείων πραγμάτων. Zonar. *ſed etiam*, inquit, *neque donare eis quidquam ex bonis ſuis.* Addit poſtea cap. 81. & ex lib. 35. Baſil. tit. 8. c. 38. & alia quædam affert ex jure civili. ἀλλὰ μηδὲ δωρεῖσθαι αὐτοῖς ἐν ζωῇ οἰκεῖον πρᾶγμα. Balſam. hoc eſt: *ſed neque donare in vita eis rem ſuam.* Mox affert eadem ex jure civili, quæ Zonaras, & cap. 40. Apoſt. & 24. Antioch.

*d Deputatum eſt*, Barcin. *dictum eſt*, Raimund. *e Debet de reliquis clericis exaudiri*, Raim.

*f* Adde, *in concilio Turonenſi cap.* 4. ut eſt in Pontificali, ſive *cap.* 6. ut eſt apud Gullielm. Neubrig.

*g* Sic etiam Gull. *Toloſan.* Pontif. vide cap. 6. *h Damnanda*, Pontif. & Gull.

*i* Sic Gull. voce *ſe*, caret Pontif. *k Diffundens*, Pontif. & Gull. *l Gaſconiam*, Gull. *Vaſconiam*, Pontif. & unus Tarrac. *Waſconiam*, duo alii Tarrac. *& per Vaſconiam*, Barcin. vide d. cap. 6. *m Et per alias*,

Bar-

rimos jam infecit, quæ dum in modum ſerpentis infra ſuas (*a*) revolutiones abſconditur, quanto ſerpit occultius, tanto gravius dominicam vineam [*b*] in ſimplicibus demolitur. Unde contra eam (*c*) Epiſcopos, & omnes Domini ſacerdotes vigilare (*d*) præcipimus, & ſub interminatione (*e*) anathematis prohibere, ne ubi cogniti fuerint illius hæreſis ſectatores, receptaculum eis quiſquam in ſua terra præbere, aut præſidium impertiri præſumat, ſed nec in venditione, aut emptione (*f*) aliqua cum eis communio habeatur, ut ſolatio ſaltem (*g*) humanitatis amiſſo ab errore viæ ſuæ reſipiſcere compellantur. Quiſquis autem contra hæc (*h*) venire temptaverit (*i*), tamquam particeps (*k*) iniquitatis eorum anathemate feriatur. Illi vero ſi deprehenſi fuerint, per catholicos principes cuſtodiæ mancipati omnium bonorum (*l*) amiſſione multentur, & quoniam de diverſis partibus in unum latibulum crebro conveniunt, & præter conſenſum erroris nullam cohabitandi cauſam habentes, in uno domicilio commorantur, talia conventicula, & inveſtigentur attentius, & ſi inventa fuerint, canonica ſeveritate vetentur.

## CAPUT XI.

*Lucius III.*

c. 9. eod. AD abolendam diverſarum (*m*) hæreſum pravitatem, quæ in pleriſque mundi partibus modernis cœpit temporibus pullulare, vigor debet eccleſiaſticus excitari, cui nimirum (*n*) imperialis fortitudinis ſuffragante potentia, & hæreticorum protervitas in ipſis falſitatis ſuæ conatibus elidatur (*o*), & catholica ſimplicitas veritatis (*p*) in eccleſia ſancta reſplendens, eam ubique demonſtret [*q*] ab omni execratione [*r*] falſorum dogmatum expiatam. Ideoque nos (*s*) chariſſimi filii noſtri Federici [*t*] Illuſtris Romanorum Imperatoris ſemper Auguſti [*u*] præſentia pariter, & (*x*) vigore ſuffulti, de communi conſilio fratrum noſtrorum (*y*), nec non aliorum (*z*) Patriarcharum, Archiepiſcoporum [*aa*], multorumque principum, qui de diverſis partibus imperii convenerunt (*bb*), contra ipſos hæreticos, quibus diverſa capitula (*cc*) diverſarum indidit profeſſio falſitatum, præſentis decreti generali ſanctione conſurgimus (*dd*), & omnem hæreſim quocumque (*ee*) nomine cenſeatur, per hujus (*ff*) conſtitutionis ſeriem, auctoritate Apoſtolica condemnamus. In primis Catharos (*gg*), & Paterinos (*hh*), & eos, qui ſe humiliatos, vel pauperes de Lugduno (*ii*) falſo nomine mentiuntur, Paſſaginos, & Joſepinos, Arnaldiſtas (*kk*) perpetuo decernimus anathemati ſubjacere. Et quoniam nonnulli [*ll*] ſub ſpecie pietatis, virtutem ejus, juxta quod ut ait Apoſtolus, *denegantes* (*mm*), *auctoritatem ſibi*

Barcinon. tantum. *a* Sic Pontif. *intra ſuas*, Gull. *in ſuas*, duo Tarracon.

*b* Sic etiam Gull. *domini eccleſiam*, Pontif. *c* Hæc aliquando in Pontif. deſiderabantur; habet Gull.

*d Sacerdotes in illis partibus commorantes invigilare*, Gull. plenius; *vigilare*, Pontif. cetera, ut Gull.

*e* Sic Pontif. *interdictione*, Gullielm. quod non æque placet. *f* Sic etiam Pontif. & pro *aut*, Gull.

*g* Vox *ſaltem*, aliquando in Pont. deſiderabatur. *h* Sic etiam Gull. *hoc* pro *hæc*, Pontif. & duo Tarrac.

*i Pertemptaverit*, Gullielm. & Pontif. *præſumpſerit*, unus Tarracon.

*k* Sic etiam Gull. mendoſe in Pont. *princeps*. *l Suorum*, addit Barcinon. ſolus.

*m* Recte Cont. addit a Raim. prætermiſſa: vide cap. 29. de jure patron. *Ad abluendam*, Barcin.

*n Cum* pro *cui*, Cont. quod non æque placet. *o In pravis falſitatibus*, *ſive conatibus elidatur*, Cont.

*p Catholicæ* pro *catholica*, Barcin. & tres Tarrac. *catholicæ ſimplicitatis veritas*, Cont.

*q* Sic etiam Cont. *demonſtraret*, duo Tarrac. ſed in altero eorum *ar* expunctum eſt.

*r Executione*, Cont. non optime. *s* Vox *nos*, in vet. Tarracon. omittitur.

*t* F. Cont. *Frederici*, duo Tarracon. non male. *u Auguſt*. Cont. vox *Romanorum*, in vet. Tarracon. non eſt; &, additur in aliis duobus Tarracon. ante vocem *ſemper*, ego nihil muto.

*x* Vox *pariter*, omittitur in d. veteri Tarrac. *y Conſenſu* pro *conſilio*, vetus Tarracon. *de communis ſ. v. conſilio*, Cont. mendoſe. *z Nec non & aliorum*, Cont. *aa Et Archiepiſcoporum*, Cont.

*bb Imperii convenerunt partibus*, vetus Tarracon. *mundi partibus conveniunt*, Cont.

*cc Vocabula*, Barcin. & Cont. aptius. *dd* Vox *generali*, a Contio eſt omiſſa: *præſenti decreto*, & *generali ſanctione ſancimus*, Barcin. *ee Generali quocumque*, Cont. ſed fortaſſe vox *generali*, non hic, ſed ſuperiori loco ſcribenda, ubi in Contiano deſiderabatur. *ff Per hujuſmodi*, Cont. & unus Tarrac. non recte: peccare autem ſæpe in his vocibus veteres ſcriptores ſoliti ſunt. *gg Ergo*, additur ante *Catharos*, in Barcin. & tribus Tarracon. & apud Contium, de Catharis dictum eſt cap. 6.

*hh Patirinos*, vetus Tarracon. *Patarinos*, duo alii Tarracon. & Cont. vide d. cap. 6.

*ii Lugdun*. Cont. *Lugdino*, duo Tarracon. hos humiliatos Tancredus ait poſtea fuiſſe receptos, quod ſolum jurantes condemnarent, & Bernardus Parmenſ. cap. 12. de reſtitutione ſpoliatorum in Gregoriana ait: „ Olim „ iſti humiliati condemnati fuerunt ab eccleſia per Lucium Papam, ſecundum quod continebatur in decr. „ infra de hæret. AD ABOLENDAM: in particula, quæ modo eſt deciſa in princ. illius cap. Sed poſtea tempo„ re Clementis recepti ſunt ab eccleſia, quia in nullo errabant, niſi quia condemnabant jurantes: ſed ipſi in „ hoc ſe correxerunt, & jurant, quando expedit, & eccleſia eos modo approbat “. Idem ait Tancr. cap. 2. de reſtit. ſpol. collect. 3. addens: „ ego oculis meis vidi quendam magiſtrum humiliatorum honorifice receptum „ a domino Innocentio “. Ibidem vocat hoc caput *decretum Lucii tertii in generali ſynodo*.

*kk Joſephinos*, duo Tarracon. voce & omiſſa. *Meſopinos*, Barcin. & Cont. qui vocem & omittit. *Gazaros*, *Patarenos*, *Lenoniſtas*, *Speroniſtas*, *Arnaldiſtas*, *Circumciſos*, Federicus II. in conſtitut. de ſtatutis, & conſuetudinibus contra libertatem eccleſiæ editis. *Catharos*, *Paterinos*, *Pauperes de Lugduno*, *Paſſaginos*, *Joſepinos*, *Arnaldiſtas*, *Speroniſtas*, Gregor. IX. cap. 15. hujus tituli, ut eſt in veteri libro.

*ll* Eadem fere repetita ſunt ab Innoc. III. in concil. gener. cap. 3. & in 4. collect. cap. 2. de hæret.

*mm* Vox *ut* recte omittitur ab Innoc. & in tribus Tarrac. & in Contiano, in quo non recte *Denegantes*, editum eſt. Pauli verba ſunt in epiſt. 2. ad Timotheum cap. 3. *habentes ſpeciem quidem pietatis*, *virtutem autem ejus abnegantes*. Ἔχοντες μόρφωσιν εὐσεβείας, τὴν δὲ δύναμιν αὐτῆς ἠρνημένοι. μόρφωσιν quidam *formam* dicunt, ego *ſpeciem*, malo, ſive *perſonam*; δύναμιν *vim*, & *poteſtatem* dicerem, ſed recte eſt *virtutem*.

*ſibi vindicant prædicandi*, cum idem Apoſtolus dicat: *quomodo prædicabunt, niſi mittantur* [*a*], omnes, qui vel prohibiti [*b*], vel non miſſi præter auctoritatem ab Apoſtolica ſede, vel ab Epiſcopo loci ſuſceptam publice, vel privare prædicare præſumpſerint (*c*), & univerſos (*d*), qui de ſacramento corporis, & ſanguinis Domini noſtri Jeſu Chriſti, vel de baptiſmate, ſeu peccatorum remiſſione (*e*), aut de matrimonio, vel reliquis eccleſiaſticis ſacramentis (*f*) aliter ſentire, aut docere non metuunt [*g*], quam ſacroſancta Romana eccleſia prædicat, & obſervat, & generaliter quoſcumque eadem Romana eccleſia, vel ſinguli Epiſcopi per diœceſes ſuas cum conſilio clericorum, vel clerici Epiſcopi ſede (*h*) vacante cum conſilio, ſi oportuerit, viciniorum (*i*) Epiſcoporum, hæreticos judicaverint, pari vinculo (*k*) perpetui anathematis innodamus. Receptores (*l*), & defenſores eorum, cunctoſque pariter, qui prædictis hæreticis ad fovendam in eis hæreſis pravitatem patrocinium præſtiterint aliquod, vel favorem, ſive conſolati, ſive credentes, ſive perfecti, ſeu quibuſcumque ſuperſtitioſis nominibus nuncupentur, ſimili decernimus ſubjacere ſententiæ. Quia vero (*m*) peccatis exigentibus quandoque contingit [*n*], ut eccleſiaſticæ ſeveritas diſciplinæ ab iis [*o*], qui virtutem ejus non intelligunt, condemnatur (*p*), præſenti nihilominus ordinatione ſancimus, ut qui manifeſte (*q*) fuerint in ſupradictis erroribus deprehenſi [*r*], ſi clericus eſt, vel cujuslibet religionis obumbratione fucatus (*s*), & totius eccleſiaſtici ordinis prærogativa nudetur [*t*], & ſic omni pariter (*u*) officio, & beneficio eccleſiaſtico ſpoliatus (*x*), ſæcularis relinquatur arbitrio poteſtatis, animadverſione debita puniendus, niſi continuo poſt deprehenſionem erroris ad fidei catholicæ unitatem ſponte recurrere, & errorem ſuum ad arbitrium Epiſcopi regionis publice conſenſerit abjurare, & ſatisfationem congruam exhibere. Laicus autem, quem aliqua [*y*] prædictarum peſtium notoria, vel privata culpa reſperſerit, niſi prout dictum eſt, abjurata hæreſi, & ſatisfactione exhibita [*z*], confeſtim ad fidem confugerit orthodoxam, ſæcularis judicis arbitrio relinquatur, debitam recepturus pro qualitate facinoris ultionem. Qui vero inventi (*aa*) fuerint ſola eccleſiæ ſuſpicione [*bb*] notabiles, niſi ad arbitrium Epiſcopi juxta conſiderationem (*cc*) ſuſpicionis qualitatemque perſonæ, propriam innocentiam congrua purgatione monſtraverint, ſimili ſententiæ (*dd*) ſubjacebunt. Illos autem [*ee*], qui poſt abjurationem erroris (*ff*), vel poſtquam ſe, ut diximus, proprii antiſtitis examinatione purgaverint, deprehenſi fuerint in abjuratam hæreſim recidiſſe (*gg*), ſæculari judicio ſine ulla penitus audientia decernimus [*hh*] relinquendos, bonis damnatorum [*ii*] clericorum eccleſiis, quibus deſerviebant, ſecundum ſanctiones legitimas applicandis. Sane prædictam excommunicationis ſententiam, cui omnes præcipimus hæreticos ſubjacere, ab omnibus Patriarchis, Archiepiſcopis [*kk*], in præcipuis feſtivitatibus, & quotiens ſolemnitates habuerint, vel quamlibet occaſionem (*ll*) ad gloriam Dei (*mm*), & reprehenſionem (*nn*) hæreticæ pravitatis decernimus innovari (*oo*), auctoritate Apoſtolica ſtatuentes, ut ſi quis de ordine Epiſcoporum negligens in his fuerit, vel deſidioſus inventus, per triennale (*pp*) ſpatium ab Epiſcopali habeatur dignitate, & adminiſtratione ſuſpen-



*a* Πῶς δὲ κηρύξουσιν, ἐὰν μὴ ἀποσταλῶσι; Paul. in epiſt. ad Romanos cap. 10.
*b* Sic etiam Cont. vox *vel*, non eſt in veteri Tarrac. neque apud Innoc. *prohibiti ſunt*, Tarrac. 4. collect.
*c* *Privatim prædicare præſumpſerunt*, Cont. *d* Sic etiam Raimund. & Cont. *univerſa*, unus Tarrac.
*e* *Confeſſione*, Barcin. & tres Tarracon. & duo veteres Gregor. *ſeu de peccatorum confeſſione*, Cont. & alii.
*f* Hæc vox in vet. Tarrac. ſolo deſideratur. *g* *Mentiuntur*, vetus Tarrac. non optime.
*h* *Ipſi*, malo quam *Epiſcopi*, ut in duobus Tarrac. eſt & in Gregor. *i* *Vicinorum*, Raimund.
*k* Vox *pari* in Greg. non eſt. *l* Hæc etiam recte addit Cont. quæ Raim. omiſerat.
*m* *Quia igitur*, Contius. *n* Sic etiam Cont. *contigit*, duo Tarracon.
*o* *Ab his*, Cont. *ab eis*, unus Tarrac. *p* *Contemnatur*, Barcin. & tres Tarrac. & Cont. non male.
*q* *Quicumque*, tres Tarrac. & Raim. *decernimus, ut qui*, Barcin. *r* *In hæreſi*, pro *in ſupradictis erroribus*, duo veteres Gregor. *fuerit in hæreſi deprehenſus*, Contius, & alii.
*s* Sic etiam vetus Gregor. *fuſcatus*, Barcin. & alter vetus Gregor. & Cont. & alii.
*t* *Et*, omittunt Raimund. & tres Tarracon. *totius ordinationis prærogativa privetur*, antiquior ex tribus Tarr.
*u* Vox *pariter* non eſt in Gregor. *x* *Spoliatus eccleſiaſtico*, duo Tarracon. & multi Gregor. *privatus eccleſiaſtico*, vet. Raimund. liber. *y* Hæc omittunt Raimund. & Cont. *quem in aliquam*, Barcin.
*z* Sic etiam Raimund. *adhibita*, vet. Tarrac. *aa* Hæc in duobus Gregor. non ſunt, & pro eis habent, *& infra:* ſunt tamen in editis Raimundi libris, & apud Cont. additis etiam eiſdem vocibus *& infra.* In tertio minus veteri Gregor. exſtant hujus thematii verba, cum hac voce *Vacat*, qua ſcripta pro non ſcriptis habentur & in marg. eſt: *communiter non habetur hic iſte parag.* Sunt autem eadem pene verba Innocent. III. in concilio generali cap. 3. de quibus videndum erit in 4. collect. cap. 2. hujus tituli.
*bb* Sic in vet. Gregor. ſupraſcripto: vox *eccleſiæ*, omittitur ab Innoc. II. & a Contio, & aliis, *eccleſiaſtica ſuſpicione*, eſt in Barcin. *cc* *Conſuetudinem*, Barcinon. ſolus: *conſiderationes*, Innoc. in concil. *conſiderationem*, Tarrac. in 4. collect. *dd* *Sententia*, unus Tarracon. tantum. *ee* *Quoque*, Raimund.
*ff* Sic etiam duo veteres Gregor. *abjurationem præfati erroris*, Cont. & alii.
*gg* *Decidiſſe*, Barcin. ſolus. *hh* *Decrevimus*, duo veteres Gregor. *decernimus*, Cont. & alii.
*ii* Multa Cont. addit a Raimund. prius omiſſa. *kk* *Epiſcopis*, addit recte vetus Tarracon. & Cont. *& Epiſcopis*, Barcin. & duo alii Tarrac. plenius. *ll* *Et occaſionem*, Cont. *qualibet occaſione*, unus Tarracon. *vel* omiſſo: *quaslibet occaſiones*, alter eadem voce omiſſa, eadem in tertio quoque omittitur, cetera ut edita ſunt.
*mm* *Aut* pro *ad*, Cont. mendoſe. *nn* *Et reprehenſione*, unus Tarrac. *reprehenſione*, Cont. *&*, omiſſo.
*oo* *Nominari*, Cont. non recte. *pp* *Per tricennale*, Cont. & Barcin. & duo Tarrac. ſed in altero eorum olim, ut editum eſt: ego nihil muto.

ſus. Ad hæc de (*a*) Epiſcopali conſilio, & ſuggeſtione culminis imperialis, & Principum ejus adjecimus, ut quilibet [*b*] Archiepiſcopus, Epiſcopus [*c*] per ſe, vel Archidiaconum (*d*) ſuum, aut per alias honeſtas, idoneaſque perſonas (*e*), bis, vel ſemel in anno propriam parochiam (*f*), in qua fama fuerit hæreticos habitare, circumeat [*g*], & ibi tres, vel plures boni teſtimonii viros, vel etiam ſi expedire videbitur, totam viciniam jurare compellat; quod ſi quis ibidem hæreticos ſciverit, vel aliquos (*h*) occulta conventicula celebrantes, ſeu a communi converſatione fidelium vita, & moribus diſſidentes, eos Epiſcopo, vel Archidiacono ſtudeat indicare. Epiſcopus autem, ſeu Archidiaconus ad præſentiam ſuam convocet accuſatos, qui niſi ſe ad eorum arbitrium juxta patriæ conſuetudinem (*i*) ab objecto reatu purgaverint, vel ſi poſt purgationem exhibitam in priſtinam fuerint relapſi perfidiam, Epiſcoporum judicio puniantur. Si qui vero [*k*] ex eis jurationem ſuperſtitioni damnabili (*l*) reſpuentes, jurare forte noluerint, ex hoc ipſo hæretici judicentur, & pœnis, quæ prænominatæ (*m*) ſunt, percellantur: ſtatuimus inſuper, ut Comites, Barones, Rectores, Conſules [*n*] civitatum, & aliorum locorum, juxta commonitionem Archiepiſcoporum, & Epiſcoporum (*o*) præſtito corporaliter juramento [*p*] promittant, quod in omnibus prædictis (*q*), fortiter [*r*], & efficaciter, cum ab eis fuerint exinde requiſiti (*s*), eccleſiam contra hæreticos, & eorum complices adjuvabunt, & ſtudebunt (*t*) bona fide juxta officium, & poſſe ſuum eccleſiaſtica ſimil. (1) [*u*] & imperalia [*x*] ſtatuta, circa ea, quæ diximus (*y*), executioni mandare. Si vero id obſervare noluerint, honore, quem obtinent [*z*], ſpolientur, & ad alios nullatenus aſſumantur, nihilominus excommunicatione ligandi (*aa*), & terræ ipſorum interdicti ſententiæ ſupponantur (*bb*). Civitas autem, quæ his decretalibus inſtitutis (*cc*) duxerit reſiſtendum, vel contra commonitionem Epiſcopi punire neglexerit reſiſtentes, aliarum careat commertio civitatum, & Epiſcopali ſe noverit dignitate privandam. Omnes etiam fautores (*dd*) hæreticorum tamquam perpetua infamia condemnatos (*ee*) ab advocatione, & teſtimonio, & aliis publicis officiis decernimus repellendos; ſi qui vero fuerint, qui a lege diœceſanæ (*ff*) juriſdictionis exempti, ſoli ſubjaceant ſedis Apoſtolicæ poteſtati, nihilominus in iis, quæ ſuperius ſunt (*gg*) contra hæreticos inſtituta, Archiepiſcoporum, vel Epiſcoporum judicium ſubeant (*hh*), & eis in hac parte, tamquam a ſede Apoſtolica (*ii*) delegatis, non obſtantibus libertatis ſuæ privilegiis obſequantur (*kk*).

## TITULUS VII.
## DE SCHISMATICIS, ET ORDINATIS AB EIS (*ll*), ET ALIENATIONIBUS FACTIS (*mm*).

### CAPUT I.

*Ex geſtis Romanorum Pontificum* [*nn*].

TEmpore Stephani Papæ natione Siculi, dux Nepeſinus *oo*) fratrem ſuum Con- Non ponitur.
ſtantinum in Lateranis eligi fecit, cui omnes pe-

(1) *Simul*, forte, vel *ſimiliter*.

*a* *Ad hoc de*, unus Tarrac. ſolus: hoc videtur eſſe *cap.* 12. in altero veteri Tarracon.
*b* Eadem fere verba ſunt Innoc. III. in concil. gen. d. cap. 3. & in 4. coll. cap. 2. eod. tit.
*c* *Vel Epiſcopus*, tres Tarracon. & Contius, & Innoc. III.
*d* *Vel per Archidiaconum*, unus Tarracon. & Cont. *aut per Archid.* alter Tarracon. & Innoc.
*e* *Idoneas perſonas*, *&* *honeſtas*, Cont. *f* *Per parochiam*, unus Tarracon. ſolus.
*g* *Circumeant*, Contius non recte: ſequitur enim, *compellat*, non *compellant*.
*h* *Alios*, vet. Tarracon. *ſcierit* pro *ſciverit*, duo Tarracon. & Cont. ut editum eſt, Innoc.
*i* Vox *patriæ*, in Barcinon. ſolo non eſt, omnia ab Innoc. ſunt omiſſa, ne confirmari videretur purgatio vulgaris. *k* *Si qui autem*, Cont. *Si quis vero*, tres Tarrac. ſed littera *S*. caduca eſt: namque eſt in uno deleta, & in altero olim, ut editum eſt: ego nihil mutandum cenſeo: ſic etiam Innoc. ſcripſit.
*l* Scribe, *ſuperſtitione damnabili*, ut eſt in Barcin. & in duobus Tarracon. aptius: ſignificatur autem ſuperſtitio humiliatorum, qui jurare non licere dicebant, ut ſupra dictum eſt: *damnabili ſuperſtitione*, habet Innoc. in concil. *obſtinatione*, Tarrac. in 4. collect. *m* Sic etiam Cont. *prænotatæ*, vetus Tarrac. & Barcin. non male.
*n* *Et Conſules*, duo Tarrac. & Raim. *&* *Barones*, Tarracon. tertius: vox *Comites*, non eſt in Barcin.
*o* *Epiſcoporum*, Raim. & Cont. aliis omiſſis. *Archiepiſcoporum*, Barcin. cetera deſiderantur.
*p* *Sacramento*, unus Tarracon. ſolus. *q* Hæc omittunt Raim. & Cont. *promiſſis* pro *prædictis*, Barcinon.
*r* *Fideliter*, tres Tarracon. & Raim. *s* *Inde* pro *exinde*, vet. Tarrac. *fuerint requiſiti exinde*, alter Tarrac. *fuerit requiſitum*, alter Tarr. voce *exinde* omiſſa; *fuerint requiſiti*, alter vetus, & Cont. & alii.
*t* Hæc omittunt Raim. & Cont. *u* Scribe *ſimul* pro *ſimil*. ut eſt in Barcin. & tribus Tarr. hæc etiam ab eiſdem Raim. & Contio ſunt omiſſa. *x* Malo *imperialia*, ut eſt in Barcin.
*y* *Quæ prædiximus*, vetus Tarr. *z* Sic etiam Raim. *quem obtineant*, olim vetus Tarr.
*aa* *Priventur*, addit Barcin. non recte: ſuſpicor pro verbo *ſpolientur* poſitum in marg. *eis nihilominus excommunicatione ligandis*, Raim. *bb* *Interdicto* pro *interdicti*, Barc. & tres Tarr. *& terris ipſorum interdicto eccleſiæ ſupponendis*, Raim. *cc* *His*, *aut aliis inſtitutis*, vetus Greg. *his inſtitutis*, alter vet. & Cont. & alii.
*dd* Hæc etiam recte addit Cont. a Raim. præterita. Plenius vero de his rebus actum eſt ab Innoc. III. c. 3. concilii generalis. *ee* *Condemnantes*, Cont. *ff* *Diœceſani*, unus Tarr. ſolus.
*gg* Voce *ſuperius* carent Raim. & Cont. *hh* *Subeant judicio*, vetus Tarr. *ſubeant judicium*, alter Tarr. *Epiſcoporum ſubeant judicium*, Raim. & Cont. aliis omiſſis. *ii* Sic etiam duo veteres Greg. *a ſedis Apoſt.* Cont. & alii non recte. *kk* Sic etiam Raimund. *obſequentur*, tres Tarracon.
*ll* *Ab eis*, caret unus Tarrac. *De ſchiſmaticis*, duo veteres Greg. aliis omiſſis; ut editum eſt Cont. & alii.
*mm* Hæc omittunt Raim. & Cont. *nn* *Romanorum* pro *Rom.* tres Tarracon. plenius ſumitur, ni fallor, ex vita Stephani tertii. *oo* *Otho Dux Epheſinus*, Barcinon. *Toto Dux Nepheſinus*, unus Tarracon. *dux Nepheſinus*, alii duo Tarracon. ſcribo, *Otho Dux Nepeſinus. Toco Dux Nepeſinæ civitatis*, Marian. Scotus. *Totonem*, appellat Platina.

pene juraverunt, deinde a Gregorio (*a*) Præneſtino, & Euſtaſio (*b*) Albanenſi, & Itonato [1] (*c*) Portuenſi conſecratur (*d*): hic Sergium Ravennæ Archiepiſcopum, & Stephanum Neapol. (*e*) Epiſcopum ex laicis conſecravit, ſed poſtea captus, & Romam ductus exoculatur, & in ſynodum ſub Stephano collectam adducitur. Canonibus ergo prolatis ſententia promitur, Epiſcopos, presbyteros, diacones a Conſtantino conſecratos in primos ſuos gradus reverti, & inde decreto electionis facto a Stephano conſecrati (*f*), numquam majori gradu provehendi, ſed in eis, quibus fuerant a Conſtantino ordinati maneant. Laicos autem, quos ad ordines provexit, monachos fieri, & ſic manere, omnia ab eo facta retractari, præter baptiſma, & chriſma.

## CAPUT II.

*Ex concilio Lateran.* (*g*)

De ſchiſm. cap. 1.

QUod a prædeceſſore noſtro (*h*) felicis memoriæ Papa Innocentio (*i*) factum eſt, innovantes, ordinationes ab Octaviano, Guidone (*k*) hæreſiarchis, nec non & Joanne Strumenſi, qui eos ſecutus eſt (*l*), factas, & ab ordinatis (*m*) ab eis, irritas eſſe cenſemus, adiiciens etiam (*n*), ut qui (*o*) dignitates eccleſiaſticas, ſeu beneficia per prædictos ſchiſmaticos acceperint (*p*), careant impetratis. Alienationes quoque, ſive invaſiones (*q*), quæ per eoſdem ſchiſmaticos, ſive quæ per laicos (*r*) factæ ſunt de rebus eccleſiaſticis, omni careant firmitate, & ad eccleſiam ſine omni onere ejus (*s*) revertantur. Si quis autem (*t*) contraire præſumpſerit, excommunicationi ſe noverit ſubjacere. Illos autem [*u*], qui ſponte juramentum de tenendo ſchiſmate præſtiterunt (*x*), a ſacris ordinibus, & dignitatibus decernimus manere [*y*] ſuſpenſos.

## TITULUS VIII.

## DE APOSTATIS, ET REITERANTIBUS BAPTISMA [*z*].

## CAPUT I.

*Ex concilio Triburienſi.*

Non ponitur. (*aa*)

CLericus ſi tonſura (*bb*) dimiſſa uxorem acceperit, qui quidem ſit ſine gradu, neque ad monaſterium aliquod a parentibus traditus, uxorem habere permittatur, & iterum tondeatur, nec in vita ſua tonſuram dimittere audeat.

## CAPUT II.

*Alexander III.* (*cc*) *pars c. Presbyterum* (*dd*).

De apoſtat. cap. 1.

PRæterea clerici, qui relicto ordine, & habitu ſuo (*ee*) in apoſtaſia tamquam laici converſantur [*ff*], ſi in criminibus comprehenſi teneantur (*gg*), per accleſiaſticam liberari juſtitiam, non præcipimus (*hh*), tales enim (*ii*) in-



[1] Forte, *a Donato.*

*a Georgio*, Marian. ſed *Gregorius* dicitur a Platina. *b Et Aſtaſio*, duo Tarrac. & *Euſtadio Albanenſe*, Marian. *c Et Idonato*, unus Tarrac. & *Donato*, Barcin. non male: *ſed Ciconato Portuenſe*, Marian.

*d Conſecratur*, Barcinon. quod nondum placuit. *e Neapolitanum*, vetus Tarracon.

*f* „ Alias *conſecrari*, ideſt *reconciliari*, ut de conſecr. diſt. 1. ſi motum: & hæc eſt verior littera ", R.

*g* Sic etiam Raimund. & Cont. adde *cap.* 2. ex concil. & Gullielm. Neubrigen. in hiſtoria Anglica.

*h* Recte addit Cont. a Raimund. prætermiſſa, quæ ſunt etiam in concil. & in d. hiſtoria.

*i* Sic etiam Cont. Vocem *Papa* omittunt concil. & Gullielm. ſunt autem hæc de ſecundo intelligenda, non de primo, in quo Tancredus fallitur, ita ſcribens: „ Hic damnavit Cæleſtinum, & Pelagium hæreticos, ut „ patet in chronicis ": in libro Veronenſi poſt verba cap. un. de ſagittariis, quod Innoc. II. eſt, hæc verba ſunt: *Ad hæc ordinationes factas a Petro Leonis ſchiſmaticis, & hæreticis evacuamus, & irritas eſſe cenſemus.*

*k Et Guidone*, concil. & Gull. & Raim. aptius. „ Hic Octavianus Joannis maledicti, vocatus eſt Victor, & „ vixit annis 8. menſibus 7. ſucceſſit Guido Crementis, qui vocatus eſt Paſchalis, vixit annos 3. menſes 4. „ dies 24. quo mortuo ſucceſſit Joannes de Struma vocatus Calliſtus depoſitus a Papa Alexandro, ut patet ex „ chronicis ", Tancred. „ Alexander vicit quattuor ſchiſmaticos; Octavianum, Guidonem Cremonenſem, „ Joannem Strumenſem, & Landonem; primus fecit ſe vocari Victorem ſecundum, ſecundus Paſchalem ter- „ tium; tertius Calliſtum quartum; quartus Innocentium ", Martinus Polonus in chronicis.

*l Struinenſi*, concil. *a Joanne Strumenſi*, Gull. omnia omittunt Raim. & Cont. vox *eſt* in uno Tarr. eſt omiſſa.

*m Factas ab eis irritas, & ab ordinatis*, unus Tarracon. ſolus, quod nondum probavi.

*n Adiicientes etiam*, concil. & Gull. & tres Tarrac. *adiicientes*, Raimund. alia voce omiſſa.

*o* Sic etiam Raimund. *ut ſi qui*, concil. & Gull. *p Receperunt*, concil. *acceperunt*, Gullielm. *per dictos ſchiſmaticos acceperunt*, duo veteres Gregor. *acceperint*, Contius, & alii.

*q* Hæc omittunt Raimund. & Contius ſunt in concil. & apud Gullielm.

*r* Hæc in Barcin. tantum deſiderantur: vox *quæ*, omittitur in concil. & in Gregor. & apud Gull.

*s* In omnibus fere Tarrac. varietas eſt in voce *onere*; eſt enim *aut honere*, *aut honore*, vetus in eis ſcriptura, & ea mutata eſt in *honore*, *aut honere*. *Honore* eſt in Barcin. *ejus onere*, concil. & Gull. habent: *ad eccleſias ſine omni onere*, Raimund. voce *ejus* omiſſa. *t* Gull. hac voce *autem* ſolus caret.

*u* Sic etiam concil. & Gull. *vero*, Raimund. aptius. *x* Sic Gull. & editi Gregor. *præſtiterint*, vetus Tarracon. & concil. & vetus Gregor. *præſtiterant*, alter vetus Gregor.

*y* Sic etiam multi Gregor. *decrevimus manere*, vetus Gregor. & concil. *decernimus eſſe*, Gull.

*z* Sic etiam Raimund. & Cont. in uno tamen veteri Gregor. eſt tantum, *De apoſtatis*, cetera omittuntur. *De apoſtaticis, & renuntiantibus baptiſma*, unus Tarraconenſis. *aa* Pro his verbis ſcribe *cap. 6. de vita, & honeſt. clericor.* *bb* Vide, quæ ſcripſimus cap. 6. de vita, & honeſt. clericor. in hac collectione.

*cc* Sic etiam Raim. & Cont. *Eugenius Papa primus Saren. Epiſcopo*, concil. parte 16. cap. 15. & 16. poſt concil. Lateran. *dd* Hæc omittunt Raimund. & Cont. Integra clauſula exſtat in concil. d. cap. 15. & ſupra de clerico ægrotante cap. 2. quod ita inſcriptum eſt: *Eugenius Papa Jocell. Archiepiſcopo*: vide illic adſcripta a nobis in notis. *ee* Sic etiam duo veteres Greg. *clericali*, addunt Cont. & alii poſt vocem *ordine*. *Ordine ſuo*, duo Tarracon. aliis omiſſis: *ordine ſuo, & habitu lapſi*, concil.

*ff* Sic etiam Raimund. *verſantur*, concil. *gg Deprehenſi teneantur*, concil. *comprehenſi tenentur*, vetus Gregor. ut editum eſt, alter vetus, & Cont. & alii. *hh* Mendoſe in concil. prioris edit. eſt: *per eccleſiaſticam liberati juſtitiam non recipiuntur*: & in marg. *forte* LIBERANDI *pro* LIBERATI. *Per cenſ. eccleſ. non præcipimus liberari*, Raim. & concil. poſter. edit. *ii* Hæc omittunt Raimund. & Cont. ſunt in concil. Poſt hujus capitis

UNED

inter apoſtatas numerandos, ſanctorum patrum ſtatuta declarant.

### CAPUT III.

*Idem Abbati Sanctæ Genovefæ* (*a*).

c. 2. eod. EX litterarum tuarum tenore perpendimus, quod quidam (*b*) ægritudine longa confectus accepit conſilium (*c*) a ſortilegis mulieribus, quod ſi ſanari vellet, permitteret ſe iterum baptizari, qui inſano credens conſilio, ut ſanaretur, injuriam fecit per reiterationem (*d*) ſacramento (*e*). Aſtitit autem huic (*f*) ſacrilegio adoleſcens quidam bonæ, ut videtur, indolis [*g*] acolytus frater carnalis illius, in quo baptiſmus aſſeritur iteratus, qui miniſterium (*h*) in reſpondendo exhibuit presbytero baptizanti, & cooperator extitit rei nefandæ. Quia igitur nos tua duxit prudentia conſulendos, qualiter puniri debeat, vel purgari (*i*) acolytus, quem etiam [*k*] minor ætas, & intentio fraternæ ſalutis corporeæ excuſare videtur aliquantulum (*l*), diſcretioni tuæ (*m*) præſentibus litteris reſpondemus, quod quamvis multum non videatur pœna plectendus (*n*), ad ſuperiores (*o*) promoveri, ſi publicum eſt, quod proponitur, non valebit, niſi ad religionem tranſire voluerit, ut favore ipſius religionis (*p*) circa eum debeat diſpenſari (*q*). Si vero occultum eſt, promoveri poterit, & exceſſum ſuum dignis pœnitentiæ fructibus expiare.

## TITULUS IX.
## DE IIS, QUI FILIOS OCCIDERUNT (*r*).

### CAPUT I.

*Alexander III. Tornacen. Epiſcopo* (*s*).

VEniens ad nos M. mulier (*t*) latrix præſentium (*u*) lacrimabili nobis confeſſione monſtravit, quod cum de quodam filium genuiſſet, & ille ſibi ſæpe turgido vultu improperaſſet, quod filius ejus non eſſet, ipſa iracundiæ calore, & furore animi ducta (*x*) eundem filium interfecit. Quo comperto comes Flandren. [*y*] eam totam terram (*z*) uſque ad ſeptennium abjurare coegit, niſi de noſtra licentia remaneret (*aa*). Cumque ſe noſtro conſpectui præſentaſſet, & quod crucem [*bb*] ſuſcepiſſet (*cc*) Hieroſolymam profectura, nobis aſſertione ſua propoſuiſſet (*dd*), nos eam, quia (*ee*) in partibus illis præſentia ſua (*ff*) non poſſet eſſe utilis, ſed damnoſa, ab Hieroſolymitano (*gg*) itinere revocantes, ipſam fraternitati tuæ duximus remittendam, præſentium tibi (*hh*) auctoritate mandantes [*ii*], quatenus prædictam mulierem (*kk*) labores inducere, ut ad aliquod (*ll*) monaſterium tui Epiſcopatus (*mm*) tranſeat, & ibi [*nn*] peccata ſua perpetua pœnitentia deploret. Si autem repugnante carnis fragilitate ad hoc induci noluerit, ei licentiam nubendi in domino tribuas, quia tutius nobis videtur, ut in Domino nubat, & uni (*oo*) ſoli, quam multis adhæreat (*pp*). De iis, qui fil. occid. cap 1.

### CAPUT II.

*Lucius III. Pariſien. Epiſcopo* [*qq*].

INtelleximus ex litteris (*rr*) tuis, quod cum M. mulier (*ſſ*) latrix præſentium filiam parvam (*tt*) haberet, diabolico furore accenſa c. 2. eod.

tis verba eſt in concil. *Idem eidem in eadem epiſtola. Sacerdotibus autem*, &c. ut ſupra ne clerici, vel monachi cap. 8. quod ita inſcriptum eſt: *Eugenius Papa Lucello Archiepiſcopo.*

*a* Sic etiam Raimund. *ſancti Genoſevæ*, vetus Tarrac. quod non placet: tota inſcriptio deſideratur in conc. d. parte 26. cap. 1. *b* Sic etiam concil. & Raimund. *quod cum quidam*, duo Tarrac.

*c* Sic etiam concil. *inſano ſortilegarum mulierum credens conſilio*, Raimund. & Cont. aliis omiſſis: *cepit* pro *accepit*, Suriana concil. editio. *d Per iterationem*. concil. & Raimund.

*e* Sic etiam concil. *baptiſmatis ſacramento*, Raimund. apertius. *f* Recte Contius addit omiſſa in Raim. libris, quæ ſunt in concil. *huic autem*, eſt in Contiano; in aliis, ut editum eſt.

*g* Sic etiam Cont. vox *quidam* non eſt in concil. *quidam, ut dicitur*, *bonæ indolis*, duo Tarrac. *dicitur* pro *videtur*, tertius Tarr. cetera ut edidimus. *h* Sic etiam Cont. & pro *qui*, conc. & vetus Tarr. *miniſterium*, alii duo Tarrac. altera voce omiſſa. *i* Hæc omittunt Raim. & Cont. ſunt in concil.

*k* Hac voce etiam carent concil. & Gregor. *Quoniam* pro *quem*, eſt in uno veteri Raim. libro.

*l* Ordinem verborum mutant concil. *aliquantum*, vetus Tarrac. *excuſare videtur*, Raim. & Cont. aliis omiſſis.

*m* Sic etiam Raim. *dilectioni tuæ*, concil. *ob quas res*, addunt ante edita verba duo Tarrac.

*n* Vox *multum*, in Barc. deſideratur: *quamvis non multum videatur*, *propterea plectendus*, conc. omnia omittunt Raim. & Cont. *o Ordines*, addit vetus Tarrac. & Raim. *tamen ordines*, concil. & duo alii Tarrac.

*p Religionis ipſius*, Raim. *illius religionis*, concil. *q* Sic etiam in concil. *valeat* pro *debeat*, Raim. non male.

*r Occiderint*, vetus Tarracon. *occidunt*, vetus Gregor. ut editum eſt, Cont. & alii.

*s* Sic etiam Raim. & Cont. vox *Tornacen.* deſideratur in concil. prior. edit. parte 50. cap. 12. & dicitur ſumi ex lib. 1. regiſtri Alex. III. *t* Sic etiam Raim. *M.* non eſt in concil.

*u* Hæc ſunt in concil. omittuntur a Raim. & Contio. *x* Sic in concil. *& furore inducta*, unus Tarracon. *ducta*, Raim. & Cont. aliis omiſſis. *y* Sic etiam in concil. & in Contiano libro; ſed hæc Raim. omiſerat. *Flandenſis*, duo Tarrac. *Fraudum*, tertius mendoſe. *z* Sic etiam Cont. *ſuam*, addunt concil.

*aa* Sic omnes; ſed in marg. concil. *forte* REMEARET, quod non improbo.

*bb* Sic in concil. vox *quod*, in duobus Tarracon. non fuerat olim, mox in altero addita eſt: *& quod cum crucem*, Cont. *cc* Sic etiam concil. *accepiſſet*, Cont. *dd* Sic etiam Cont. *ſe profecturam monſtraſſet*, conc. *profectura & nobis aſſertionem ſuam propoſuiſſet*, unus Tarrac. non recte: in quo vox *&* olim non fuerat.

*ee Et*, addit Cont. ante hæc verba; *nos videntes*, *quod*, concil. *ff Illius*, concil. *ſua*, Cont.

*gg A* pro *ab*, Cont. *eam*, addunt editis concil. *hh* Sic etiam Cont. *etiam* pro *tibi*, vetus Tarrac. neutrum concil. *ii* Sic etiam concil. *mandamus*, Raim. *kk* Sic in concil. *eam*, Raim. & Cont.

*ll* Sic etiam Raim. *in* pro *ad*, concil. *mm* Hæc omittunt Raim. & Cont. ſunt in concil.

*nn* Sic in concil. *in quo*, Raim. *oo* Vox *&* a Raim. eſt omiſſa; habent concilia.

*pp* Sic in concil. *quam inhoneſte multos admittat*, Raimund. apertius.

*qq* Sic in concil. d. parte 50. cap. 25. & in Gregor. *Papienſi Epiſcopo*, vetus Tarrac. ſolus habet.

*rr* Omittunt quædam Raim. & Cont. quæ ſunt in concil. ſingula enumerare moleſtum eſt.

*ſſ Cum*, in Gregor. non eſt: *quod M.* concil. aliis omiſſis. *tt Diabolico furore accenſa*, *quandam filiam ſuam*

UNED

ſa tandem ipſam ſuggerente eo (*a*), qui de fidelium perditione lætatur (*b*), letali vulnere jugulavit, propter quod dominus terræ maritum ejus, & ipſam compulit abjurare (*c*). Quia vero illam habere filios (*d*) intimaſti, unde circa ejus [*e*] exilium debeat diſpenſari, nos de diſcretione tua plenam fiduciam obtinentes [*f*], eam tuæ duximus prudentiæ (*g*) remittendam, per A. s. (*h*) mandantes [*i*], qua ita ſuper hoc provideas, quod ſui (*k*) ſceleris pœnam luat, & ſaluti ejus, & filiorum ipſius per tuam providentiam in domino conſulatur, nec obſtante juramento prædicto (*l*), quod ab ipſa [*m*] dictus dominus proponitur extorſiſſe, eam ſicut expedire videris (*n*), viro, & rebus ſuis reſtituas [*o*], ita quod filios ſuos libere poſſit, & pacifice gubernare.

## TITULUS X.
## DE HOMICIDIO VOLUNTARIO, VEL CASUALI [*p*].

### CAPUT I.

*In Exodo* (*q*).

SI quis per induſtriam occiderit proximum ſuum, & per inſidias (*r*), ab altari meo evelles eum, ut moriatur (*s*). De homic. cap. 1.

### CAPUT II.

*In eodem* (*t*).

SI rixati fuerint viri (*u*), & percuſſerit quis mulierem prægnantem (*x*), & abortivum fecerit (*y*), ſi ipſa vixerit, ſubjacebit damno (*z*), quantum expetierit maritus mulieris, & arbitri judicaverint (*aa*). Si autem mors ejus fuerit ſubſecuta, reddet animam pro anima (*bb*). Non ponitur.

CA-

*ſuam multotiens animo perimendi aggreſſa, tandem*, &c. concil. plenius. *a* Vox *ipſam*, in concil. non eſt: *eodem* pro *eo*, malim: ſed feramus. *b* *De*, in concil. non eſt: *qui perditione fidelium lætatur*, unus Tarrac.

*c* Vox *&* non eſt in Gregor. neque in veteri Tarrac. deleta eſt in aliis duobus Tarrac. quod placet: *maritum ejus ipſam coegit abjurare*, concil. *d* *Pariter*, addunt tres Tarrac. & Barcin. *Quia vero illum, & illam pariter filios habere*, concil. *Quia vero illam alios habere filios*, Raimund.

*e* *Illius*, tres Tarrac. *ipſius*, concil. omittunt Raim. & Cont. pleraque, ut ſupra dictum eſt.

*f* *Habentes*, concil. *g* *Providentiæ*, concil. *h* *Tibi*, addunt concil. & Barcin. & duo Tarrac. *præci.* tertius Tarrac. *i* Sic in concil. *mandamus*, Raim. *k* Sic etiam Raim. *ut ſui*, concil.

*l* *Propoſito juramento*, concil. & tres Tarrac. *& non obſtante juramento*, Raim. alia voce omiſſa.

*m* *Ipſo*, duo Tarrac. *ea*, concil. *quod a viro*, Raim. apertius. *n* *Si* pro *ſicut*, concil. *ſicut expedierit*, vetus Gregor. ut editum eſt, alter vetus, & Cont. & alii. *o* *Suo*, additur in concil. poſt vocem *viro*. *Eidem viro reſtituas*, Raim. *p* Sic Raimund. & Cont. *caſualibus*, unus olim Tarracon.

*q* Sic etiam Raim. adde *cap.* 21. ex ſacris libris. Meminerit lector, quæ ex Bernd. Papienſ. retulimus capite primo commodati. *r* Sic etiam Raim. Altius repeti potuit: *Qui percuſſerit hominem volens occidere, morte moriatur. Qui autem non eſt inſidiatus, ſed Deus illum tradidit in manus ejus: conſtituam tibi locum, in quo fugere debeat. Si quis* &c. Complut. Latina. Ε'ὰν πατάξῃ τίς τινα καὶ ἀποθάνῃ, θανάτῳ θανατούσθω. ἐὰν δὲ οὐχ ἑκών, ἀλλὰ ὁ θεὸς παρέδωκεν εἰς τὰς χεῖρας αὐτοῦ, δώσω σοι τόπον οὗ φεύξεται ἐκεῖ ὁ φονεύσας. ἐὰν δέ τις ἐπίθηται τῷ πλησίον τοῦ ἀποκτεῖναι αὐτὸν δόλῳ, καὶ καταφύγῃ. LXX. *Si percuſſerit quis aliquem, & mortuus fuerit, morte moriatur. Si autem non volens, ſed dominus tradidit in manus ejus: dabo tibi locum, quo fugiet illuc homicida. Si autem aliquis aggreſſus fuerit proximum, ut occidat eum dolo, & fugiat*, Complutenſ. *Qui percuſſerit virum, & mortuus fuerit, occiſione occidatur. Qui autem non eſt inſidiatus, ſed a facie Dei traditus eſt manui ejus; conſtituam tibi locum, ad quem fugiat. Et quando impie egerit vir contra proximum ſuum, ut interficiat eum per inſidias*, Chald. *s* Sic Raimund. *velles* pro *evelles*, unus Tarracon. ut editum eſt, Complut. Lat. Α'πὸ τοῦ θυσιαστηρίου μου λήψῃ αὐτὸν θανατῶσαι. LXX. *ab altari meo accipies eum, ut occidatur*, Complut. *de conſpectu altaris mei tolles eum, ut interficiatur*, Chald. *t* Adde *cap. eodem* ex ſacris libris.

*u* Sic in Complut. Lat. *vir, & uxor*, unus Tarracon. ſolus. Ε'ὰν δὲ μάχωνται δύο ἄνδρες. LXX. *Si autem pugnaverint duo viri*, Complut. *Et quando rixati fuerint viri*, Chald. *Si autem litigabuat duo viri*, Auguſtin. lib. 2. quæſt. 80. in Exod. qui LXX. editioni adhæret.

*x* Sic etiam Complut. Lat. Καὶ πατάξωσι γυναῖκα ἐν γαστρὶ ἔχουσαν. LXX. *& percuſſerint mulierem in ventre habentem*, Complut. non recte pro *prægnantem*. *Et percuſſerint mulierem prægnantem*, Chald. *& percuſſerit quis mulierem fetum in utero habentem*, Aug. *y* *Abortum* pro *abortivum*, unus Tarrac. non male: ſed olim, ut editum eſt: *& abortum inde fecerit*, alter Tarrac. *& abortivum quidem fecerit*, Complut. Lat. Καὶ ἐξέλθῃ τὸ παιδίον αὐτῆς μὴ ἐξεικονισμένον. LXX. *& egreſſus fuerit infans ejus non figuratum*, Complut. ſcribe *figuratus*. *Et egreſſus fuerit fetus ejus*, Chald. *& exierit infans ejus nondum formatus*, Aug.

*z* *Sed* pro *ſi*, Compl. Lat. Επιζήμιον ζημιωθήσεται. LXX. *damno damnatus erit, & non fuerit*, Complut. *& non fuerit mors, condemnatione condemnabitur*, Chald. In Græcis, & Chald. verbis poſſumus mortem ad infantem quoque referre: *ſubjacebit vir damno*, unus Tarracon. *detrimentum patietur*, Aug.

*aa* *Quantum maritus mulieris expetierit*, &c. Compl. Lat. Καθ' ὅτι ἂν ἐπιβάλῃ ὁ ἀνὴρ τῆς γυναικός, καὶ δώσει μετὰ ἀξιώματος. LXX. *ſecundum quod impoſuerit vir mulieris, & dabit cum poſtulatione*, Complut. *ſicut poſuerit ſuper eum maritus mulieris, & dabit per ſententiam judicum*, Chald. *quantum indixerit vir mulieris, & dabit cum poſtulatione*, Aug. *bb* Sic Lat. Complut. *Sin autem*, vetus Tarrac. Ε'ὰν δὲ ἐξεικονισμένον ᾖ, δώσει ψυχὴν ἀντὶ ψυχῆς. LXX. *Si autem figuratum fuerit, dabit animam pro anima*, Complut. *Si autem mortua fuerit, reddet animam pro anima*, Chald. Hic Latina, & Chald. verba ad mulierem pertinent, Græca ad partum, & quæ poſtea de talione dicuntur: *ſi autem formatum fuerit, dabit animam pro anima*. Aug. d. q. 80. ex qua eſt apud Grat. 32. q. 2. cap. 8. & apud Ivon. parte 10. cap. 56. decreti, & lib. 8. tit. 3. cap. 1. Panorm. Similis interpretatio eſt ejuſdem Auguſt. quæſtione 23. in alio libro quæſtionum veteris, & novi teſtamenti, ex quo eſt cap. 9. apud Grat. d. q. 2. & cap. 57. apud Ivon. d. partis 10. & cap. 2. d. tit. 3. Panorm. Sic etiam B. Hieron. in loco ab eiſdem Grat. & Ivone relato, præſertim ſi legas, *tamdiu non reputatur homicidium*, in aliis eſt *homo*: „ Hoc hodie non tenet “, addit Tancred. „ quam ob rem hujus capitis Raim. non habuit „ rationem “. Poſt edita verba eſt in ſacris libris: *oculum pro oculo, dentem pro dente, manum pro manu, pedem pro pede, aduſtionem pro aduſtione, vulnus pro vulnere, livorem pro livore*, Complut. Lat. Ο'φθαλμὸν ἀντὶ ὀφθαλμοῦ, ὀδόντα ἀντὶ ὀδόντος, χεῖρα ἀντὶ χειρός, πόδα ἀντὶ ποδός, κατάκαυμα ἀντὶ κατακαύματος τραῦμα ἀντὶ τραύματος, μώλωπα ἀντὶ μώλωπος. LXX. Hæc ad talionem ſpectant; quæ mortua mu-

lie-

UNED

## CAPUT III.

*Ex concilio Aurelian.* [a]

Non ponit. QUI ſine odii meditatione ſe, ſuaque liberando, diaboli membra, ideſt fures, vel latrones interficiant [b], & capi (c) non poterant, pœnitentiam pro homicidio eis non (d) injungimus, niſi ipſi (e) voluerint aliquid, quod humanitatis eſt (f), facere, ſi presbyter eſt, non deponatur, cunctis autem diebus vitæ ſuæ pœnitentiam agat.

## CAPUT IV.

*Ex pœnitentiali Romano* (g).

c. 2. eod. INterfeciſti furem (h), vel latronem (i), ubi comprehendi poterat (k), abſque occaſione [l], & tamen interfeciſti (m), quia ad imaginem Dei creatus eſt [n], & in nomine ejus (o) baptizatus (p), & ſanguine (q) ejus redemptus eſt XL. dies (r) non intres in eccleſiam (s), lanea veſte (t) indutus [u], & ab eſcis (x), & potibus, qui interdicti ſunt, & a toro [y], & a gladio, & ab equitatu (z) illos (aa) ſupradictos dies te abſtineas (bb): in tertia autem, & quinta feria [cc], & in ſabbato aliquo genere leguminum, vel oleribus [dd], & pomis, & parvis [ee] piſciculis (ff), cum mediocri cerviſia utere, & temperate (gg), ſi autem ſine odii (hh) meditatione te, tuaque (ii) liberando, diaboli membra (kk) interfeciſti (ll), ſecundum indulgentiam (mm) dico, propter imaginem Dei, ſi aliquid jejunare volueris, bonum eſt tibi, & eleemosynam fac largiter (nn): ſi presbyter eadem fecerit (oo), non deponatur, quamdiu vivit [pp] pœnitentiam agat.

CA-

liere, non intelligo, quo pacto locum habere poſſint, ſi occidendus eſt, qui id fecit. At plus dictum, ut ſæpe alias, minus ſcriptum eſſe putemus; & hac lege talionem conſtitui generatim, quotiens vel puer læſus ſit. De talione apud Romanos videndus Gellius in extremo noctium. Romani a Græcis, Græci a Judæis hæc ſumpſerunt: & Lacedæmonios, ſive Spartanos cum Judæis cognatione propinquos fuiſſe, & ex Abrahæ genere ortos, conſtat ex lib. 1. cap. 12. Maccabæor. *a* Hæc in conciliis nondum inveni: ſed apud Burch. lib. 11. cap. 60. *ex concilio Aurelian. cap.* 1. invenitur magna pars hujus capitis, & apud Ivon. parte 13. cap. 46. decreti, & Grat. 13. q. 2. cap. ult. qui ſine titulo inſcribitur: teſte autem Contio Palea ſumpſit *ex concil. Aurel. cap.* 1. vide cap. 4. hujus tituli. *b Interficiunt*, tres Tarrac. & Burch. & Ivo: *interfecerint*, Palea.

*c Qui capi*, unus Tarrac. non male. Burch. & Ivo, ut editum eſt: *& pariter pœniteant*, Palea non recte.

*d* Vox *eis*, in duobus Tarracon. olim deſiderabatur, eſt apud Burch. Ivon. & Paleam: vox *non* deſideratur apud Burch. *e Niſi Epiſcopi*, Barcin. quod nondum probavi: ut editum eſt, alii.

*f Humanitatis*, Palea tantum aliis omiſſis. Pars hujus capitis eſt in calce capitis 4. id eſſe in cauſſa exiſtimo cur a Raimund. ſit omiſſum. *g* Sic etiam Raimund. & Contius: ſcribi potuit, *ex Burchardo lib.* 19. Is fatetur ſe collegiſſe ex variis libris, in quibus etiam enumeratur pœnit. Rom. cap. 8. in fine: *ex concilio Aurelian. cap.* 1. Burch. lib. 11. cap. 60. & Ivo parte 13. cap. 46. ſine titulo apud Grat. ſive Paleam 13. q. 2. cap. ult.

*h* Sic Burch. d. lib. 19. & Raimund. *Si fur, aut latro captus in præda &c. interficitur*, Burch. d. cap. 60. & Ivo: *captus fuerit*, Palea. *i Aut* pro *vel*, duo Tarracon. & Burch. & Raimund.

*k Abſque occaſione poteſt comprehendi*, Burch. d. cap. 60. *occiſione*, Ivo; cetera, ut Burch. *&*, addit ante Ivonis verba Palea: ut editum eſt, Burch. d. lib. 19. & Raimund.

*l* Sic etiam Burch. utrubique; *occiſione*, duo Tarrac. & Ivo, & Raimund. aptius.

*m* Sic Burch. d. lib. 19. & Raimund. *interficitur*, Burch. d. cap. 60. & Ivo, & Palea.

*n* Sic etiam Raimund. vox *eſt*, omittitur a Burch. d. lib. 19. *erat* pro *eſt*, unus Tarracon. habet: ſumi videntur hæc ex cap. 1. Geneſ. & ex cap. 3. epiſt. Pauli ad Coloſſen. *creati* pro *creatus eſt*, Burch. d. cap. 60. & Ivo, & Palea. *o* Hæc a Gregor. IX. non ſine cauſſa ſunt omiſſa, item a Contio: habet Burch. utrubique & Ivo: vox *ejus*, in uno Tarracon. deſideratur; *& baptizati ſunt nomine ejus*, Palea.

*p Baptizati ſunt*, Burch. d. cap. 60. & Ivo: *baptizatus*, Burch. lib. 19.

*q* Hæc omittunt Burch. d. cap. 60. & Ivo: habet Burch. lib. 19. *r* Sic Burch. d. lib. 19. & Raimund. *per*, additur ante hæc verba in uno Tarrac. quæ vox antea erat omiſſa: *interfectores eorum XL. diebus*, Burch. d. cap. 60. & Ivo, & Palea. *s* Sic etiam Burchard. lib. 19. & vetus Gregor. vox *in* omittitur in duobus Tarrac. & in altero veteri Gregor. & apud Cont. & alios; *non intrent eccleſiam*, Burch. d. cap. 60. & Ivo: *pœnitentiæ ſubjaceant, intrent in eccleſiam veſte*, Palea mendoſe. *t* Sic Burch. utrubique, & Ivo: *&*, ante hæc verba addit Raimund. *u Induti*, Burch. d. cap. 60. & Ivo, & Palea; *indutus*, Burch. lib. 19. & Raim.

*x Et*, omittunt Burchard. utrubique & Raimund. & tres Tarrac. & Ivo, & Palea.

*y* Sic Burchard. lib. 19. & Raimund. *&*, carent Burch. d. cap. 60. & Ivo, & Palea.

*z* Vox *&*, prior omiſſa eſt a Burch. utrubique; *gladio, & equitatu*, Raim. aliis omiſſis: tria poſteriora verba in veteri Tarrac. deſiderantur: *gladio, equitatu*, vetus Gregor. *a gladio, & equitatu*, Burch. d. cap. 60. *& gladio, & equitatu*, Ivo, & Palea. *aa Per illos*, vetus Tarrac. ſolus: omittunt hæc Burch. d. cap. 60. & Ivo, & Palea: habent alii. *bb* Vox *te* non eſt in Gregor. habet Burch. d. lib. 19. *ſe abſtineant*, d. cap. 60. & Ivo: *abſtineant*, Palea. *cc* Sic etiam Raimund. ordinem verborum mutat Burch. lib. 19. *in tertia autem feria, & quinta. In quarta autem, & ſexta feria*, Barcin. & unus olim Tarrac. *& quarta, & ſexta feria*, unus Tarrac. Ego nihil muto; ſunt enim dies ſeveriores ſecunda, quarta, & ſexta feria pœnitentibus; remittitur aliquid tertia, & quinta feria, & ſabbato: vide cap. 55. & 56. concilii Triburien. ſub Arnolfo & Burch. lib. eod. cap. 5. *in tertia quinta feria*, Burch. d. cap. 60. & Ivo: *in tertia, & quinta feria*, Palea. *dd* Sic Burch. lib. 19. & Raim. *vel olerum*, Burch. d. cap. 60. & Ivo: *& olerum*, Palea.

*ee Vel parvis*, Burch. lib. 19. *&*, prius omittitur in Gregor. & a Palea: *& pomis, parviſque*, Burch. d. cap. 60. & Ivo. *ff Piſcibus*, Ivo ſolus. *gg* Sic etiam Burch. lib. 19. & vetus Gregor. *veſce* pro *utere*, unus Tarrac. Vox *&* omiſſa eſt in altero veteri Gregor. & apud Cont. & alios: *viciſſim utantur, & temperate*, Burch. d. cap. 60. & Ivo. *hh* Sic Burch. lib. 19. & Raim. *Qui ſine odii* &c. ſupra cap. 3. ex concil. Aurelian. *Sin autem a veridicis comprobatur teſtibus, quod ſine odii*, &c. Burch. d. cap. 60. & Ivo, & Palea plenius, quod e fontibus hauſtum credimus, cetera ex rivulis. *ii* Sic Burch. lib. 19. & Raim. *ſe ſuaque* d. cap. 3. & Burch. d. cap. 60. & Ivo, & Palea. *kk* Sic etiam Burch. utrubique, & Ivo, & Palea: *hujuſmodi*, addit ante hæc verba Raimund. *ideſt fures, vel latrones*, addit d. cap. 3. poſt. edita.

*ll* Sic etiam Burch. lib. 19. & Raim. *interficiant*, d. cap. 3. *interficiunt*, Burch. d. cap. 60. & Ivo: *interfecerint*, Palea. *mm* Aliis verbis d. cap. 3. & Burch. d. cap. 60. & Ivo, & Palea: eiſdem Burch. lib. 19. & Raim. *intelligentiam*, Barc. non optime. *nn* Sic multi Greg. *eleemoſynas*, vetus Raim. liber, & Burch. lib. 19.

*oo* Sic Burch. lib. 19. & Raim. *ſi presbyter eſt*, d. cap. 3. *& ſi presbyter eſt*, Burch. *ac* pro *&*, Palea. Ivo hæc omittit. *pp Tamen*, addunt ante hæc verba tres Tarracon. & Raimund. *tamen quamdiu vivat*, Burch.

lib.

## CAPUT V.

*Auguſtinus ſuper Exodum* (*a*).

c. 3. eod. SI perfodiens inventus fuerit fur (*b*), & percuſſus mortuus fuerit (*c*), non eſt illi homicidium (*d*). Si autem orietur ſol ſuper eum, reus erit (*e*). Intelligitur ergo (*f*) non pertinere ad homicidium (*g*), ſi fur nocturnus occiditur (*h*). Si autem diurnus, pertinere [*i*]: hoc eſt enim quod ait: *Si orietur ſol ſuper eum* &c. (*k*) quia poterat diſcernere (*l*), quod ad furandum, non ad occidendum (*m*) veniſſet, & ideo non debet (*n*) occidi: hoc & in (*o*) antiquis legibus ſæcularibus (*p*), quibus tamen (*q*) iſta eſt antiquior, invenitur, impune s. (*r*) occidi nocturnum furem, quomodo [1](*s*), diurnum autem, ſi ſe telo defenderit (*t*), jam enim plus eſt, quam fur.

[1] *Quoquo modo*, forté.

## CAPUT VI.

*Hieronymus* (*u*).

CUM juramento (*x*) pollicitus eſt Herodes ſaltatrici [*y*] dare quodcumque poſtularet (*z*) ab eo: ſi ob jusjurandum ſe feciſſe dicit (*aa*), ſi patris, matriſve (*bb*) interitum poſtulaſſet, facturus eſſet (*cc*), an non? quod ergo in ſuis [*dd*] repudiaturus fuit [*ee*], contemnere debuit in propheta [*ff*]. c. 4. eod.

## CAPUT VII.

*Alexander III. Bartholomeo Exon. Epiſc.* (*gg*) c. 6. eod.

SIcut dignum (*hh*), & omni rationi conſentaneum eſt, graves (*ii*), & difficiles quæſtiones ad examen Apoſtolicæ ſedis deferri (*kk*), ita etiam nobis ex miniſterio ſuſceptæ (*ll*) ſollicitudinis imminet, eaſdem quæſtiones, pro ut nobis dominus [*mm*] dederit, ſolvere, & ſingulis a nobis conſilium poſtulantibus reſponde-

lib. 19. *cunctis autem diebus vitæ ſuæ*, d. cap. 3. *tamen* pro *autem*, Burch. d. cap. 60. & Palea, cetera, ut d. cap. 3. *a* Sic etiam Raim. & Cont. *Auguſtin. quæſtionum in Exod. quæſt.* 84. Ivo parte 10. cap. 53. decreti plenius. Eadem verba ſunt in ſcholiis ſacror. libror. *b* Sic etiam Raim. *Si autem perfodiens* &c. Aug. & Ivo d. cap. 53. *Si infringens fur domum*, *ſive effodiens fuerit inventus*, Burch. lib. 11. cap. 61. ex verbis Exodi: & Ivo parte 13. cap. 47. ex cap. 22. Exodi. *Si effregerit fur domum*, *ſive ſuffodiens fuerit inventus*, Ivo parte 16. cap. 352. ex cap. 19. ut ſuſpicor, capitularium. Idem lib. 5. tit. 2. cap. 34. them. 12. Panorm. ex incerto libro. *Si effringens fur domum*, *ſive ſuffodiens fuerit inventus*, Complut. Lat. Exodi cap. 22. Ἐὰν δὲ ἐν τῷ διορύγματι εὑρεθῇ ὁ κλέπτης. LXX. *Si autem in effuſione inventus fuerit fur*, Complut. *Si autem ſuffodiens domum inventus fuerit latro*, Chald. *c* Sic etiam Aug. & Ivo d. cap. 53. & Raim. *&*, addit unus Tarracon. ante vocem *mortuus*. *Et accepto vulnere mortuus fuerit*, Complut. Lat. & Burch. & Ivo d. cap. 47. & d. cap. 352. & in Panorm. Καὶ πληγεὶς ἀποθάνῃ. LXX. *& vulneratus mortuus fuerit*, Complut. *& percuſſus fuerit*, *& mortuus fuerit*, Chald. *d* Sic Aug. & Ivo d. cap. 53. *non eſt illud homicidium*, vetus Gregor. *imputandum*, addit alter vetus editis, & Cont. & alii: *percuſſor non erit reus ſanguinis*, Complut. Lat. & Burch. & Ivo ubi ſupra: οὐκ ἔστιν αὐτῷ φόνος. LXX. *non eſt illi cædes*, Compl. Chald. ut Latina.

*e Reus eſt*, *& morte morietur*, Aug. *oriatur* pro *orietur*, Raimund. cetera, ut edita ſunt: *oritur*, Ivo d. cap. 53. & in fine; *reus eſt*, *morte moriatur*: *&*, *ſi orto ſole hoc fecerit*, *homicidium perpetravit*, *& ipſe morietur*, Complut. Lat. Ἐὰν δὲ ἀνατείλῃ ὁ ἥλιος ἐπ' αὐτῷ, ἔνοχός ἐστιν, ἀνταποθανεῖται. LXX. *ſi autem ortus fuerit ſol ſuper eum*, *reus eſt*, *ſimul morietur*, Complut. *ſi oculus teſtium fuerit ſuper eum*, *ſanguinis reus erit percuſſor*, Chald. *Quod ſi orto ſole fecerit*, *homicidium perpetravit*, *& ipſe morietur*, Burch. & Ivo d. c. 47. *Quod ſi orto ſole hoc fecerit*, *homicidium perpetravit*, Ivo d. parte 16. & in Panorm. aliis omiſſis.

*f* Sic etiam Raim. *tunc*, addunt Aug. & Ivo d. c. 53. vox *ergo* in vet. Tarr. deſideratur.

*g* Sic Aug. & Ivo; & duo veteres Gregor. *ad eum homicidium*, Cont. & alii.

*h* Sic etiam Aug. & Ivo. *occidatur*, Raim. *i* Sic etiam Aur. Aug. & Ivo; *ſi autem diurnus*, *ad homicidium pertinere*, vetus Gregor. *pertinere dinoſcitur*, alter vetus; *ſi autem diurnus fuerit*, *ad homicidium pertinere*, Cont. & alii. *k* Sic vetus Gregor. vox *&c.* non eſt apud Ivon. *Si orietur ſuper eum ſol*, Aug. omiſſa etiam voce *&c. Oriatur* pro *orietur*, alter vetus Gregor. cetera, ut edidimus; *ſi oriatur ſuper eum ſol*, *&c.* Cont. & alii. De his verbis ſupra ſcripſimus. *l* Sic etiam Raim. *poterat quippe diſcerni*, Aug. & Ivo.

*m* Vox *ad* in uno Tarr. ſolo eſt omiſſa. *n* Sic etiam Raim. *non deberet*, Aug. & Ivo.

*o* Sic etiam Aug. & Ivo, & vetus Gregor. *etiam* pro *&*, unus Tarr. & alter vetus Gregor. & Cont. & alii editi. *p* Hæc vox in veteri Tarrac. ſolo non eſt. *q* Sic Aug. & Ivo; vox *tamen*, omittitur a Raim.

*r Scilicet*, Raim. & Cont. omiſſa ea vox eſt ab Aug. & Ivone, & a duobus Tarr.

*s* Sic Ivo; *quoquo modo*, Barc. & tres Tarr. & Auguſtin. & Raim. aptius: „ Lex duodecim tabularum furem noctu deprehenſum occidere permittit, ut tamen id ipſum cum clamore teſtificetur", Cajus c. 4. ad legem Aquiliam. *t* Sic etiam Raim. vox *autem*, omittitur ab Ivone: *cum telo* pro *telo*, habet Aug. „ Interdiu „ autem deprehenſum ita permittit occidere, ſi is ſe telo defendat, ut tamen æque cum clamore teſtificetur", Cajus. *u* Sic etiam Raim. & Cont. ex dictis Hieronymi, Burch. lib. 12. cap. 16. & Ivo parte 12. cap. 73. decreti; & in marg. Ivonis recte eſt: *in cap.* 14. *Matthæi.* *x* Verba Matthæi cap. 14. ſunt: *Die autem natalis Herodis ſaltavit filia Herodiadis in medio*, *& placuit Herodi*; *unde cum juramento pollicitus eſt ei dare*, *quodcumque poſtulaſſet ab eo.* Γενεσίων δὲ ἀγομένων τοῦ ἡρώδου ὠρχήσατο ἡ θυγάτηρ τῆς ἡρωδιάδος ἐν τῷ μέσῳ καὶ ἤρεσε τῷ ἡρώδῃ: ὅθεν μεθ' ὅρκου ὡμολόγησεν αὐτῇ δοῦναι ὃ ἐὰν αἰτήσηται.

*y Ei*, habet Hieron. & Matth. *z Poſtulaſſet*, tres Tarrac. & Burch. & Ivo, & Raimund. & Matth.

*aa Feciſſe ſe dicit*, Hieron. & Burchard. & Ivo, & tres Tarrac. *feciſſe ſe dicat*, Raimund.

*bb* Sic etiam Raimund. *matriſque*, Burch. & Ivo: *patris*, *vel matris ſuæ*, unus Tarracon. *ſi patris*, *ſi matris*, Hieron. *cc* Sic etiam Burch. & Raim. *erat*, Ivo: vox *eſſet*, olim in vet. Tarrac. deſiderabatur: *fuerat* pro *eſſet*, Hieron. *dd Quod in ſe ergo*, Hieron. *ee* Sic Hieron. Burchard. Ivo, & Raim. *fuerit*, unus Tarrac. *repudiavit*, alter Tarrac. forte *repudiabit*. *ff* Sic etiam Raim. *& in propheta*, Hieron. Burch. & Ivo. Ad extremum adde, quæ refert Grat. 22. q. 4. *gg Exonienſi Epiſcopo*, concil. parte 35. cap. 1. titulo de pœnitentia: vox *Bartholomeo*, neque in concil. eſt, neque in Gregor. *hh* Recte Cont. addit omiſſa prius a Raim. quæ ſunt in concil. *eſt*, addunt poſt vocem *dignum*, tres Tarracon. & concil. & Cont.

*ii* Vox *eſt*, in tribus Tarrac. & in concil. omittitur: *ſolvere*, Cont. pro *eſt*, quod nondum probavi.

*kk* Sic etiam Cont. *referri*, concil. *ll* Sic in concil. *ex miniſterio nobis*, Cont. non recte, omiſſa voce *ſuſceptæ*.

*mm* Sic in concil. *ut nobis Deus*, Cont.

UNED

dere [a], ut providentia Romanæ eccleſiæ, quæ ubique (b) terrarum optinet, diſponente domino, principatum, quæſtiones ſolvantur, & removeatur in his (c) ambiguitas ſingulorum de cordibus (d), licet autem ſuper quæſtionibus quas nobis diſcretio tua ſolvendas direxit (e), te non dubitamus providum, & circumſpectum [f] exiſtere: cogimur tamen ex ſuſcepto (g) ſervitutis miniſterio juxta diſcretionem, & providentiam noſtram tibi (h) exinde reſpondere. Sane cum vir litteratus (i) ſis, & ſapiens, & diſcretus in his, ac plurimum exercitatus (k), plenius noſti, quia (l) in exceſſibus ſingulorum non ſolum qualitas delicti, & quantitas, ſed ætas (m), & ſcientia, & ſexus (n), atque condicio ſunt (o) attendenda: quia non ſolum (p) ſecundum qualitatem (q), & quantitatem facinoris, ſed ſecundum ea, quæ prædiximus (r), & ſecundum locum, & tempus, quo delictum committitur, unicuique debeat pœnitentia indici (s): cum, ſicut tu ipſe non ignoras [t] idem exceſſus magis in uno, quam in alio ſit puniendus. Illi autem (u) qui animo occidendi illum ſanctum, & reverendum virum Cantuarienſem quondam (x) Archiepiſcopum, aut feriendi, aut capiendi, ſi de illa (y) captione mors ejus ſubſecuta (z) fuiſſet, & citra (aa) manuum injectionem ſe fatentur (bb) veniſſe: pari pœna, vel fere pari puniendi ſunt (cc), & illi etiam (dd), qui non ut ferirent, ſed ut percuſſoribus opem ferrent, ſi forte violentiam, quam quidam moliri debebant, impedirentur (ee), paulo minori pœna mulctari (ff), quia cum ſcriptum ſit (gg), qui potuit hominem liberare a morte (hh), & non liberavit (ii), eum occidit (kk), conſtat ab (ll) homicidii reatu immunes non eſſe, qui occiſoribus opem contra alios præſtare venerunt (mm), nec caret ſcrupulo ſocietatis occultæ (nn), qui manifeſto facinori deſinit obviare (oo). Illi vero, qui (pp) ſe aſſerunt animum Regis inflammaſſe ad odium, unde forte homicidium fue-

*a Reddere*, vetus Tarracon. ſolus. *b Quæ ubicumque*, unus Tarracon. tantum.

*c* Hæ duæ voces, *in his*, in Contiano deſiderantur; ſunt in concil.

*d* Malo *de cordibus ſingulorum*, ut eſt in vet. Tarracon. & in concil. & apud Cont.

*e* Sic etiam Cont. *duxit*, concil. non ſine mendo. *f Dubitemus* pro *dubitamus*, Barcinon. & Cont. mendoſe autem eſt in concil. *te non dubitemus providere, & diſcretum.* *g Ex ſuſceptæ*, concil. & Cont. *ſuſceptæ*, tres Tarrac. *h* Sic etiam Cont. *diſcretioni tuæ juxta providentiam noſtram*, concil. non male.

*i Sane cum vir ſapiens, & diſcretus ſis* &c. concil. *Sane cum vir diſcretus exiſtas*, Raim. & Cont. multis omiſſis.

*k* Hæc in uno Tarrac. omittuntur: *in hac*, pro *in his ac*, Barcin. *& in his plurimum exercitatus*, concil.

*l* Sic in concil. *noſti quod*, Raim. Antoni gladios potuit contemnere, ſi ſic Omnia dixiſſet.

*m Non ſolum delicti qualitas, ſed quantitas, & ætas*, concil. *non ſolum quantitas delicti, & qualitas, ſed ætas*, vetus Tarrac. *non ſolum quantitas, & qualitas delicti, ſed ætas*, multi Gregor. *non ſolum qualitas, & quantitas delicti, & ætas*, vetus Raim. liber non recte. *n Scientia, ſexus*, Raim. *ſcientia, ſenſus*, conc. quod non æque placet. *o* Sic etiam concil. *eſt* pro *ſunt*, unus Tarrac. *atque condicio delinqentis ſunt*, Raim. *delinquentibus* pro *delinquentis*, Contiani librarii non recte. *p Quare* pro *quia*, concil. & Raimund.

*q* Sic in concil. *ſecundum prædicta*, multi Gregor. & Cont. *prædicta*, vet. Raim. liber, altera voce omiſſa.

*r Quæ diximus*, duo Tarrac. & concil. *s Debet* pro *debeat*, duo Tarrac. *pœnitentia debet indici*, Raimund. *debet pœnitentia injunngi*, concil. *t* Hæc omittunt Raimund. & Cont. ſunt in concil.

*u* Sic in concil. & in Gregor. ego tamen aliquid ante hæc verba deſidero: in quibus de cæde ſanctiſſimi viri Thomæ ageretur; & quo pacto huic Epiſcopo fuerit res tanta commiſſa.

*x* Vox *virum*, in uno Tarrac. non eſt: *virum Th. quondam Cantuar.* concil. plenius prioris edit. *virum quondam Cantuarien.* Raim. *Thomam quondam Cantuar.* concil. Surianæ editionis, omiſſa voce *virum.*

*y* Sic etiam Raim. perturbato verborum ordine: *ut* pro *ſi*, concil. quod minime præfero.

*z Ei* pro *ejus*, concil. *mors illius ſecuta*, vetus Gregor. *mors ejus ſecuta*, alter vetus, & Cont. & alii.

*aa* Vox *&* non eſt in concil. neque in Gregor. in quibus Gregor. hæc ſunt priora illis, *ſi de illa* &c. *Circa*, *vel citra*, Barcin. & tres Tarracon. quod nondum probavi. *bb* Mendoſe in concil. prioris edit. eſt, *fatetur.*

*cc Pari pœna ſunt puniendi*, concil. aliis omiſſis: *pœnitentia*, pro *pœna*, duo Tarrac. vox *pari* poſterior in Barcin. non eſt: *pari pœnitentia, vel fere pœna pari exiſterent puniendi*, vetus Gregor. *vel fere pari*, alter vetus Greg. omiſſa voce *pari* poſteriore, & Cont. & alii. *dd* Vox *&* non eſt in uno Tarrac. neque in Gregor: *& alii*, concil. *ee Si forte violentia, quam quidem amoliri debebant, impediretur*, concil. prioris edit. non recte: *quidam* pro *quidem*, Suriana editio *ſi forte per aliorum violentiam impedirentur*, Raim. *violentia* pro *violentiam*, duo Tarrac. non male: *quidem* pro *quidam*, tres Tarrac. quod non æque placet: *impediretur* pro *impedirentur*, duo Tarracon. quod placet: ſcribo; *ſi forte violentia, quam quidam moliri debebant, impediretur.*

*ff* Sic etiam concil. omnia in Barcin. deſiderantur. *Paulo minori pœnitentia multari debent*, unus Tarracon. in altero eſt etiam *pœnitentia* pro *pœna*, ſed verbo *debent*, caret: *paulo minus debent pœna multari*, vetus Gregor. *minori* pro *minus*, alter vetus, & Cont. & alii. *gg* Sic etiam Raim. vox *quia* in Barcin. non eſt, *quia ſicut ſcriptum eſt*, concil. *hh* Hæc verba cujus ſint, nondum inveni, ſed Proverb. cap. 24. ſcriptum eſt. *Erue eos, qui ducuntur ad mortem, & qui trahuntur ad interitum, liberare ne ceſſes. Eripe* pro *Erue* habet Ambros. quem refert Grat. 23. q. 3. cap. 7. Ρ῾ῦσαι ἀγομένους εἰς θάνατον. LXX. Aliis verbis utitur Enodius relatus in ſynodo Romana tempore Symmachi, quæ ut verba Symmachi adfert Grat. diſt. 83. in principio.

*ii* Sic etiam in concil. & in multis Gregor. *liberat*, unus Tarr. & vetus Raim. liber.

*kk* Sic etiam Raim. *ipſum* pro *eum*, concil. *ll* Sic Raim. *Conſtat quoque eos ab*, concil. *cum conſtat*, Barcin. voce *ab* omiſſa. *mm* Sic in Gregor. *contra alios opem ferre venerint*, concil. Duæ illæ voces, *contra alios*, in veteri Tarr. non ſunt. *nn* Hæc verba ſumpta ſunt ex epiſt. Eleutherii Papæ a Grat. relata 2. q. 7. cap. 55. Eadem repetit Damaſus in calce epiſt. 3. & apud Anſelm. Lucen. lib. 13. cap. 9. & Grat. 23. q. 3. cap. 8. ſed ambo dicunt eſſe verba Anaſtaſii, & Damaſi. Eiſdem fere utitur Joan. 8. apud Ivon. parte 6. cap. 115. decreti, & Grat. diſt. 86. cap. 3. qui ſcribunt *conſenſionis* pro *ſocietatis*: eadem ſunt Innocentii Papæ, ut refert Grat. diſt. 83. cap. 3. & Deuſdedit parte 2. adverſus ſchiſmaticos: eiſdem utitur Innocent. 3. in concilio generali cap. ult. & ſub titulo de teſtibus cap. 4. in 4. collect.

*oo* Sic in duobus Gregor. *qui, cum poſſit, manifeſto* &c. concil. *non deſinit*, Barcin. & Cont. & alii non optime: *manifeſte* pro *manifeſto*, vetus Tarracon. *dicitur* pro *deſinit*, idem vetus: ut editum eſt, Eleuth. & Damaſ. in concil. & apud Anſelm. & Grat. Joan. 8. apud Ivon. & Grat. & Innoc. apud Deuſd. & Grat. *non deſinit*, Innoc. 3. d. cap. ult. ſed in veteri Tarracon. ut editum eſt. *pp* Sic in concil. *Qui vero*, Raimund.

fuerit ſubſequutum (*a*), dure [*b*], & aſpere, ſed non ita ſevere ſunt puniendi, niſi forte Regem ipſum ad illud (*c*) homicidium ſuis ſuggeſtionibus (*d*) provocaſſent. Illi quoque non fuerunt (*e*) a culpa liberi, nec a pœna (*f*) debent eſſe immunes, qui licet fuerint illius iniquæ (*g*) machinationis ignari, tamen ſicarios (*h*) eſſe ſciebant, qui in ſarcinis (*i*) cuſtodiendis miniſterium præbuerunt. Eos vero, qui dicunt (*k*) illius ſancti viri, & ſuorum poſt mortem ejus (*l*) occupaſſe ſpolia, ſi nihil aliud in tanto facinore commiſerunt, a pœna mortis ejus arbitramur eſſe (*m*) immunes. Sed quæ occupaverant (*n*), eis, quorum fuerunt, tenentur in integrum reſtituere, ſi habent (*o*) in facultatibus, unde ea poſſint reddere (*p*). Ipſis ex hoc [*q*] pœnitentia moderata tamen eſt indicenda [*r*]: quia licet quidam ex his ea, quæ occupaverunt (*s*), fatentur ſe pauperibus [*t*] erogaſſe; non tamen alienas res, cum ipſas [*u*] potuiſſent eis, quorum fuerunt (*x*), reſtituere, debuerunt pauperibus erogare (*y*). Illi vero (z), qui ſola excommunicatorum participatione ſe reos eſſe cognoſcunt, conſiderata temporis mora, in quo [*aa*] in eadem nequitia perdurant (*bb*), & inquiſito etiam, ſi eis (*cc*) timore (*dd*), vel affectione (*ee*) communicaverint ſcienter, vel ignoranter, ſecundum hoc (*ff*) pœnitentia eſt indicenda (*gg*). Clericos autem, quos conſtat armatos interfuiſſe (*hh*) tanto facinori, & illos etiam clericos (*ii*), qui conſilium illud (*kk*) dederunt, ut ſanctus vir caperetur, perpetuo non ſolum ab altaris miniſterio (*ll*) deponendos eſſe cenſemus, ſed ita etiam, quod (*mm*) in eccleſiis nullo unquam tempore lectiones legant, vel reſponſoria in choro (*nn*) cantent; ſed in pſalmis apud Deum de commiſſo ſatagant veniam implorare (*oo*). Inſuper autem clerici ipſi (*pp*) in diſtricto (*qq*) clauſtro monachorum, vel canonicorum regularium (*rr*), ſi fieri poteſt, ſunt recludendi (*ſſ*), ita quidem, quod uſque ad ſeptennium (*tt*), vel quinquennium debeant ab introitu eccleſiarum coerceri (*uu*).

## CAPUT VIII.

*Idem* (*xx*).

PResbyterum autem (*yy*), qui quendam puerum intuitu diſciplinæ percuſſit in capite (*zz*), cum poſt paucos dies, ſicut aſſeris [*aaa*], expiraſſet, ab omni [*bbb*] altaris miniſterio de- cap. 7. eod.



*a Unde forte fuit homicidium ſubſecutum*, concil. *unde homicidium fuit ſecutum*, Raim. & Cont.

*b* Sic Gregor. IX. *ſatis dure*, concil. *c* Sic Raim. *ad ipſum*, concil. quod non æque placet.

*d* Hæc in conc. non ſunt: ſunt in Greg. *e* Sic in concil. *Hi ergo non ſunt*, vetus Gregor. *Hi quoque*, alter vetus, cetera ut edidimus. *Hi quoque non ſunt*, Cont. & alii. *f* Sic etiam Raim. *nec a reatu*, concil.

*g Iniquæ*, concil. altera voce omiſſa: *illius*, Raimund. voce altera præterita.

*h Sicariis tamen, ſi eos ſicarios*, concil. aptius: *tamen eis, quos ſicarios*, Raim. non male: *tamen ſi æque ſicarios*, Barcin. *tamen ſi eos ſicarios*, duo Tarracon. *eos tamen ſicarios*, tertius Tarrac. in quo vox *eos*, olim non fuerat.

*i* Vox *qui*, non eſt in Barcin. neque in Gregor. quod non improbo: *vel in ſarcinis, vel in armis eorum*, concil. plenius: vox *eorum* additur etiam in Barcin. *k Dicuntur*, Barcin. & duo Tarracon. *Illos vero, qui dicuntur*, concil. *Eos inſuper, qui dicuntur*, Raim. *l* Vox *ejus*, non eſt in concil. eſt in Gregor. *Per* pro *poſt*, habet Suriana concil. editio non recte. *m Arbitrantur eſſe*, vetus Gregor. ſolus non optime: verbum *eſſe* in concil. deſideratur. *n Occuparant*, Raim. *ſed hæc, quæ occupaverunt, tenentur eis in integrum reſtituere, quibus ablata fuerunt*, concil. *o* Sic etiam Raim. *ſi habeant*, concil. *p* Vox *ea* in uno Tarrac. non eſt: ordo verborum in aliis mutatur. *q Et ipſis* pro *ipſis*, duo Tarracon. & Raim. *& ex hoc*, tertius Tarrac. *& ipſis tamen ex hinc*, concil. *ex hoc*, in marg. *r Pœna* pro *pœnitentia*, vetus Tarrac. *pœnitentia moderata eſt injungenda*, concil. *moderata eſt pœnitentia injungenda*, Raim. *s Licet ex his, quæ occupaverunt, quædam*, concil. *licet quidam ex his, quæ occupaverint*, vetus Gregor. *occupaverunt*, alter Gregor. cetera, ut prior vetus: *licet quædam ex his, quæ occupaverunt*, Cont. & alii. *t Fateantur* pro *fatentur*, Raim. *in eleemoſynam*, addunt concil.

*u* Sic in concil. *aliena, cum ipſa*, Raimundus ſine ullo lucro mutavit.

*x Fuerint*, concil. & Raimund. *y* Sic Raimund. & concil. *erogaſſe*, vetus Tarracon.

z Sic in concil. *Illis vero*, unus Tarracon. *Illi præterea*, duo veteres Gregor. *Illis præterea*, Cont. & alii.

*aa* Vox *in* non eſt in tribus Tarrac. neque in Gregor. *temporis qualitate, quo*, concil.

*bb Perduraverint ignoranter*, concil. *perdurarant*, vetus Gregor. *perdurarunt*, duo Tarraconenſes, & alter vetus Gregor. & Contius, & alii. *cc* Vox *eis*, non eſt in concil. voce *etiam* caret Raimund.

*dd* Sic Raimund. *amore*, concil. *ee Affectuoſe*, vetus Tarracon. ſolus.

*ff* Sic in concil. *&*, addunt Tarrac. duo ante hæc verba: omnia omittunt Raim. & Cont.

*gg* Sic in concil. *eſt pœnitentia indicenda*, duo veteres Gregor. *illis*, addit unus Tarrac. ante vocem *indicenda*. *Eſt eis pœnit. indicenda*, Cont. & alii. *hh* Sic Raimund. *eſſe*, addebatur olim in veteri Tarrac. non recte; *armatos eſſe, & interfuiſſe*, concil. *ii Et clericos etiam illos*, concil. *& illos*, Raimund. & Cont. aliis omiſſis.

*kk Iſtud*, concil. *conſilium*, Raim. altera voce omiſſa. *ll* Sic etiam Raim. *officio*, concil.

*mm Sed etiam ita, ut*, concil. vox *ſed*, olim in uno Tarrac. non fuerat: vox *ita*, in Greg. omiſſa eſt.

*nn Separatim*, addunt Barcinon. & tres Tarrac. & Raim. *nec reſponſoria, ſeu antiphonas cantare in choro*, conc.

*oo Impetrare*, duo Tarracon. & Raim. *veniam ſatagent implorare*, concil. prioris edit. *ſatagant*, poſteriora concilia. *pp Inſuper clerici etiam ipſi*, concil. *Inſuper*, Raim. & Cont. aliis omiſſis.

*qq* Sic Gregor. IX. *in obſtructo*, concil. *rr* Vox *regularium*, in concil. deſideratur: eſt apud Raim.

*ſſ* Sic etiam Raimund. *reducendi*, duo Tarracon. *includendi*, concil. non male.

*tt Ita quidem, quod ipſi in ſeptennium*, concil. vox *quidem*, in Gregor. non eſt; cetera, ut edidimus.

*uu Eccleſiæ* pro *eccleſiarum*, vetus Tarrac. *cohiberi* pro *coerceri*, concil. *ab eccleſiarum introitu coerceri*, Raim.

*xx* Sic etiam Raimund. & Contius: addi poteſt *Salernitano Archiepiſcopo*, ex concil. parte 26. cap. 7. poſt concil. Later. *yy* Vox *autem*, non eſt in Gregor. *alium*, additur in concil. Ante hæc verba additur in Barcin. *Pars cap.* Licet, & in concil. d. parte 26. cap. 4. *Pars capituli*, Licet præter. Integra clauſula exſtat ſub titulo de ſponſa duorum cap. 3. in hac collectione: ex eodem reſcripto eſt cap. 10. de accuſation. & cap. 6. de judiciis, & cap. 1. & 2. de clericis pugnantibus in duello, & cap. 1. de corpore vitiatis hujus collectionis. Poſt cujus capitis verba in concil. prioris edit. hæc ſunt: *Idem e. in e. e.* hoc eſt, *Idem eidem in eadem epiſtola. Presbyterum autem alium* &c. ſic etiam eſt in Suriana editione.

zz Sic etiam Raimund. & Cont. *& vulneravit*, addunt tres Tarracon. & concil.

*aaa* Hæc omittunt Raimund. & Cont. ſunt in concil. *bbb* Sic in concil. *tam ab omni*, Raim.

bes perpetuo removere; eumque ab officio [a] ſacerdotali deponere, ſi ex ipſa percuſſione interiit [b], vel aliam infirmitatem incurrerit (c).

## CAPUT IX.

*Idem Coſentino Archiepiſcopo (d).*

c. 8. eod. CОntinebatur in litteris, quas (e) nobis tua devotio deſtinavit, quod diaconus præſentium lator iſte (f), & quidam clerici, qui rogati (g) ad vineas eccleſiæ putandas (h) perrexerant (i), circa veſperas (k) opere conſummato, cum redirent (l), leviandi laboris (m) gratia, quemdam ludum imitati ſunt [n] viatorum, proiicientes (o) baculos ſuos in longum (p): ſtudebant enim in directum jacere, & alter alterius fuſtem ferire: hujus autem ludi, ſicut aſſerunt, ſolet eſſe condicio (q), ut qui alterius baculum percuteret, quaſi victor, eo (r), cujus baculus procuſſus eſt (s), uteretur pro equo; ſed præfati clerici equitandi licentia non utentes, ſola jactatione erant contenti (t), ut dum alacrius [u] ad baculos ſuos concurrerent (x), laborem itineris [y] non ſentirent. Quidam autem laicus, ſicut prædictus (z) diaconus aſſerit, dum baculum ejuſdem diaconi (aa) percuſſiſſet, incautus (bb) in eum equitaturus inſiluit, & ſic a falce ipſius diaconi [cc], qua erat accinctus, mortale vulnus accepit, de quo poſt dies octo expiravit. Inde eſt, quod commonemus f. t. [dd] atque mandamus, quatenus eundem diaconem ſine licentia Romani Pontificis [ee] ad ſuperiorem gradum ſuſcipere (ff), vel in diaconatus (gg) officio, nullo unquam tempore miniſtrare (hh) permittas (ii); ſed eum diſpenſative miniſtrare in ſubdiaconatus officio permittas.

## CAPUT X.

*Idem B. Exon. Epiſcopo, & Abbati (kk).*

LAtor præſentium (ll) nobis viva voce (mm) propoſuit, quod quadam die [nn] caſu cum quodam clerico luderet, contigit, quod ille projecit iſtum ad terram [oo], & cultellus (pp), quem ad latus ſuum (qq) habebat, in alterum incidit, & (rr) fortuito vulneratus occubuit [ſſ]; eundem itaque ad vos (tt) duximus remittendum, d. v. per A. s. m. qua. (uu) rei veritate comperta, & xx) ſi ita res ſe habuerit (yy), & alia juſta cauſa non impedit (zz), prædictum D. libere permittatis (aaa) ad ſacros ordines promoveri. cap. 9. eod.

CA-

*a* Sic etiam *in* concil. *quam ab officio*, Raim. *b* Sic Raimund. *interierit*, concil. non male.

*c* *De qua noſcitur expiraſſe*, addunt concil. & unus Tarrac. in quo olim eadem non fuerant: *vel cauſam mortis incurrerit, de qua noſcitur expiraſſe*, alter Tarrac. in quo etiam antiqua ſcriptura nihil poſt verbum *incurrerit*, habebat. Multi Gregoriani, in quibus duo veteres, & Cont. ut concil. excepta voce *incurrerit*, pro qua alter vetus habet, *incurrit*. *d* *Cuſentino*, tres Tarracon. & concil. d. parte 26. cap. 12. *Cuſent.* duo veteres Gregor. *Cuſentinen.* Cont. & alii non recte. *Euſtano*, Barcinon. *Conſtantino*, quartus Tarracon. ceteris antiquior, non ſine mendo: ſcribo *Conſentino*, eſt enim Conſentia urbs apud Plinium in Italia.

*e* Sic in concil. *in litteris tuis*, Raimund. & Cont. *f* Vox *iſte*, neque in concil. eſt, neque in Gregor.

*g* Sic in concil. *quidam alii clerici a vineis eccleſiæ opere* &c. Raim. & Cont. aliis omiſſis: vox *rogati*, in uno Tarrac. non eſt: *eccleſiæ eccleſiaſtico opere*, vetus Gregor. habet, quod nondum placuit.

*h* *Amputandas*, vetus Tarrac. ſolus. *i* *Perrexerint*, concil. *k* *Et cum circa veſperas*, concil.

*l* Vox *cum*, in tribus Tarrac. & in Gregor. omittitur: *redierint*, concil. altera etiam voce omiſſa.

*m* Sic etiam Raim. *levandi laboris*, concil. aptius: *leniendi laboris*, Barcin. non male.

*n* Vox *ſunt*, eſt in concil. non eſt in Gregor. *o* Omittit quædam Raimund. omittit etiam Contius, quæ ſunt in concil. *p* *In longinquum*, concil. *q* *Talis condicio eſt*, concil. pro tribus ultimis verbis: *cujus ludi ſolet eſſe condicio*, Raim. aliis omiſſis. *r* Sic etiam concil. *quaſi victor pro equo alio uteretur*, Raim. & Cont. aliis omiſſis. *s* Scribe, *percuſſus eſt*, ut eſt in quattuor Tarraconenſibus; *percuſſus eſſet*, concil. aptius.

*t* *Contenti ſunt*, concil. *jactione* pro *jactatione*, unus Tarrac. *ſola erant jactatione contenti*, vetus Gregor. *jactione*, alter vetus, & Cont. & alii. *u* Hæc omittunt Raimund. & Cont. ſunt in concil.

*x* Sic in concil. *currerent*, Barcin. non male. *y* *Interim* pro *itineris*, vetus Tarrac. ſolus: ſed olim aliud fuerat, quod non cernitur. *z* Hæc etiam ſunt in concil. non ſunt in Gregor.

*aa* Sic etiam Raim. *prædicti diaconi*, concil. *bb* Sic etiam Raim. ea vox olim in uno Tarrac. deſiderabatur; *incaute*, concil. *cc* Sic in concil. *illius diaconi*, Raim. *dd* *Fraternitatem tuam*, concil. *Ideoque mandamus*, Raimund. & Cont. aliis omiſſis. *ee* *Diaconum* pro *diaconem*, Barcin. & vetus Tarrac. & Raimund. *diaconum ſine licentia ſummi Pontificis*, concil. *ff* *Aſcendere*, malo, ut eſt in tribus Tarrac. & in concil. & in Gregor. veteri: *non aſcendere*, Contius, & alii, quod nondum prætuli.

*gg* Sic in concil. & in duobus veteribus Gregor. *in* omittunt Cont. & alii non recte.

*hh* Vox *miniſtrare*, non eſt in veteri Tarrac. *ſed cum diſpenſatione in ſubdiaconatus officio miniſtrare*, concil. *ſed cum diſpenſatione miniſtrare*, duo veteres Gregor. ut editum eſt, Contius, & alii.

*ii* *Patiaris*, omnes libri præter unum Tarrac. non male. *kk* *Idem Exon. Epiſcopo*, duo veteres Gregor. *Exonen. Epiſcopo*, Cont. & alii. *Idem*, concil. d. parte 26. cap. 14. titulo de depoſitione clericorum, & de diſpenſatione circa eoſdem facta. Eſt autem proximum caput in concil. hac inſcriptione, *Idem Exonienſi Epiſcopo*, & in marg. *Pars capituli*, TANTA EST VIS: cujus integra clauſula exſtat ſub titulo, qui filii ſunt legitimi. Illæ duæ voces, *& Abbati*, non ſunt in veteri Tarrac. neque in concil. neque in Gregor. quod placet, aut alia verba deſiderantur; quod infra ſcriptis verbis confirmatur: cetera ita ſcribo: *Idem Bartholomæo Exonienſi Epiſcopo*, ut ſupra cap. 7. *ll* Sic in concil. *Diac.* additur in uno Tarrac. & in calce hujus capitis eadem vox eſt. *P. clericus*, addunt Raim. & Cont. non male; ego, *D. clericus*, ſcriberem.

*mm* Hæc omittunt Raim. & Cont. ſunt in concil. *nn* *Quod cum quadam die*, duo Tarr. & conc. & Cont.

*oo* *In* pro *ad*, unus Tarrac. *illum* pro *iſtum*, concil. & vetus Gregor. *iſtum in terram*, alter vetus: cetera, ut edita ſunt: *contingit &c. iſtum ad terram*, Cont. *contigit*, alii. *pp* Sic in concil. *cujus cultellus*, Raim.

*qq* Vox *ſuum*, non eſt in concil. eſt in Gregor. *rr* *Incidiſſet*, vetus Gregor. ſolus non optime.

*ſſ* Sic in concil. *fortuito occubuit vulneratus*, duo veteres Gregor. *fortuito caſu*, Cont. & alii.

*tt* *Eundem igitur ad vos* &c. concil. *Ideoque mandamus*, Raim. & Cont. aliis omiſſis: ex his verbis, *ad vos, & d. v.* apparet duobus reſcriptum eſſe. *uu* *D. t.* unus Tarrac. *diſcretioni veſtræ mandantes, quod*, concil.

*xx* Hæc omittunt Raim. & Cont. ſunt in concil. excepta voce *&*. *yy* Sic in duobus veteribus Gregor. in quorum altero *habet*, prius fuerat ſcriptum: *habuit*, concil. & unus Tarrac. & Cont. & alii.

*zz* Sic in concil. & in Gregor. *non impedivit*, vetus Tarracon.

*aaa* *Permittatis libere*, conc. *prædictum P. libere permittas*, Raim. T. pro *D.* vetus Tarrac. *Di.* alter Tarrac.

Diac.

## CAPUT XI.

*Idem Abbati S. Benedicti de Nebia* [a].

c. 10. eod. SUſcepimus litteras tuas, & cognovimus ex earum tenore (b), quod dum lator (c) præſentium in cuſtodia cujuſdam domus cum altero fratre maneret, ingredientes de nocte quidam latrones ad eos, turpiter (d) ipſos in perſonis (e) affligere, & denudare (f) veſtimentis propriis præſumpſerunt (g). In quos iſti reſumptis viribus inſurgentes (h) ligaverunt illos, & detinere uſque ad notitiam capituli voluerunt. Cum autem (i) iſte rem ad tuam audientiam (k) perlaturus ligatos eos in fratris ſui cuſtodia dimiſiſſet, & fures ſe ſolvere (l) niterentur, frater illos, ne ipſe ab eis (m) interimeretur, occidit. Unde quoniam (n) expediebat potius poſt tunicam relinquere pallium (o), & rerum (p) ſuſtinere jacturam, quam pro (q) conſervandis vilibus rebus, & tranſitoriis (r), tam acriter in aliquos (s) exardeſcere, abſtineat iſte humiliter ab altaris obſequio (t), & peccatum ſuum, quibus modis ad arbitrium tuum potuerit (u), uterque ſtudeat expiare, conſtat equidem eos [x] contra rationem, & manſuetudinem, & eccleſiaſticam diſciplinam [y], ex utriuſque opere (z) interemptos.

## CAPUT XII.

*Idem Lucen. Epiſc. pars c. Conſuluit* (aa).

c. 11. eod. DE cetero noveris, quod diaconus, quem litterarum honeſtate præditum aſſeris, qui homicidio cauſam dediſſe videtur, ſicut ex tenore tuarum litterarum perpendimus, non videtur ad ſacerdotium promovendus.

## CAPUT XIII.

*Ex concilio Guarmatienſi* (bb).

SI aliquis cauſa explendæ libidinis (cc), vel odii meditatione, ut non ex eo ſoboles naſcatur (dd), homini, aut mulieri aliquid fecerit, vel ad potandum dederit (ee), ut non poſſet generare, aut concipere (ff), ut homicida teneatur [gg]. c. 5. eod.

# TITULUS XI.
# DE TORNEAMENTIS.

## CAPUT I.

*Ex concilio Lateran.* (hh)

FElicis memoriæ Papæ Innocentii, & Eugenii (ii), prædeceſſorum noſtrorum veſtigiis inhærentes, deteſtabiles illas nundinas (kk), vel ferias [ll], quas vulgo torneamenta vocant (mm), in quibus milites ex condicto (nn) convenire ſolent (oo), & ad oſtentationem [pp] virium ſuarum, & audaciæ temere congrediuntur (qq), unde mortes hominum [rr], & animarum pericula ſæpe proveniunt, fieri prohibemus (ſſ); quod ſi quis eorum ibidem mortuus fuerit (tt), quamvis ei poſcenti pœnitentia non ne- De torn. cap. 1.



*Diac.* tertius. Diaconum non ſignificari apparet, quod dicitur, ad ſacros ordines promoveri permittendum.

*a Sancti* pro *S.* tres Tarrac. & Gregor. *Nebia*, eſt etiam in veteri Raim. libro. *Nebeja*, in altero veteri. *Vebia*, in Contiano, & aliis. *Verbena*, in Barcin. Omittuntur duæ poſtremæ voces in vet. Tarrac. poſtrema deſideratur in concil. parte 50. cap. 27. in priore concil. editione, ſumique dicitur ex lib. 12. regiſtri Alex. III. *De Vebia*, Suriana editio habet non recte. *b* Sic etiam in concil. *per quas cognovimus*, Raimund. & Cont. ſine ullo lucro. *c* Sic etiam duo veteres Gregor. *cum* pro *dum*, concil. & Cont. & alii.

*d* Sic in concil. & in multis Gregor. *adeo turpiter*, vetus Raim. liber, & duo Tarrac. in quorum altero poſtea *S* additum eſt. *e* Sic Raim. *in perſonas*, concil. prioris edit. hæc in vet. Tarrac. non ſunt: ſunt in Suriana concil. editione, ut edidimus. *f Nudare*, vetus Tarracon. ſolus non male.

*g* Sic etiam Raimund. *cœperunt*, concil. prioris editionis. Surius Raimundum ſequitur.

*h* Sic Raimund. & Surius, *reſurgentes*, concil. prioris editionis.

*i* Sic etiam Gregor. IX. *Cumque*, concil. *k Notitiam*, vetus Gregor. ſolus non male.

*l* Sic etiam Raim. & Surius; *ſe abſolvere*, concil. prioris edit. & tres Tarrac. ego nihil muto.

*m* Sic Raimund. *illis* pro *eis*, vetus Tarrac. & Surius: *ne ab illis*, concil. prioris editionis.

*n* Sic in concil. *Verum quoniam*, Raim. aptius. *o* Sic etiam Raim. *etiam pallium*, concil. ſumuntur hæc ex verbis Matthæi cap. 5. & Lucæ cap. 6. *p* Non recte in concil. prioris edit. eſt, *& perſonarum*.

*q Prius quam pro*, Barcin. ſolus. *r* Hæc in uno tantum veteri Gregor. deſiderantur.

*s* Sic in concil. prioris edit. *in alios*, Raimund. & Suriana concil. editio.

*t Miniſterio*, concil. & Raim. *officio*, unus Tarrac. olim. *u Suum* pro *tuum*, vetus Tarrac. *quibus ad arbitrium ſuum modis poterit*, concil. prioris editionis: *tuum* pro *ſuum*, habet Surius: *ad arbitrium tuum*, Gregor. IX. aliis omiſſis. *x* Sic in concil. prioris edit. *conſtat enim eos*, Raimund. & Surius.

*y Contra regularem manſuetudinem* &c. concil. non male: *contra rationis cuſtodiam*, olim vet. Tarracon. mox *contra rationis manſuetudinem*: vox *&* priori loco in tribus Tarrac. eſt omiſſa: *contra manſuetudinem eccleſiaſticam*, Raimund. & Cont. aliis omiſſis: *contra rationum manſuetudinem*, Barcin. non recte: forte *contra regularium manſuetudinem*. *z* Sic etiam in concil. prioris edit. & in veteribus Gregor. *ope* pro *opere*, Surius, & Cont. & alii, quod non æque placet. *aa* Vide, quæ diximus cap. 7. qui clerici vel voventes, cujus portio hoc caput eſt. *bb* Sic etiam Raimund. & Contius. *Worma. cap.* 30. Burchard. lib. 17. cap. 57. aptius: ſed in conciliis nondum inveni. *cc* Vox *explendæ*, in veteri Gregor. tantum deſideratur.

*dd* Hæc omittunt Raim. & Cont. habet Burch. *ee* Hæc in veteri Tarrac. ſolo deſiderantur.

*ff Poſſit* pro *poſſet*, Burch. & Raim. qui poſt hæc verba addit, *vel naſci ſoboles. Vel* pro *aut*, vetus Tarrac.

*gg* Sic Burch. & duo veteres Gregor. *tenetur*, Cont. & alii. *hh* Sic etiam Raim. & Cont. adde *cap.* 20. ex conciliis. *ii* Sic in concil. vox *Papæ*, non eſt in Gregor. Innocentii ſecundi decretum exſtat in calce Panormiæ Ivonis lib. 8. tit. 11. cap. 11. ſumitur ex ſynodo Romana ejuſdem Innocentii cap. 10. Eugenii ſecundi, vel tertii eſt caput 2. hujus tituli, quod utpote antiquius, prius collocari debuit.

*kk Iſtas* pro *illas*, vetus Gregor. neutra vox eſt in concil. *Deteſtabiles autem illas nundinas*, Ivo.

*ll* Hæc in Panorm. non ſunt: vidi in libro veteri Veronen. & in concil. & in Gregor. & apud Eugen. III. cap. 2. hujus tituli. *mm* Hæc addidit concil. Later. quod neque Innoc. neque Eugen. dixerant.

*nn* Totidem verbis Innoc. mutavit quædam Eugen. *oo* Sic etiam Raim. & Panorm. & Eugen. *venire ſolent*, concil. *pp* Hæc etiam ſunt Innocentiana. *qq* Sic etiam Ivo: *temerarie* pro *temere*, concil. *temere congredi*, Raim. *& audaci temeritate congrediuntur*, Veron. *rr* Hæc quoque ab Innoc. ſumuntur: Eugenius quædam omiſit. *ſſ* Sic in concil. & in Gregor. *omnimodo fieri interdicimus*, Panorm. *omnino*, Veronen. aptius, & Eugenius. *tt* Sic concil. & Ivo, & Veron. *ibi* pro *ibidem*, Raim. vox *eorum*, ab Eug. eſt omiſſa.

UNED

negetur (*a*), eccleſiaſtica tamen careat ſepultura (*b*).

CAPUT II.

*Eugenius III. in concilio Remenſi* (*c*).

Non ponitur.

TEmerariam ſimiliter audaciam quorundam (*d*), qui ad deteſtabiles nundinas, vel ferias (*e*) ex condicto ſolent ad concertationem virium ſuarum convenire (*f*), unde hominum (*g*) ſæpe pericula proveniunt, omnino fieri interdicimus (*h*): quod ſi quis ibidem mortuus fuerit, viaticum (*i*) non negetur, eccleſiaſtica tamen careat ſepultura.

## TITULUS XII.
## DE CLERICIS PUGNANTIBUS IN DUELLO.

CAPUT I.

*Alexander III.* (*k*) *pars c. Licet præter* (*l*).

De cler. pugn. c. 1.

POrro ſi clericus alicui ſponte duellum obtulerit, vel ſi oblatum (*m*) ſuſceperit, & ſubierit (*n*), ſive victor, ſive victus fuerit, (*o*), de rigore juris merito eſt deponendus: ſed quantumcumque ejus in hac parte (*p*) gravis ſit, & enormis exceſſus, evadere poteſt depoſitionis ſententiam, ſi cum ipſo ſuus Epiſcopus duxerit miſericorditer diſpenſandum, dummodo ex ipſo duello (*q*) homicidium, vel membrorum deminutio non ſit ſubſecuta (*r*).

CAPUT II.

*Idem* (*s*).

DE presbytero autem (*t*) Campaniæ, qui duellum ſponte obtulit, & oblatum ſuſcepit, & in eo digiti partem amiſit, ſicut olim, ita & nunc, tuæ prudentiæ reſpondemus, quod, cum ipſe [*u*], ſicut etiam nos (*x*) videmus, non perdiderit [*y*] tantum de digito, quin ipſe ſine ſcandalo poſſit ſollemnia celebrare, ſatis potes poſt peractam pœnitentiam cum eo miſericorditer agere, & permittere ipſum in ſuo ordine miniſtrare, licet ejus exceſſus gravis admodum extitiſſet.

De corp. vit. cap. 1. & ſupra e. c. 1. in hac coll.

## TITULUS XIII.
## DE ADULTERIIS, ET STUPRO [*z*].

CAPUT I.

*In Exodo* (*aa*).

SI ſeduxerit quis virginem nec dum deſponſatam, dormieritque cum ea (*bb*), dotabit eam, & habebit uxorem (*cc*), ſi pater virginis dare noluerit (*dd*), reddet pecuniam juxta modum dotis, quam virgines accipere conſueverunt [*ee*].

De adult. cap. 1.

CAPUT II.

*Auguſtinus Felici Sipontino Epiſcopo* [*ff*].

PErvenit ad nos, quod Felix nepos tuus (*gg*) Euglerii diaconi tui filiam (*bh*) ſtupro decepit [*ii*]; quod ſi verum eſt, quamvis eſſet

C. 2. eod.

*a Venia* pro *pœnitentia*, concil. non recte: *pœnitentia*, *& viaticum*, Panorm. & Veron. plenius: *pœnitentia*, *vel viaticum*, vetus Gregor. ut editum eſt, Cont. & alii: *viaticum non negetur*, Eugen. & Barcin. aliis omiſſis.

*b* In his verbis omnes conveniunt, Innoc. Eugen. & Alex. III. item concil. Ivo, Veron. & Raim.

*c* Scribendum *Eugenius II. in concilio Remeneuſi cap.* 7. ex conciliis: hic multo antiquior fuit Innocentio II. & Eugenio III. *d Temerariam multorum audaciam*, concil. *e* Hæc in concil. non ſunt.

*f Certationem*, vetus Tarrac. *oſtentationem*, Barcin. *venire ſolent ad oſtentationem virium ſuarum*, concil.

*g* Hæc in concil. non ſunt. *h Omnino*, *& ſub anathemate fieri probibemus*, concil.

*i Pœnitentia*, *& viaticum ei*, concil. plenius. *k* Sic etiam Raim. & Cont. adde, *Salernitano Archiepiſcopo*, ex concil. d. parte 26. cap. 4. & 5. *l* Sic etiam in concil. omittunt hæc Raimund. & Cont. Integra clauſula exſtat ſub titulo de ſponſa duorum: vide, quæ ſcripſimus cap. 8. de homicidio.

*m* Vox *ſi*, non eſt in Gregor. eſt in concil. *n* Hæc neque in concil. ſunt, neque in Gregor. ſunt tamen apta. *o* Sic etiam Raim. *& victus fuerit*, *ſive victor*, concil. *p* Sic etiam concil. *in hoc*, Raim. brevius. *q Illo* pro *ipſo*, concil. *ipſo*, Raim. *r* Sic in concil. *fuerit* pro *ſit*, Raim.

*s* Addi poteſt, *in eadem*, ut eſt in concil. d. parte 26. cap. 6. vide, quæ ſcripſimus cap. 1. de corpore vitiatis. *t* Vox *autem*, non eſt in Barcin. neque in veteri Tarrac. *u* Vox *ipſe*, deſideratur in ſolo veteri Tarracon. *x Sicut etiam & nos*, duo Tarrac. non optime. *y Non perdidit*, vetus Tarracon. Cetera vide d. cap. 1. *z* Sic etiam Raim. & Cont. *ſtupris*, unus Tarrac. *& violatione eccleſiæ*, additur manu recenti in veteri Tarr. quod non placet. *aa* Sic Raim. & Cont. adde *cap.* 22. non *cap.* 3. ut eſt in marg. Contiani libri. Meminiſſe autem oportet, quod Bernardus Papienſ. admonuit cap. 1. commodati.

*bb* Sic Compluten. Latina, & vetus Gregor. *nondum* pro *necdum*, Cont. & alii. *Si ſeduxerit quis virginem deſponſatam*, *& dormierit cum ea*, Ivo non recte parte 16. cap. 292. decreti ex capitularibus cap. 24. Ε'ὰν δὲ ἀπατήσῃ τις παρθένον ἀμνήστευτον καὶ κοιμηθῇ μετ' αὐτῆς. LXX. *Si autem deceperit aliquis virginem indeſponſatam*, *& dormierit cum ea*, Complut. *Et quando ſeduxerit vir virginem*, *quæ non eſt deſponſata*, *& concubuerit cum ea*, Chald. *cc* Sic Ivo, & Raim. *eam*, addit Complut. Lat. ante vocem *uxorem*. φερνῇ φερνιεῖ αὐτὴν ἑαυτῷ γυναῖκα. LXX. *dote dotabit eam ſibi uxorem*, Compl. *deſponſabit eam ſibi in uxorem*, Chald.

*dd* Sic Complut. Lat. *ſi vero* pro *ſi*, Raim. *Si pater noluerit virginem dare*, Ivo cap. 293. d. partis 16. ex cap. 25. Capitular. Ε'ὰν δὲ ἀνανεύων ἀνανεύσῃ καὶ μὴ βούληται ὁ πατὴρ αὐτῆς δοῦναι αὐτὴν αὐτῷ γυναῖκα. LXX. *ſi autem renuens renuerit*, *& noluerit pater ejus dare eam illi uxorem*, Compl. *quod ſi noluerit pater ejus tradere ei illam*, Chald. *ee* Sic etiam Complut. Lat. & Raim. *reddat pecuniam juxta morem dotis*, &c. Ivo. Α'ργύριον ἀποτίσει τῷ πατρὶ καθ' ὅσον ἐστὶν ἡ φερνὴ τῶν παρθένων. LXX. *argentum ſolvet patri*, *ſecundum quod eſt dos virginum*, Compl. *pecuniam* pro *argentum*, maluiſſem. *Argentum in pondere reddet juxta dotem virginum*, Chald. *ff Gregorius Sipon. Epiſcopo*, vetus Raim. liber aptius. *Gregor. Papa* pro *Aug.* tres Tarrac. *Syponen.* Contius, & quidam alii mendoſe. Confirmantur verba dictorum Tarrac. & veteris Raim. libri, ex epiſt. 42. cap. 81. Indict. 11. lib. 2. regiſtri B. Gregorii.

*gg* Ante hæc verba addi potuit, *Pars cap.* EXSPECTABAMUS, ex regiſtro. Integra clauſula hæc illic eſt: *Expectabamus fraternitatem tuam ſua aliquos ad Deum prædicatione convertere*, *& male agentes ad rectitudinem revocare: qua de re nimis contriſtamur*, *quia e diverſo in nepotis tui Felicis pravitate tua evidenter*, *qui talem nutriſti*, *culpa monſtrata eſt. Pervenit itaque ad nos*, *quod ſupraſcriptus Felix* &c. illæ duæ voces *nepos tuus*, omiſſæ ſunt a Raim. & Contio. *hh Englerii*, vetus Tarracon. *Eugenii*, Barcinon. apertius. *Evangeli*, regiſtr. non male. *Englii*, vetus regiſtri liber: *quandam virginem*, Raim. & Cont. *Evangelus*, idem diaconus appellatur epiſt. 40. ejuſdem libri in edito regiſtro. *Euglius*, in veteri. *ii* Sic etiam Raim. *deceperit*, regiſtr. & unus Tarracon.

ſet (a) de lege pœna (b) plectendus, nos aliquatenus legis [c] duritiam mollientes hujuſmodi diſponendo (d) i. ut aut quam ſtupravit, uxorem habeat [e], aut certe ſi (f) renuendum putaverit, diſtrictius, & corporaliter [g] caſtigatus, excommunicatuſque (h) in monaſterio, in quo pœnitentiam agat, retrudatur (i), de quo nulla ſit ei egrediendi ſine præceptione licentia (k).

## CAPUT III.

*Ex concilio Aurelianenſi (l).*

cap. 3. e. SI vir ſciverit uxorem (m) deliquiſſe, & non egerit pœnitentiam mulier (n), ſed permanet in fornicatione ſua (o), & vivit cum illa, vir reus erit (p), & ejus peccati particeps (q). Quod ſi mulier (r) dimiſſa egerit pœnitentiam, & voluerit ad virum (s) reverti, debet recipere peccatricem (t), quæ pœnitentiam egit, ſed non ſæpe.

## CAPUT IV.

*Ex ſynodo Joannis Papæ.*

PErnicioſa &c. & infra. Habeant igitur Epiſcopi ſingularum urbium in ſua diœceſi liberam poteſtatem adulteria, & ſcelera inquirere, ulciſci, & judicare (x), ſecundum quod canones cenſent, abſque impedimento alicujus, & cum opus fuerit, populum convocent [y], non ad præjudicandum (z), ſed potius ad ea (aa), quæ Deo placita ſunt, proſequendum [bb]. Non ponitur (u).

## CAPUT V.

*Alexander III. Pariſienſi Epiſcopo (cc).*

MAritis etiam ex ſola (dd) ſuſpicione uxores accuſare permiſſum eſt, & ipſi (ee) plus ceteris adulterio accuſare poſſunt (ff), & defendere. cap. 4. eod.

CA-

*a* Sic Raim. *quamvis gravi eſſet*, regiſtr. plenius. *b* *Legis* pro *lege*, unus Tarrac. ſolus.

*c* Sic Raim. vox *legis*, in veteri Tarrac. eſt omiſſa: *nos tamen* pro *nos*, regiſtr. & Barcin. & tres Tarrac.

*d* *Hoc modo diſponimus*, Barcin. & Raim. apertius: *hujuſcemodi diſponendo præcipimus*, editus regiſtri liber; *hujuſcemodi duximus diſponendum*, vetus liber: *ſtatuimus* pro *duximus*, alter vetus.

*e* Vox *ideſt*, non eſt in veteri regiſtro; neque apud Raim. eſt in edito regiſtro, *eam, quam ſtupravit, aut uxorem factis nuptialibus inſtrumentis accipiat*, d. epiſt. 40. *f* Sic eſt in veteri regiſtr. *aut ſi certe*, in edito: vox *certe*, non eſt apud Raimund. *g* *Ac* pro *&*, regiſtr. *corporaliter*, Raim. & Cont. ſuperioribus verbis omiſſis: *aut corporaliter caſtigatum*, id epiſt. 40. *h* Sic etiam regiſtr. & Raim. hæc in vet. Tarracon. deſiderantur: *privatum communione*, d. epiſt. 40. aptius: neque enim hic contumax eſt, ſed pœnitens.

*i* *Agat pœnitentiam*, vetus Raim. liber; *monaſterium* pro *monaſterio*, Cont. & alii, cetera, ut vetus: *in monaſterio ubi pœnitentiam peragat, retrudatur*, vetus regiſtri liber: *in monaſterium ubi permanentiam*, &c. editus liber mendoſe: *in monaſterio eum privatum communione, ubi pœnitentiam peragat, dare feſtinabis*, vetus regiſtri liber d. epiſt. 40. *in monaſterium* &c. *tradere feſtinabis*, editus liber. *k* Vox *ei*, deſideratur in veteri Raim. libro: *præcepto* pro *præceptione*, Cont. & alii; cetera, ut vetus: *ei nulla ſit egrediendi ſine noſtra præceptione licentia*, regiſtr. plenius; *ita ut nulla exinde ei ſit quoquo modo egrediendi licentia, niſi hoc noſtra permiſerit fortaſſe præceptio*, d. epiſt. 40. Quæ poſtea ſequuntur, in regiſtro legantur. *l* *Aurel.* vetus Gregor. *Arelaten.* Contius, & alii: *Hermes in libro paſtoris mandato* 4. Ivo parte 8. cap. 243. decreti, & lib. 7. tit. 5. cap. 2. Panorm. ubi *in* 4. eſt pro *mand.* 4. *Hermes in libro paſtorum*, Gratian. ſive Palea 34. q. 1. cap. 7. Apocryphus dicitur hic paſtoris liber a Gelaſio apud Gratian. diſt. 15. cap. 3. A veteribus legebatur, & is Hermes doctor fidei appellatur a Pio epiſt. 1. apud Gratian. de conſecr. diſtinct. 3. cap. 21. Quem legi hoc titulo Latinum librum, indignum eſſe judicavi, ut iterum legeretur. *m* Scribi potuit, *Pars cap.* Ego dixi, ut eſt apud Ivon. utrubique & Paleam. Integra clauſula hæc eſt: *Ego dixi paſtori. Domine ſi quis habuerit uxorem fidelem in domino, & hanc invenerit in adulterio; numquid peccat vir, ſi convivit cum illa? Et dixit mihi, Quamdiu neſcit peccatum ejus, ſine crimine eſt vivens cum illa: ſi autem ſcierit vir uxorem ſuam* &c. ſic Ivo in decret. *mulierem fidelem*, Panorm. pro *uxorem fidelem*; & *ſi concumbit* pro *ſi convivit*; caret autem voce *vivens*. Apud Paleam eſt etiam, *mulierem fidelem*; & *ſi concumbit cum ea*: & *ſcit* pro *ſcierit*; caret autem voce *ſuam*: hanc vocem *ſuam* addunt editis vetus Gregor. & Barcin. *Si vir ſcierit uxorem ſuam*, duo Tarrac. *ſcierit*, etiam habet tertius Tarracon. ſed *ſuam* non habet. *Si vir ſciens uxorem ſuam*, Cont. & alii.

*n* *Quæ non egerit pœnitentiam*, Raim. voce *mulier*, omiſſa: ut editum eſt, Ivo utrubique, & Palea.

*o* Sic etiam Panorm. & Palea; *&* pro *ſed*, Ivo in decreto: vox *ſua* omittitur in Gregor. & in veteri Tarr. *ſed permanet etiam* &c. alter Tarrac. *p* *Convivit* pro *vivit*, Ivo in decreto: *& coierit cum illa, vir reus peccati ejus erit*, Panorm. *& coierit vir cum illa, reus erit peccati ejus*, Palea; *vixerit* pro *vivit*, duo Tarracon. *ejus* pro *reus*, alter eorum olim, mox *ejus reus*. *Et vir ejus vivit cum illa, reus erit*, vetus Gregorian. *vixerit cum illa, reus erit*, Cont. & alii. *q* Sic etiam Raim. *reus erit peccati ejus, & particeps mœchationis ejus*, Ivo utrubique; *fornicationis* pro *mœchationis*, Palea, cetera, ut Ivo.

*r* Sic Raim. & Cont. Ante hæc verba leguntur apud Ivonem hæc: *Et dixi illi. Quid ergo, ſi permanet in vitio ſuo mulier? Et dixit. Dimittat illam vir, & vir per ſe maneat. Quid autem* pro *Quid ergo*, habet Palea.

*s* Sic Panorm. *ſuum*, addunt Ivo in decr. & Palea, & Raimund.

*t* *Debet ſed non ſæpe recipere peccatricem*, Raim. & Cont. *Non recipietur a viro ſuo? Dixit. Immo ſi non receperit eam vir ſuus, peccat, & magnum peccatum ſibi admittit, ſed debet recipere peccatricem, quæ pœnitentiam agit, ſed non ſæpe*, Ivo in decreto. *Ergo debet*, pro *ſed debet*, Panorm. & *egit* pro *agit*. *Numquid recipietur a viro ſuo? Et dixit. Immo ſi non recipit eam vir ſuus, peccat*, Palea, ceteris omiſſis non male. Poſt verba hujus capitis ſequuntur alia conſulto a nobis omiſſa, quia e Novati ſchola ſumpta videntur, quamvis Novatus Hermete, & Pio poſterior fuerit. *u* Sic in uno Tarr. quia ſub hoc titulo in Gregor. non eſt; ſed exſtat cap. 1. de officio judicis ordinarii, & ſupra lib. 1. tit. 23. cap. 1. in hac collectione, ubi notas varietatis addidimus exceptis infra ſcriptis. *x* *Et*, ante hæc verba addit unus Tarr. cum tamen olim ea voce caruiſſet; *vindicare* pro *judicare*, Barcin. *y* *Publicum convocent*, Barc. & vetus Tarr. *publicum auxilium convocent*, alter Tarr. *publicum convocent auxilium*, tertius Tarr. *z* *Ad judicandum*, Barcin.

*aa* Hæc in duobus Tarr. non ſunt. *bb* *Proſequenda*, duo Tarr.

*cc* *Ex concilio Pariſienſi*, Tarr. tres, & Raim. quibus addit Burch. lib. 16. cap. ult. *cap.* 3. ego in conciliis non inveni. In Barcin. hoc caput deſideratur; caput ſextum eſt in veteri Tarr. quintum autem, quod nobis eſt ſextum. *dd* Vox *ſola* non eſt in tribus Tarr. neque in Gregor. neque apud Burch. apud quem additur vox *ſane* poſt vocem *Maritis*, ut etiam in duobus Tarrac. *ee* Vox *&* in veteri Gregor. ſolo non eſt.

*ff* *Et*, ante hæc verba addunt Burch. & unus Tarr. & vetus Gregor.

## CAPUT VI.

*Alexander III. (a)*

c. 5. eod. Significaſti nobis (b) quendam presbyterum cum alterius conjuge inſtinctu diabolico [c] infra eccleſiam (d) frequenter, ſicut aſſeris (e), dormiſſe, quæ utrique (1) (f) ſe, & illum cuidam ſacerdoti hujuſmodi delictum [g] confeſſos fuiſſe, tibi publice detexit, & hoc ipſum idem ſacerdos nomen adulteri cælans (h), dicitur propoſuiſſe in præſentia tua (i): ſuper quibus (k) quid fieri debeat, cum negante adultero mulier in confeſſione perſiſtat, ab Apoſtolica ſede (l) conſilium requiſiſti. Nos igitur juxta (m) ſanctorum patrum decreta volumus, ut dignam [n] pœnitentiam præfatæ adulteræ imponens [o], eccleſiam prælibatam per aſperſionem aquæ (p) ſanctificando reconcilies (q), prædicto autem ſacerdoti, ne contra Apoſtolum [r] infirmorum corda mala fama ipſius percutiantur, & non (s) vituperetur miniſterium noſtrum, neque ſecuriores presbyteri exiſtentes licentius in peccatum prolabantur, vicinis presbyteris [t], quos ſe (u) nolle perjurare cognoveris, juxta arbitrium tuum purgationem indicans, qui ſi purgare ſe potuerit (x), in officio [y] ſuo miniſtrare permittas [z]. Si vero non potuerit (aa), ab officio ſuo ipſum ſuſpendere nulla ratione poſtponas [bb].

# TITULUS XIV.

## DE RAPTORIBUS, PRÆDONIBUS (cc), INCENDIARIIS, ET VIOLATORIBUS ECCLESIARUM (dd).

## CAPUT I.

*Ex concilio Meldenſi [ee].*

De illis autem, qui [ff] infra parochiam, beneficium, aut hereditatem habent, & alterius Epiſcopi parochiani ſunt, & de loco ad locum iter faciunt, & rapinas (gg), & deprædationes peragunt (hh), placuit, ut excommunicentur [ii], nec ante ex parochia [kk] exeant, quam quæ perpetrarunt (ll), digne emendent, quorum excommunicatio ſeniori eorum, & (mm) proprio Epiſcopo ſignificanda eſt, ne eos recipiant (nn), antequam illuc redeant, ubi rapinam fecerunt (oo), & omnia (pp) pleniter emendent (qq). De raptor. cap. 1.

## CAPUT II.

*Ex concilio Lateranen. [rr] pars c.*

*Ita quorundam (ſſ).*

Excommunicationi quoque ſubdantur (tt), qui Romanos, aut alios (uu) Chriſtianos pro negotiatione, vel aliis honeſtis cauſis navigio vectos, aut capere, aut rebus ſuis ſpoliare præſumunt. Illi etiam, qui Chriſtianos naufragium [xx] patientes, quibus ſecundum regulam fidei, auxilio eſſe tenentur, damnanda (yy) cupiditate rebus ſuis ſpoliare præſumunt (zz), niſi ablata reddiderint, excommunicationi ſe noverint ſubjacere. c. 3. eod.

CA-

(1) *Utique*, forte.

*a* Sic Raim. & Cont. adde, *Carnotenſi Epiſcopo*, *in* 14. *libro regiſtri*, ex concil. parte 50. cap. 21. Hoc eſt cap. 5. in Barcin. & in veteri Tarrac. *b* Adde *Pars cap.* CUM SACROSANCTA ROMANA: ex concil. Integra clauſula quæratur. *c Diabolico inſtinctu*, concil. omittunt hæc Raimund. & Cont.

*d* Sic etiam Raim. *in eccleſia*, concil. *e* Hæc omittunt Raimund. & Cont. ſunt in concil.

*f* Vox *utrique*, non eſt in Gregor. ſcribendum, *quæ utrique*, ut eſt in concil. & in Barcin. & in tribus Tarr.

*g* Vox *delictum*, in veteri Tarrac. ſolo non eſt. *h* Sic Raim. vox *cælans*, in concil. prioris edit. deſideratur: *nomine forte* eſt in marg. concil. quod reiicio. Ut editum eſt, in Suriana editione.

*i Dicitur in præſentia tua depoſuiſſe*, concil. prioris edit. *in præſentia tua dixit*, Raim. & Suriana concil.

*k* Sic in concil. prioris edit. *ſuper quo*, Raim. & Surius. *l* Hæc omittunt Raim. & Cont. ſunt in conc.

*m Ego* pro *igitur*, concil. prioris edit. mendoſe: *ergo*, ſcribendum, ut eſt in poſt. *Ideoque mandamus*, *quatenus*, Raim. & Cont. *n Ut condignam*, tres Tarracon. & concil. *quat. condignam*, Raim.

*o Imponeres*, vetus Tarracon. ſolus. *p* Sic in concil. *benedictæ*, addit Barcin. & Gregor. IX.

*q* Sic etiam concil. *reconciliare procures*, Raim. & Cont. *r* Sumuntur hæc ex Pauli epiſt. 1. cap. 8. ad Corinthios, & ex epiſt. 2. cap. 6. *s Et ne*, tres Tarracon. & concil. & Raimund.

*t Cum*, addunt ante hæc verba concil. prior. edit. vetus Gregor. & duo Tarracon. in quibus ea vox olim non fuerat; *a* pro *cum*, tertius Tarrac. *cum vicinis v. presbyteris*, Cont. & alii, & Suriana concil.

*u Aut quos ſe*, vetus Tarracon. ſolus. *x Quod ſi ſe purgare poterit*, concil. *quem ſi purgare ſe poterit*, Raim. *quem ſi purgare potuerit*, vetus Tarrac. *quem* pro *qui*, alter Tarr. cujus vetus ſcriptura fuit *qui*.

*y Monaſterio*, vetus Gregor. ſolus. *z* Sic etiam Raim. *eum*, addit ante hæc verba unus Tarrac. *permittas ipſum miniſtrare*, concil. *aa Poterit*, concil. *alioquin*, Raimund. & Contius.

*bb* Sic etiam concil. *non poſtponas*, Raim. & Cont. *cc* Sic in veteri Gregor. vox *prædonibus*, omittitur a Contio, & aliis. *dd* Hæc in uno tantum Tarracon. deſiderantur.

*ee* Sic etiam Raim. & Cont. & Palea 6. q. 3. *cap. ult.* addunt *cap.* 2. Burch. lib. 11. cap. 45. & Ivo parte 14. cap. 109. decreti. *ff* Multa omittunt Raimund. & Cont. quæ habent ceteri; *his* pro *illis*, vetus Tarr.

*gg* Vox *&*, non eſt apud Burch. & Ivonem: *& rapinam*, Palea: *& ibi rapinas*, Raimund.

*hh Faciunt*, vetus Gregor. ſolus. *ii* Sic Burch. & Ivo, & Palea; *ut ab illius loci prælato excommunicentur*, Raimund. *kk Illa*, addunt Raimund. & Cont. ceteri ea voce carent.

*ll* Sic etiam Burch. Ivo, & Raim. *quod* pro *quæ*, vetus Tarr. *quæ patrarunt*, Palea.

*mm* Hæc omittunt Raim. & Cont. habent alii. *nn* Sic Burch. & Ivo, & vetus Grat. liber: *recipiat*, Palea edit. *nec* pro *ne*, unus Tarracon. *nec eos recipiat*, vetus Gregor. *ne eos recipiat*, Cont. & alii.

*oo* Sic Burchard. & Ivo, & Palea, & vetus Greg. *fecerint*, Cont. & alii. *pp Et ibi omnia*, Palea ſolus: ſed in veteri libro olim non erat. *qq* Sic Burch. Ivo, & Palea: *plene*, vetus Tarrac. & Raim. pro *pleniter*.

*rr* Sic etiam Raim. & Cont. adde *cap.* 24. ex concil. *cap.* 9. ex hiſtoria Anglica Gull. Neubrigenſ.

*ſſ* Vox *Ita* deſideratur in duobus Tarracon. neceſſaria eſt, ut apparet ex cap. 6. de Judæis in hac collect. & ex concil. *tt Excommunicationis quoque pœnæ ſubdantur*, concil. & Gull. *Excommunicationi ſubdantur*, Raim. *ſubdatur*, Cont. & quidam alii mendoſe. *Excommunioni*, unus Tarrac. & unus ex vet. Gregor.

*uu* Sic Gull. & Raim. vox *alios* in concil. non eſt. *xx Naufragia*, concil. tantum.

*yy* Sic etiam concil. & Gull. *damnata*, Raimund. quod non æque placet.

*zz* Sic Gull. & concil. *ſpoliant rebus ſuis*, Raimund.

UNED

## CAPUT III.

*Alexander III. Panormitano Archiepiſc.*

cap. 4. e. IN Archiepiſcopatu tuo dicitur contingere quandoque, quod (*a*) Saraceni mulieres Chriſtianas, & pueros rapiunt, & eis (*b*) abuti præſumunt, & quoſdam etiam interdum occidunt [*c*]. Cum autem exceſſus hujuſmodi (*d*) cariſſimus (*e*) in Chriſto filius noſter Illuſtris Rex Siciliæ W. (*f*) tibi, & aliis perſonis eccleſiaſticis [*g*], quæ pontificali ſunt præditæ (*h*) dignitate, commiſerit (*i*) puniendos: quid de Sarracenis [*k*] agendum ſit, qui fuerint (*l*) in tam nefario (*m*) ſcelere intercepti, tua nos duxit prudentia conſulendos, ſuper quo [*n*] conſultationi tuæ taliter reſpondemus, quod ſi tales (*o*) in juriſdictione tua ſunt, vel in poſterum [*p*] fuerint intercepti, eos pecuniaria (*q*) poteris pœna mulctare, & etiam (*r*) flagellis afficere, ea moderatione (*s*) adhibita, quod flagella in vindictam ſanguinis tranſire minime videantur. Si vero ita fuerit (*t*) ſuper hoc gravis Saracenorum exceſſus [*u*], quod mortem, vel detruncationem [*x*] membrorum debeant ſuſtinere, vindictam ipſam exercendam (*y*) reſerves Regiæ poteſtati.

## CAPUT IV.

*Lucius III. Nonhebergenſi* [*z*] † *Epiſcopo.*

c. 6. eod. CUM cauſam, quæ inter (*aa*) E. militem latorem præſentium (*bb*), & uxorem ejus vertitur (*cc*), tuæ commiſiſſemus (*dd*) experientiæ terminandam, E. miles repetens mulierem legitime ſibi nupſiſſe, per probationes canonicas ſe conſtanter aſſerit (*ee*) probaturum, fœmina quoque (*ff*) propoſuit, quod dominorum, & parentum ſuorum ſuggeſtione alteri viro tradita, ab illo (*gg*) militis amore divertit, qui a parentibus prius rapuit eam (*hh*), illa tamen volente (*ii*), ut dicitur, & poſtmodum, priuſquam (*kk*) eam cognoſceret, deſponſavit, demum incluſa eſt in monaſterium monialium (*ll*), ubi etiam detinetur. Unde, quoniam ſuper his prudentia tua ſedem duxit Apoſtolicam conſulendam (*mm*), ſignificatione tibi præſentium reſpondemus, quod cum ibi raptus dicitur admitti [*nn*], ubi nihil ante de nuptiis agitur, iſte raptor dici non debet, cum habuerit (*oo*) mulieris aſſenſum (*pp*), & prius eam deſponſaverit (*qq*), quam cognoverit, licet parentes forſitan reclamarent (*rr*). Præterea cum poſt matrimonium carnis commixtione perfectum (*ſſ*), teſte Apoſtolo (*tt*) uxor ſui corporis poteſtatem non habeat (*uu*), ſed maritus, & e converſo, ſi præceſſiſſe [*xx*] matrimonium, vel ex probationibus viri canonicis (*yy*), vel ex mulieris confeſſione declaruerit (1) (*zz*), poſtmodum ſine aſſenſu viri (*aaa*) non potuit fœmina (*bbb*) monaſterium ingredi, aut aliter (*ccc*) continentiam profiteri.

[1] *Claruerit*, Gregor. IX.

*a* *Dicitur contigiſſe*, *quod quandoque*, concil. parte 50. cap. 48. *quandoque*, Raim. & Cont. aliis omiſſis.
*b* Sic Raimund. & concil. *& his*, unus Tarracon. *& eos*, alter Tarracon. quod non placet.
*c* Sic etiam concil. *occidere non verentur*, pro voce *occidunt*, Raim. vox *etiam*, non eſt in vet. Tarrac. *occidere*, *quod eſt auditu terribile*, *non verentur*, alter Tarrac. pro verbo *occidunt*. *Quoſdam etiam*, *quod audire eſt terribile*, *interdum occidunt*, tertius Tarracon. *d* *Non verentur*, addit unus Tarrac. tantum.
*e* Omittunt hæc Raim. & Cont. ſunt in concil. *f* Vox hæc *W*. neque in concil. eſt, neque in Gregor. in tribus Tarrac. ita ſcripta eſt, ut finis ejus etiam vocis ſignificetur *VS*, hoc eſt *Willielmus*: fuerunt autem duo Siciliæ Reges *Willielmus*, cognomento Malus pater, & *W*. cognomento Bonus filius.
*g* Sic etiam concil. *Epiſcopis*, Raim. & Cont. aliis omiſſis. *h* *Supereminent*, concil.
*i* Sic etiam Raim. *commiſit*, concil. *k* Hæc omittunt Raimund. & Cont. ſunt in concil.
*l* Sic in concil. *qui ſunt*, tres Tarrac. *m* *Nefario*, concil. aliis omiſſis in priori edit. *in nefario*, Surius.
*n* *Utique*, additur in concil. *o* Vox *ſi*, non eſt in Gregor. eſt in concil. *p* *Sint*, *vel fuerint poſtmodum* &c. concil. *exiſtentes*, Raim. & Cont. aliis omiſſis. *q* Vox *eos*, non eſt in vet. Tarr. neque in Greg.
*r* Sic etiam concil. & Raim. *&*, in uno Tarrac. non eſt: *etiam*, in altero aptius omittitur.
*s* Sic etiam Raimund. *ea tamen moderatione*, concil. non male. *t* Sic etiam Greg. IX. *fuerint ita*, concil.
*u* *Graves* pro *gravis*, concil. *gravis exceſſus*, Raimund. & Cont. aliis omiſſis.
*x* Sic Raim. *truncationem*, concil. *y* *Ipſam*, concil altera voce omiſſa: utraque voce carent Raimund. & Cont. *z* *Herebergen*. Barcin. *Nebeberen*. concil. d. parte 50. cap. 24. *Burg*. duo veteres Gregor. *Burgen*. Contius, & alii. *Burgien*. in marg. concil. Surianæ editionis. *aa* *Quæ eſt inter*, concil. *cauſa* pro *cauſam*, Raim. & Cont. non recte. *bb* *L. P*. concil. prioris edit. obſcure: omittunt hæc Raim. & Cont. & Surius.
*cc* Hæc vox in concil. deſideratur. *dd* Hæc recte addit Cont. a Raimundo prætermiſſa, quæ ſunt etiam in concil. *ee* *Aſſeruit*, concil. & Cont. *ff* Sic etiam Cont. *vero* pro *quoque*, concil.
*gg* *Ab illius*, Barcinon. & duo Tarrac. & Cont. *hh* Sic etiam Cont. *eam prius rapuerat*, concil.
*ii* *Nolente*, concil. & Cont. *kk* Sic in concil. *poſtquam* pro *priuſquam*, vetus Tarrac. *ut poſtmodum*, *& priuſquam*, Cont. non optime. *ll* Vox *monialium*, non eſt in Barcin. neque in Contiano; in quo eſt *deinde* pro *demum*: *intus* pro *in*, eſt in veteri Tarracon. *Deinde incluſa eſt in monaſterio monialium*, concil.
*mm* Sic etiam Cont. & Surius; *quæſtionem duxit A. Con.* mendoſe in conciliis eſt prioris edit.
*nn* *Dicatur admitti*, concil. & Raim. *oo* Sic etiam Raim. *cum habuit*, unus Tarrac. & conc. priora.
*pp* Sic Raimund. *aſſenſum mulieris*, unus Tarracon. *conſenſum mulieris*, concil.
*qq* Sic multi Gregor. *eam deſponſavit*, vetus Gregor. *deſponſavit eam*, concil. prioris edit.
*rr* Sic in concil. *a quibus eam dicitur rapuiſſe*, addit Raim. deeſt in vet. ſcribit Cont. veterem appellans collect. 1. ego eadem verba habeo in duobus veteribus Gregor. ſumuntur ex verbis hujus collectionis omiſſis a Raim. Vox *forſitan*, in Gregor. non eſt. *ſſ* Sic etiam Raimund. *cum poſt carnis permixtionem matrimonium ſit perfectum*, concil. prioris edit. ut editum eſt, Surius excepta voce *commixtione*, pro qua habet *permixtione*.
*tt* Paul. epiſt. 1. ad Corinth. cap. 7. *uu* Sic etiam Raim. *non habet*, vet. Tarracon. & concil.
*xx* *Si præceſſit*, vetus Tarrac. ſolus. *yy* Hæc vox in Gregor. non eſt; eſt in concil.
*zz* Scribendum, *claruerit*, ut eſt in tribus Tarracon. & in concil. & in Gregor.
*aaa* Sic in conc. & in duobus veteribus Gregor. *ſui viri*, unus Tarrac. habet; *poſt matrimonium ſine aſſenſu viri*, Cont. & alii. *bbb* Sic in concil. *potuerit* pro *potuit*, vetus Tarrac. *ipſa* pro *fœmina*, Raim.
*ccc* Sic Raim. & conc. *aut alter*, tres Tarrac.

teri. Nec ergo (*a*) pro eo quod poſt matrimonium conſummatum rapta per vim (*b*) de monaſterio (*c*) fuerit, ejus poterit (*d*) conſortium declinare, dummodo probari nequeat (*e*) virum, ut mulier profitetur (1) (*f*) continentiam (*g*), aſſenſiſſe.

## CAPUT V.

*Eugenius III.* (*h*).

cap. 2. eod. SUper eo, quod [*i*] de raptoribus, & eccleſiarum violatoribus (*k*), atque presbyteris, qui pœnitentiam eis injungere, vel eorum oblationes (*l*) contra ſtatutum noſtrum ſuſcipere attemptaverint, a nobis (*m*) communi deliberatione ſtatutum in concilio (*n*) cum fratribus noſtris: ſtatuimus in conſtitutione ipſa (*o*) ſanctorum patrum veſtigia ſubſequentes, auctoritate Dei, & beatorum (*p*) Apoſtolorum Petri, & Pauli pariter confirmamus ſtatuentes, ut quicumque ex iis raptoribus, qui in urbe ſuggerente diabolo violenter ſubtraxerint (*q*), in rapina (*r*), ſive in eccleſiarum violatione (*s*) manifeſte deprehenſus eſt, vel amodo fuerint (*t*), niſi prius ablata reſtituat, ſi poterit, vel emendandi firmam, & plenam (*u*) ſecuritatem fecerit, pœnitentiæ beneficium (*x*) ei penitus [*y*] denegetur. Si vero uſque ad obitum (*z*), quod abſit (*aa*), in ſua contumacia duraverit, & in extremis poſitus remedium pœnitentiæ humiliter poſtulaverit, ſi emendationem, vel emendandi ſecuritatem præſtiterit, ac fidejuſſores (*bb*), qui ablata reſtituere debent, idoneos dederit, ei pœnitentia, & ſepultura eccleſiaſtica concedatur (*cc*). Qui autem in ſanitate obſtinata mente non pœnituerit, vel emendaverit, & in morte ſecuritatem, ac fidejuſſores, ſicut diximus [*dd*], præſtare nequiverit, pœnitentiam quidem (*ee*) parum prodeſſe videtur [*ff*], ſicut credimus, ſed viaticum non negetur (*gg*). Ita tamen ut nullus clericorum ſepulturæ illius (*hh*) interſit, nec ejus eleemoſynam præſumat accipere; quod ſi qui presbyterorum, vel clericorum contra ſtatuta noſtra (*ii*) in vita, vel in morte pœnitentiam dare (*kk*), aut ſepulturæ illorum (*ll*) intereſſe, vel eorum [*mm*] eleemoſynas accipere attemptaverit [*nn*], ſi hujuſmodi [*oo*] rapinæ participes inventi fuerint, ordinis ſui damnum inrecuperabiliter patiantur, & eccleſiaſtico beneficio careant.

## CAPUT VI.

*Alexander III. Claremontino Epiſcopo* [*pp*].

IN litteris tuis (*qq*), quas I. lator præſentium detulit [*rr*], continebatur, quod cum pater ejus (*ſſ*) multis fuiſſet criminibus (*tt*) irretitus, quæ per appoſitionem ignis eccleſiarum excidium (*uu*), diabolo inſtigante, commiſerat (*xx*), tandem in ultima ægritudine (*yy*) conſtitutus confeſſus eſt, ſe peccatorem, & (*zz*) ac- cap. 5. e.

(1) *Profiteretur*, Gregorius IX.

*a Non ergo*, duo Tarr. & conc. & Raim. *b* Sic etiam Raim. *per virum rapta*, concil. *c* Sic in conc. *in* pro *de*, Raim. non optime. *d* Sic in conc. *viri* pro *ejus*, Raim. *e* Sic etiam conc. *maxime ſi probari nequiverit*, vetus Greg. *nequeat*, alter vetus, & Cont. & alii. *f* Scribe *profiteretur*, ut eſt in veteri Tarr. & in conc. & in Greg.

*g Continentiæ*, unus Tarrac. ſolus. *h* Sic etiam Raim. & Cont. *univerſo clero*, addunt concil. parte 34. cap. 1. titulo de raptoribus, & eccleſiarum violatoribus; & quando poſt peractam pœnitentiam ſit neganda ſepultura eccleſiaſtica, niſi ſatiſdent de damno reſtituendo. Hoc fortaſſe caput ex concilio aliquo eſt.

*i Super eo vero*, & *infra*, Raimund. Recte autem Cont. addit ab eodem Raimund. prætermiſſa; quæ ſunt etiam in concil. voce *vero* excepta. *k* Sic etiam Cont. *eccleſiarum*, concil. aliis omiſſis non recte.

*l Et oblationes eorum*, concil. *vel per eorum oblationes*, Contius, non recte.

*m* Sic etiam concil. & Cont. *eſt a nobis*, vetus Tarrac. *n Statutum eſt in concilio*, Barcin. & unus Tarr. & Cont. *ſtatutum*, concil. aliis omiſſis: *ſtatutum eſt*, & *in concilio*, alter Tarracon.

*o* Vox *ſtatuimus*, in vet. Tarracon. non eſt: *ſtatuimus*, & *conſtitutionem ipſam* &c. concil. *ſtatuimus*, Raim. & Cont. aliis omiſſis. *p Et ſanctorum*, concil. *q Diabolo ſuggerente violenter ſurrexerint*, concil. cetera, ut edita ſunt: *ſubrepſerint*, tres Tarrac. pro *ſubtraxerint*: *ſurrexerit*, Barcin. vox *violenter* in duobus Tarracon. non fuerat, ſed in altero mox addita fuit: *qui violenter ſurrexerint*, Raim. & Cont. aliis omiſſis.

*r* Sic in concil. *in rapinam*, Raim. *s* Sic etiam concil. voce *in* carent duo Tarr. & Barcin. *ſive eccleſiarum violationes*, Raim. *t Eſt deprehenſus*, &c. concil. *fuerit deprehenſus*, Raim. & Cont. aliis omiſſis.

*u* Sic etiam Raim. *plenam*, concil. aliis omiſſis. *x* Sic Raim. *omne beneficium*, concil. prioris edit. non optime; ut editum eſt, Surius. *y Eis*, unus Tarr. ſolus altera voce omiſſa.

*z Suum*, addit vetus Tarr. tantum. *aa* Omittunt hæc Raim. & Cont. ſunt in concil.

*bb* Hæc etiam ab eiſdem ſunt omiſſa; in concil. leguntur. *cc* Sic in concil. *concedantur*, Raim.

*dd* Hæc ſunt in concil. deſiderantur in Gregor. *ee Pœnitentia quidem*, concil. prioris edit. & duo Tarr. *pœnitentia ei quidem*, tertius Tarr. *ſollemnitas pœnitentiæ*, Raim. & poſterior concil. editio.

*ff* Sic Raim. & concil. *videatur*, tres Tarr. in quorum uno *a* expunctum eſt.

*gg* Sic in concil. *denegetur*, unus Tarr. *ſed de peccato contrito viaticum non negetur*, duo veteres Greg. *corde*, addunt Cont. & alii, poſt vocem *contrito*. Mihi neutrum placet. *hh Ejus* pro *illius*, unus Tarracon. ſolus.

*ii Contra ſtatutum noſtrum*, concil. *contra hæc*, vetus Gregor. *contra hoc*, alter vetus, & Cont. & alii.

*kk Pœnitentias* pro *pœnitentiam*, concil. & Barcin. & tres Tarr. & vetus Gregor. *vel morte pœnitentias dare*, alter vetus Raim. liber, & Cont. & alii. *ll* Sic in concil. *eorum* pro *illorum*, unus Tarr. *ſepulturæ*, Gregor. IX. altera voce omiſſa. *mm* Vox *eorum* in uno Tarr. ſolo deſideratur.

*nn* Sic etiam duo veteres Gregor. *attemptaverint*, tres Tarrac. & concil. & Cont. & alii.

*oo Seu* pro *ſi*, Barcin. & tres Tarrac. & Raim. *ſeu hujus*, concil. prioris edit. *ſeu hujuſmodi*, Suriana editio.

*pp* Sic etiam in concil. d. parte 34. cap. 2. *Latemontino*, in marg. concil. prioris edit. *Claromont.* duo veteres Gregor. & Suriana concil. editio. *Claremotcn.* Cont. & alii. Recte autem Raim. ordinem mutavit capitum, rationem temporum ſecutus. *qq In*, voce vetus Tarrac. & concil. carent: eſt in Gregor.

*rr Exhibuerat*, concil. *exhibuit*, Barcin. & vetus Tarrac. totam clauſulam omittunt Raim. & Cont.

*ſſ* Sic in concil. vox *cum*, in vet. Tarrac. non eſt: *quod cum H.* Raim. & Cont. aliis omiſſis.

*tt Criminibus eſſet*, vetus Gregor. ſolus. *uu Qui* pro *quæ*, concil. non male, & tres Tarrac. & vetus Gregor. *qui eccleſiarum excidium*, alter vetus: *qui eccleſiarum incendium*, Cont. & alii: *incendium* pro *excidium*, Surius.

*xx* Sic etiam Raim. *commiſerit*, vetus Tarracon. *ſuggerente* pro *inſtigante*, concil.

*yy* Vox *ultima*, non eſt in Gregor. ſit licet in concil. *zz* Hæc omittunt Raim. & Cont. ſunt in conc.

accepta pœnitentia de commiſſis, per manum capellani ſui fuit a ſententia abſolutus anathematis (*a*), ſed moriens ſepulturam eccleſiaſticam habere nequivit. Quapropter, ſi ita res ſe habet, f. t. per A. ſ. pr. m. qua. (*b*) corpus ejuſdem patris I. ſupradicti [*c*] ap. ces. facias in cœmeterio ſepeliri, & heredes ejus moneas, & compellas, ut iis, quibus per (*d*) incendium, vel alio modo damna contra juſtitiam irrogaverit (*e*), juxta facultates ſuas condigne ſatisfaciant, ut ſic a peccato (*f*) valeat liberari (*g*).

## CAPUT VII.

*Idem Lucen.* (*h*) *pars c. Conſuluit* [*i*].

Non ponitur. Poſt conc. Lat. p. 50. c. 52.

DE ſecunda vero (*k*) quæſtione hoc tuam volumus diſcretionem tenere, quod propinqui ejus, quem [*l*] pro manifeſtis exceſſibus, videlicet homicidio, incendio, violenta injectione manuum in clericos, violatione (*m*) multarum eccleſiarum, & inceſtu, vinculo excommunicationis adſtringis, monendi ſunt, ut pro eo (ex eo) (1) (*n*) ſatisfactionem exhibeant. Quod ſi fecerint, quia laborans (*o*) in extremis, præſtito juramento per presbyterum * tenuerit [2] (*p*) ab excommunicationis ſententia relaxatus (3) [*q*], in cœmeterio poterit ſepeliri. Si autem propinqui (*r*) tuis acquieſcere monitis contradixerint, quia jam non eſt purgatum peccatum, defuncto neganda eſt eccleſiaſtica ſepultura.

## TITULUS XV.
## DE USURIS.
## CAPUT I.

*Alexander III. in concilio Turonen.* (*s*)

De uſur. cap. I.

PLures clericorum (*t*), & quod mærentes dicimus, eorum quoque, qui [*u*] præſens ſæculum, profeſſione vocis (*x*), & habitu (*y*) reliquerunt, a canonibus uſuras (*z*) quaſi manifeſtius (*aa*) damnatas exercentes (*bb*), commodata pecunia [*cc*] indigentibus (*dd*), poſſeſſiones (*ee*) eorum in pignus accipiunt, & provenientes fructus percipiunt (*ff*) ultra ſortem. Idcirco generalis concilii decernit auctoritas (*gg*), ut nullus amodo (*hh*) conſtitutus in clero, vel hoc, vel aliud genus uſuræ exercere præſumat, & ſi aliquis alicujus poſſeſſionem (*ii*) data pecunia ſub hac ſpecie (*kk*) pignus accepit (*ll*), ſi ſortem ſuam (*mm*) deductis (*nn*) expenſis, de fructibus jam perceperit (*oo*), abſolute poſſeſſionem reſtituat debitori. Si autem aliquid [*pp*] minus habet, eo recepto (*qq*) poſſeſſio libere ad dominum revertatur (*rr*). Quod ſi poſt hujuſmodi conſtituta [*ſſ*] in clero quiſquam extiterit [*tt*], qui deteſtandis [*uu*] uſurarum lucris inſiſtat, eccleſiaſtici officii periculum (*xx*) patiatur, niſi forte (*yy*) beneficium ec-



(1) In conc. deeſt. (2) Alii *fuerit.* [3] *Relaxari*, conc.

* *Meruit ab excommunicationis ſententia relaxari, &* &c. Cujac.

*a Anathematis abſolutus*, concil. *excommunicationis abſolutus*, vetus Gregor. *fuerit a ſententia excommunicationis abſolutus*, alter vet. Gregor. *fuerit a ſententia excommunionis abſolutus*, alter vetus: *alias anathematis*, idem: ut in conciliis, Cont. & alii. *b Frat. tuæ &c. quatenus*, concil. aliis omiſſis: *mandamus*, *ut*, Raimund. aliis quoque prætermiſſis. *c* Sic in concil. hæc omittunt Raimund. & Contius.

*d Quibus ille per*, tres Tarrac. & concil. & Raim. plenius. *e Irrogavit*, concil. *irrogaverat*, Raim.

*f Illo*, addit vetus Tarracon. ſolus. *g Debeat liberari*, unus Tarracon. tantum.

*h Lucenſi Epiſcopo*, duo Tarracon. & concil. d. parte 34. cap. 3. & parte 50. cap. 52.

*i* Hæc in concil. non ſunt. Integra clauſula exſtat ſub titulo qui clerici, vel voventes cap. 7. in hac collect.

*k* Vox *vero*, in ſolo veteri Tarracon. non eſt. *l Illius*, *qui*, vetus Tarracon. tantum non recte: *illius*, *quem*, non diſpliceret. *m* Sic in concil. d. cap. 52. *in violatione*, d. cap. 3.

*n Pro eo*, Barcin. & tres Tarrac. & d. cap. 52. aliis omiſſis; *pro eis*, d. cap. 3. aliis item omiſſis.

*o* Sic d. cap. 3. *qui* pro *quia*, Barcin. & d. cap. 52. vox *quia*, deſiderabatur olim in uno Tarrac.

*p* Sic in concil. utrubique, ſed in marg. d. cap. 3. *forte meruerit. Meruit*, unus Tarracon. omittitur in Barcinon. *forte obtinuerit*, Surius d. cap. 52. *q* Sic olim in uno Tarracon. mox *relaxari*, quod eſt in concil. utrubique; *relaxationem*, alter Tarracon. *r Sui*, additur d. cap. 3. *ejus*, d. cap. 52.

*s* Sic in concil. parte 16. cap. 9. titulo de uſuris. *Alex. III.* Barcinon. aliis omiſſis. *Vicon. Epiſcopo*, vetus Gregor. non recte. *Vicen. & Tur.* alter vetus mendoſe: ut editum eſt, Cont. & alii. Adde *cap.* 2. ex Pontificali; ſive *cap.* 5. ex Gull. Neubrigen. *t* Recte Cont. addit a Raim. prætermiſſa, quæ ſunt etiam in conc. & in Pontif. & apud Gull.

*u* Sic Pontif. & Gull. & Cont. *eorum quia*, concil. aliis omiſſis non ſine mendo.

*x* Sic concil. & Cont. *condicione vocis*, Pontif. *profeſſione*, *votiſque*, Gull. *y* Sic Pontif. & Contius: *religionis*, addunt concil. & Gull. *z Dum communes uſuras*, Barcin. & tres Tarracon. & Pontif. & Gull. & Cont. *communes uſuras*, concil. *aa* Vox *quaſi*, in vet. Tarracon. non eſt.

*bb Exercent*, vetus Tarrac. *exhorrent*, Barcin. & duo alii Tarrac. & Pontif. Gull. *non exercent*, concil.

*cc* Sic Pontif. & Gull. *commodata autem pecunia*, concil. *commodantes pecuniam*, Barcin. & Cont.

*dd Egentibus*, Cont. ſolus. *ee Poſſeſſionem*, concil. tantum prioris edit. non optime.

*ff Recipiunt*, concil. poſter. edit. tantum. *gg* Sic Pontif. *decrevit* pro *decernit*, Gull. & Raim. & concil. *auctoritas decrevit*, vetus Tarrac. *hh* Vox *amodo*, a Raimund. & Contio eſt omiſſa, habent alii, Pontif. concil. & Gull. *ii Si quis* pro *ſi aliquis*, tres Tarrac. & Raim. *& ſiquis hactenus alicujus poſſeſſionem*, Pontif. & Gull. *& ſi aliquis hactenus poſſeſſionem alicujus*, concil. *penſionem* pro *poſſeſſionem*, vetus Tarr. non optime.

*kk* Sic Pontif. & Gull. & concil. & duo veteres Gregor. *vel condicione*, addunt Cont. & alii.

*ll In pignus accepit*, Pontif. & Gull. & duo Tarrac. *in pignus acceperit*, tertius Tarrac. & concil. & multi Gregor. *in pignus habuerit*, vet. Raim. liber. *mm* Vox *ſuam* in concil. deſideratur, habent alii.

*nn Ductis*, Barcin. non recte. *oo* Sic in concil. *jam percepit*, Gull. & Raim. *jam recepit*, Pontif.

*pp* Sic Gull. & concil. & multi Gregor. *aliquod*, Pontif. *aliquis*, vetus Raimund. liber.

*qq Quod deeſt*, addunt concil. tantum. *rr* Sic Gull. & Raim. *revertitur*, Pontif. *poſſeſſionem ei reſignet*, concil. *ſſ* Sic Pontif. & Gull. *conſtitutum*, Raim. & Cont. *Si autem*, concil. aliis omiſſis.

*tt* Sic Pontif. & Gull. & Raim. *quis in clero extiterit*, concil. *uu Sibi*, addunt concil. tantum.

*xx Beneficii* pro *officii*, concil. tantum, & in marg. *officii* in priore editione.

*yy* Vox *forte*, a Gull. ſolo eſt omiſſa.

eccleſiæ fuerit, quod redimendum ei hoc modo (*a*) de manu laici (*b*) videatur (*c*).

CAPUT II.

*Ex concilio Lateran.* (*d*)

cap. 3. eod. QUia in omnibus fere locis, ita crimen uſurarum invaluit [*e*], ut multis (*f*) aliis negotiis prætermiſſis, quaſi licite uſuras exerceant (*g*), & qualiter utriuſque teſtamenti (*h*) pagina condemnetur (*i*), non attendant (*k*). Ideo conſtituimus, ut (*l*), uſurarii manifeſti, nec ad communionem admittantur altaris, nec Chriſtianam, ſi in hoc peccato deceſſerint, accipiant ſepulturam, ſed nec oblationes eorum (*m*) quiſpiam (*n*) accipiat: qui autem acceperit, aut Chriſtianæ (*o*) tradiderit ſepulturæ, & ea, quæ accepit (*p*), reddere compellatur, & donec ad arbitrium ſui Epiſcopi ſatisfaciat, ab officii ſui maneat executione ſuſpenſus.

CAPUT III.

*Alexander III.* (*q*) *Panormitano Archiepiſc.* (*r*)

c. 4. eod. SUper eo vero, quod a nobis (*s*) tua devotio (*t*) poſtulavit, utrum poſſit in recipienda [*u*] pecunia ad uſuram fieri diſpenſatio, ut pauperes (*x*), qui in Sarracenorum captivitate tenentur, per eandem poſſint pecuniam liberari: præſentibus tibi litteris duximus reſpondendum [*y*], quod cum uſurarum crimen utriuſque teſtamenti pagina deteſtetur, ſuper hoc diſpenſationem aliquam non videmus adhibendam [*z*], quia cum ſcriptura ſacra prohibeat (*aa*), vel pro alterius (*bb*) vita mentiri, multo magis eſt prohibendus quis, ne (*cc*) pro redimenda (*dd*) vita captivi, uſurarum crimine involvatur.

CAPUT IV.

*Idem Cantuar.* [*ee*] *Archiepiſc. et ejus ſuffraganeis* (*ff*).

QUoniam non ſolum viris eccleſiaſticis, ſed etiam quibuslibet aliis periculoſum eſt uſurarum lucris intendere, auctoritate tibi præſentium duximus injungendum, ut liceat tibi clericos tuos, qui (*gg*) de poſſeſſionibus, vel arboribus, quas tenere in pignore (*hh*) noſcuntur, ſortem ſuam [*ii*] deductis expenſis inde jam (*kk*) receperunt, ad eadem pignora reſtituenda ſine exactione (*ll*), eccleſiaſtica diſtrictione compellere (*mm*). c. 2. eod.

CAPUT V.

*Idem Salernitano Archiepiſcopo* (*nn*).

CUM tu, ſicut aſſeris, manifeſtos (*oo*) uſurarios, s. qui in illo [*pp*] peccato deceſſerint (*qq*), communione altaris, & eccleſiaſtica juxta decretum noſtrum, quod nuper (*rr*) in concilio promulgatum eſt [*ſſ*], præceperis (*tt*) ſepultura privandos, donec reddatur, quod [*uu*] tam prave receperant (*xx*). Quidam eorum dicunt (*yy*), ad ſolvendas perceptas uſuras proprias non ſufficere (*zz*) facultates, alii vero promittunt partem uſurarum, quas (*aaa*) habent præ manibus, reddituros, ſed uſuras alias, quas extorſerant (*bbb*), cum de his poſſeſſiones comparatæ ſunt, & eorum filiis, vel paren- c. 5. eod.

*a* Hæc in concil. tantum deſiderantur. *b* Sic Raim. *laica*, Pontif. & Gull. *laicali*, concil.
*c* *Videbatur*, Gull. ſolus. *d* *Idem in concilio Lateran.* Raim. & Cont. adde *cap.* 25. ex conciliis, non 26. ut eſt apud Cont. *e* Sic etiam Raim. *tantum uſurarum ita inolevit*, concil. mendoſe: *crimen* pro *tantum*, ſcribi potuit. *f* Scribendum, *ut multi*, quod eſt in concil. & in tribus Tarrac. & in Gregor.
*g* *Uſuram* pro *uſuras*, vetus Tarrac. ſolus. *h* *Tituli* pro *teſtamenti*, concil. tantum non ſine mendo in priore concil. editione. *i* *Condemnentur*, Barcin. & concil. & Raim. *k* *Nequaquam* pro *non*, concil. & Raim.
*l* Sic in concil. & in veteri Gregor. *Ideoque* pro *Ideo*, in altero veteri. *Ideoque conſtituimus*, *quod*, Cont. & alii.
*m* Sic Raim. *eorum oblationem*, concil. *n* *Quiſquam*, concil. & tres Tarracon. & Raim.
*o* Sic vetus Gregor. *vel* pro *aut*, alter vetus, & Contius, & alii; *eos*, addit editis unus Tarracon. *aut eos Chriſtianæ*, concil. habent. *p* *Acceperit*, concil. & duo Tarrac. *& quæ acceperit*, Raim. & Cont.
*q* *Idem*, Barcinon. & Raimund. ut editum eſt, concil. d. parte 16. cap. 1.
*r* Sic etiam Raim. *Pñ. Archiepiſcopo*, concil. non recte in priore editione: at Surius, ut editum eſt.
*s* Recte Cont. addit a Raim. omiſſa, quæ ſunt etiam in concil. excepta voce *vero*. *Super eo & infra*, vetus Gregor. *vero*, additur in altero veteri, & apud Cont. & alios; *ſub iſta infra continetur*, *quod a nobis tua fraternitas poſtulavit*, &c. Oſtien. in marg. veteris Gregor. vox *vero*, in Barcin. non eſt.
*t* *Tua diſcretio*, concil. & Contius, & duo Tarracon. *diſcretio tua*, tertius Tarrac.
*u* Sic etiam concil. & Cont. *utrum poſſit diſpenſari*, *quod recipiatur pecunia ad uſuras*, Oſtien. ubi ſupra: *utrum diſpenſatio fieri poſſit*, *in recipienda pecunia ad uſuram*, vetus Tarrac. *x* Sic etiam concil. & Cont. *ut captivi redimantur*, Oſtien. *y* Sic in concil. (*Præſentibus litteris tibi*) *Reſpondemus*, Cont. vox *tibi*, in uno Tarrac. non eſt: *tibi reſpondemus*, *&c.* Oſtien. *z* *Non vidimus admittendam*, concil. prioris edit. *poſſe fieri non videmus*, Raimund. & Cont. *videmus* pro *vidimus*, Surius: cetera, ut in concil.
*aa* Sic etiam Raim. & Surius; *prohibeatur*, concil. prioris edit. Locus ſacræ ſcripturæ quæratur ab aliis.
*bb* Vox *vel* omittitur a Raim. & Contio non ſine lata culpa: eſt in concil.
*cc* *Prohibendus eſt quis*, *ne*, Raim. & tres Tarr. *prohibendum eſt*, *ne quis*, concil. *eſt prohibendum*, *nequis*, Barcin. *dd* *Etiam*, addunt Raimundus, & Contius, ante hæc verba: *in redimenda*, concil.
*ee* Sic etiam Raimund. & Cont. *Idem*, concil. d. parte 16. cap. 3. aliis omiſſis.
*ff* *Suffraganeis*, vetus Gregor. apertius. *gg* Sic etiam in concil. *ut eos*, *qui*, Raim. & Cont. aliis omiſſis.
*hh* *In pignoribus*, Barcin. tantum. *ii* Voce *ſuam* carent Raim. & Cont. eſt in concil. *ſi*, addit ante hæc verba Barcin. *kk* Omittunt hæc Raim. & Cont. & Surius; *inde eam*, concil. prioris editionis.
*ll* Sic in concil. prioris edition. *ſine uſurarum exactione*, Raim. & Cont. & Surius: quod vix probo.
*mm* Sic etiam in conc. *compellas*, Raim. & Cont. *nn* Sic etiam Raim. *Epiſcopo*, concil. d. parte 16. cap. 5. *oo* *Cum*, *ſicut tu aſſeris*, *manifeſtos*, concil. & vetus Tarrac. *Cum tu manifeſtos*, Raimund. & Cont. aliis omiſſis. *pp* Hæc uſque ad illa, *juxta decretum*, omittunt Raimund. & Cont. *ſcilicet* pro *ſ.* concil.
*qq* *Deceſſerunt*, vetus Tarracon. *deceſſerunt peccato*, concil.
*rr* Sic in Gregor. vox *quod*, in concil. non eſt. *ſſ* Sic Raim. vox *eſt*, in concil. deſideratur: de concilio Lateran. hæc intelligenda ſunt. *tt* Sic etiam concil. *communione altaris*, *& eccleſiaſtica præceperis*, Raim.
*uu* *Donec reddant*, *quæ*, concil. *reddant* pro *reddatur*, unus Tarr. & Raim. *xx* Sic Raim. *receperint*, conc.
*yy* Omittunt quædam Raim. & Cont. quæ ſunt in concil. vox *dicunt*, in duobus Tarrac. non eſt.
*zz* *Aſſerunt*, additur in eiſdem duobus Tarr. *aaa* *Quam*, unus Tarr. *ſe partes uſurarum*, *quas*, concil.
*bbb* *Extorſerunt*, concil.

UNED

rentibus traditæ, ſe non poſſe reddere confitentur (*a*), alii vero ad excuſandas excuſationes in peccatis (*b*), imprudenter (*c*) affirmant, illas dumtaxat uſuras reſtituendas, quæ ſunt poſt interdictum noſtrum receptæ, nec aliquos (*d*) ad ſolvendas uſuras, quas ante interdictum noſtrum (*e*) receperant, debere compelli, ſuper his duximus t. d. reſpondendum [*f*], quod ſive ante, ſive poſt interdictum noſtrum uſuras extorſerint (*g*), cogendi ſunt per pœnam (*h*), quam ſtatuimus in concilio, eas his [*i*], a quibus extorſerint [*k*], vel eorum heredibus reſtituere, vel his non ſuperſtitibus, pauperibus erogare, dummodo in facultatibus habeant, unde ipſas (*l*) reſtituere poſſint, cum juxta verbum beati Auguſtini (*m*), *Non remittitur peccatum* (*n*), *niſi reſtituatur ablatum.* Illi autem, qui non habent de facultatibus (*o*), de quibus (*p*) uſuras valeant reſtituere, non debent illa pœna (*q*) mulctari, cum eos nota paupertas evidenter (*r*) excuſet. Poſſeſſiones vero, quæ de uſuris ſunt comparatæ, debent vendi, & ipſarum pretia (*s*) his, a quibus uſuræ extortæ ſunt, reſtitui, ut ſic non ſolum a pœna illa (*t*), ſed etiam a peccatis poſſent, quæ (*u*) per uſurarum extorſionem incurrerant, liberari (*x*).

## CAPUT VI.

*Idem Winton. Epiſcopo.*

Non ponit. Post conc. Lat. p. 16. cap. 8.

NIhilominus tibi præcipimus præſentium auctoritate, ut ſi qui ſunt in parochia tua, qui ſortem ſuam de frugibus pignorum (*y*), vel aliunde (*z*) deductis expenſis perceperint (*aa*), eos moneas, & per excommunicationem (*bb*) compellas, ſine ap. re. (*cc*) ut debitoribus ſuis pignora ipſa ſine dilatione & difficultate reſtituant.

## CAPUT VII.

*Idem Lundon. Epiſcopo* (*dd*).

EX tranſmiſſa (*ee*) conqueſtione T. Scalers (*ff*), & matris ejus nobis innotuit (*gg*), Non ponitur, d.p.16. c. 10. quod pater ejus (*hh*) ex hac luce ſubtractus terram ſuam de Dulecham [*ii*] monachis de Warſiniæ [*kk*], pro quadam pecuniæ ſumma pignori obligavit, qui licet exinde ſortem ſuam (*ll*) receperunt (*mm*), & ultra, eam tamen (*nn*) ſibi reddere contradicunt: quia vero crimen uſurarum Deo, & hominibus abominandum exiſtit, & tanto gravius in eccleſiaſticis, & religioſis (*oo*) perſonis eſt reprehendendum, quanto magis ſe, & alios a peccatorum (*pp*) laqueis tenentur eruere, f. t. per A. s. pr. qua. (*qq*) rei veritate diligentius [*rr*] inquiſita, & cognita, ſi tibi conſtiterit, quod prædicti monachi de præfata terra ſortem ſuam deductis expenſis receperint (*ſſ*), eos attentius moneas, vel ſi (*tt*) neceſſe fuerit, ap. re. (*uu*) eccleſiaſtica diſtrictione compellas, ut memorato T. [*xx*] & matri ejus prædictam terram abſque difficultate reſtituant pacifice poſſidendam.

## CAPUT VIII.

*Idem Januen. Archiepiſcopo* (*yy*), *pars c.*

*Fraternitas tua* (*zz*).

IN civitate tua dicis ſæpe contingere, quod c. 6. col. quidam (*aaa*) piper, ſeu cinamomum (*bbb*),

Rr 2 aut

*a Profitentur*, concil. *b* Sumuntur hæc ex pſalmo 140. *c* Sic in duobus veteribus Gregor. *impudenter*, concil. & Cont. & alii. *d* Hæc recte addit Contius a Raimund. prætermiſſa, quæ ſunt etiam in concil. *alios* pro *aliquos*, duo Tarracon. ſed in altero mutatum eſt.

*e* Vox *noſtrum*, neque in concil. eſt, neque in Contiano libro, neque in veteri Tarrac.

*f Tuæ* pro *t.* duo Tarracon. *diſcretioni tuæ reſpondemus*, concil. *f. t. reſpondemus*, vetus Gregor. aliis omiſſis *fra. t. t. r.* Contius, & alii. *g* Sic etiam Raimund. *extorſerant*, vetus olim Tarrac. *receperint*, concil.

*h Sub pœna*, concilia; *pœna*, Barcin. *i* Vox *eas*, in ſolo vet. Tarracon. deſideratur.

*k* Sic in concil. *extorſerunt*, Raimundus. *l* Sic in concil. & in veteri Gregor. vox *ipſas*, in veteri Tarraconenſi non eſt: *unde ipſis poſſint eas reſtituere*, Contius, & alii. *m* Sumitur hoc ex epiſt. 54. ad Macedonium: refertur ab Ivone parte 13. cap. 4. & parte 15. cap. 25. decreti, & a Grat. 14. q. 6. cap. 1. & a Bonif. 8. cap. 4. de regulis juris. Non recte apud Ivonem dicitur *in epiſt. ad Armentarium, & Paulinam.*

*n Remittetur* pro *remittitur*, Auguſt. & Ivon. utrubique: *remittatur*, concil. & vetus Gregor. *Peccatum non dimittitur*, Bonif. Ut editum eſt, Grat. & Contius, & alii: ſed in tribus veteribus Grat. libris eſt *remittetur.*

*o In* pro *de*, duo Tarrac. & concil. & Raim. *p* Sic in concil. *unde*, Raimund. & Cont.

*q* Sic etiam in concil. *ulla* pro *illa*, Raimund. *r* Sic Raimund. Non eſt hæc vox in concil.

*s* Sic etiam Raim. *ipſa pretia*, concil. *t* Sic etiam vetus Gregor. *iſta* pro *illa*, concil. neutra vox eſt in Contiano, & aliis. *u A peccato, quod*, concil. *a peccato poſſunt, quod*, vetus Gregor. *poſſint*, Cont. & alii, cetera, ut vetus: *poſſint* pro *poſſent*, duo Tarrac. *poſſunt liberari*, tertius Tarr. vetus olim, mox *poſſent liberari.*

*x* Vox *liberari*, in veteri Tarrac. alio loco poſita eſt: *incurrerunt*, pro *incurrerant*, vetus Gregor. ut editum eſt, Cont. & alii; *extorſiones incurrerunt, poſſint liberari*, concil. *y Fructibus*, malo, quam *frugibus*, ut eſt in duobus Tarrac. & in concil. in marg. *de fructibus arborum*, eſt in verborum editione.

*z Vel animalium*, concil. ſed in marg. ut editum eſt. *aa Receperint*, concil.

*bb Per excommunicationis ſententiam*, concil. *cc* Vox *ſine*, in Barcin. non eſt: *ſub* pro *ſine*, unus Tarrac. habet: *ſublato appellationis remedio*, concil. *dd* Hæc in concil. deſiderantur.

*ee Nobis*, additur in concil. *ff Eſcalers*, duo Tarrac. *Schalers*, Barcin. omittitur hæc vox in concil.

*gg* Vox *nobis*, in concil. non eſt. *hh Qui eſt*, addunt concil. & Barcin. & tres Tarrac.

*ii Duelecham*, vetus Tarracon. *Dulſecham*, alter. *Dullecham*, tertius. *Adbutendam*, Barcin. *de Dullis*, concil. *de Dullen*, in marg. *kk Vuardone*, concil. *Warneſiniæ*, unus Tarrac. *ll Et ultra*, additur in concil. ſed ea verba poſtea habemus. *mm Receperint*, concil. & unus Tarrac. in quo, ut editum eſt, olim fuerat.

*nn* Vox *tamen*, in duobus Tarrac. non eſt. *oo* Hæc omiſſa ſunt in uno Tarrac. ſunt in concil. integra.

*pp E* pro *a*, concil. *qq Fraternitati tuæ &c. quatenus*, concil. *rr Diligenter*, duo Tarrac. & concil.

*ſſ* Sic in concil. *receperunt*, unus Tarracon. *tt Et ſi*, tres Tarracon. & concil.

*uu Appellatione remota*, concil. apertius. *xx* Sic in concil. ſed in marg. *Teſaleyſi*, pro *T.* credo eſſe repetendum nomen initio hujus capitis ſcriptum. *yy Januenſi Epiſcopo*, concil. d. parte 16. cap. 2. *Jan. Archiepiſcopo*, vetus Greg. *Genuen. Archiepiſcopo*, Cont. & alii. *zz* Hæc omittunt Raim. & Cont. *Fratrum*, unus Tarracon. *Pars capituli*, TUA FRATERNITAS, concil. aptius. Integra clauſula exſtat cap. 7. de ſponſa duorum.

*aaa* Sic in veteri Gregor. & in concil. *quod cum quidam*, Contius, & alii. *bbb* Sic editi Greg. *ſeu cyminum,*

aut alias merces comparant, quæ tunc ultra quinque libras non valebant (*a*), & promittunt per publicum inſtrumentum (*b*) ſe eis [*c*], a quibus illas merces (*d*) accipiunt, ſex libras ſtatuto termino ſoluturos, licet a te (*e*) contractus hujuſmodi ex forma (*f*) non poſſit cenſeri nomine uſurarum, nihilominus tamen venditores peccatum incurrunt, niſi dubium ſit merces illas plus minuſve tempore, quo [*g*] pretium debent recipere, valituras, & ideo cives tui ſaluti ſuæ bene conſulunt (*h*), ſi a tali contractu ceſſarent, cum cogitationes hominum omnipotenti Deo nequeant occultari (*i*).

### CAPUT IX.

*Idem, pars c. Licet univerſis (k).*

c. 7. eod. PRæterea parochianis veſtris (*l*) uſuram accipere (*m*) omnimodis interdicatis [*n*], quia uſurarum [*o*] crimen utriuſque t. [1] (*p*) pagina deteſtatur. Quod ſi monitis veſtris parere (*q*) contempſerint, ſi clerici ſunt [*r*], eos ab officio, & beneficio ſuſpenſos (*s*), cum litteris [*t*] rei veritatem continentibus ad præſentiam noſtram mittere non differatis, ſi laici fuerint (*u*), uſque ad dignam ſatisfactionem, ipſos excommunicationis vinculo conſtringatis (*x*).

### CAPUT X.

*Idem Abbati, & fratribus S. Laurentii [y].*

c. 8. eod. COnqueſtus eſt nobis G. clericus [*z*] præſentium lator (*aa*), quod licet de quadam terra, quam pater ſuus vobis obligavit [*bb*], ſortem veſtram (*cc*) deductis expenſis receperitis, terram tamen ipſam (*dd*) non ſine derogatione veſtræ ſalutis, honeſtatis [*ee*], & famæ nihilominus detinetis. Inde eſt, quod diſcretioni veſtræ per A. s. pr. [*ff*] m. qua. ſi terram ipſam titulo pignoris detinetis, & de fructibus ejus ſortem veſtram (*gg*) recepiſtis, prædictam terram memorato clerico dilatione, & ap. ces. (*hh*) reddatis, & in pace (*ii*), & quiete (*kk*) dimittatis, niſi forte terra ipſa [*ll*] de feudo ſit monaſterii veſtri.

### CAPUT XI.

*Alexander III. (mm) Epiſcopo Placentino.*

TUA nos (*nn*) duxit fraternitas conſulendos, quid ſit de uſurariorum filiis obſervandum, qui eis in crimine uſurarum (*oo*) defunctis ſuccedunt, aut extraneis [*pp*], ad quos bona uſurarum (*qq*) aſſeris devoluta. Tuæ igitur quæſtioni litteris præſentibus reſpondemus, quod filii ad reſtituendas uſuras ea ſunt diſtrictione cogendi, qua parentes [*rr*], ſi viverent, cogerentur, id ipſum etiam contra heredes (*ſſ*) extraneos credidimus exercendum. c. 9. eod.

### CAPUT XII.

*Urbanus III. Brixienſi Presbytero (tt).*

COnſuluit nos devotio tua, in quo ſacerdotalis (*uu*) officii ſollicitudinem commendamus, an ille in judicio animarum, quaſi uſurarius debeat judicari, qui non alias mutuo traditurus, eo propoſito mutuam pecuniam credit [*xx*], ut licet omni conventione ceſſante, plus tamen forte recipiat, & utrum eodem reatu criminis involvatur, qui, ut vulgo dicitur, non alias parabolam [*yy*] juramenti con- c. 10. eod.

(1) *Teſtamenti*, forte.

*num*, concil. & vetus Raim. liber: *ſeu ciumenum*, Barcin. non recte: *& balſamum*, addit unus Tarracon.

*a Non valent*, concil. & Raim. *b* Hæc omittunt Raimund. & Cont. ſunt in concil.

*c Se illis*, concil. & duo Tarrac. & Raim. *d* Vox *merces*, in veteri Tarrac. non eſt: vox *illas*, neque in concil. eſt, neque in vet. Gregor. ut editum eſt, Cont. & alii. *e* Conſpirarunt omnes libri contra unum Tarrac. quem fueramus ſecuti, *autem* pro *a te*, ſcribentes concilia, Barcin. & tres Tarrac. & Raim.

*f* Sic in concil. & in veteri Gregor. *ex tali forma*, Cont. & alii. *g* Sic etiam in concil. *ſolutionis tempore*, Raim. & Cont. aliis omiſſis. *h Conſulent*, vetus Tarrac. & Barcin. aptius: *conſulerent*, duo alii Tarracon. & concil. & Raimund. non male. *i* Sic vetus Gregor. *nequeunt* pro *nequeant*, concil. Cont. & alii: *occultari non poſſunt*, vetus Tarracon. *k* Hæc omittunt Raimund. & Cont. Integra clauſula exſtat in concil. parte 20. cap. 2. ex quo ſumitur cap. 1. de foro competenti in 2. collect. ſive cap. 23. de teſtibus in Gregor. & cap. 2. de Judæis in 2. collect. *l* Sic in concil. *tuis* pro *veſtris*, Raimund.

*m* Sic etiam concil. *uſuras accipere*, duo Tarrac. & Raim. *n Omnibus modis interdicatis*, concil. *interdicas*, Raimundus, aliis omiſſis. *o* Sic etiam in concil. omittunt hæc Raimund. & Cont.

*p Teſtamenti*, duo Tarracon. & concil. & cap. 2. & 3. hujus tituli. *q* Sic in concil. *qui ſi parere*, Raim. & Cont. aliis omiſſis. *r* Sic etiam vetus Gregor. & concil. *ſint* pro *ſunt*, Cont. & alii.

*s* Sic in concil. *ſuſpendas*, Raim. & Cont. aliis omiſſis. *t Veſtris*, additur non male in concil. *v.* in uno Tarracon. *u* Vox *fuerint*, a Raimund. & Contio eſt omiſſa: exſtat in concil.

*x Aſtringatis*, vetus Tarrac. & Barcin. *aſtringas*, Raim. *vinculo excommunicationis eos aſtringatis*, concil.

*y Sancti* pro *S.* tres Tarracon. & Raimund. *z* Sic in vet. Gregor. C. pro G. Cont. & alii; vox *clericus*, in duobus Tarrac. olim non fuerat, in altero eorum addita eſt. *aa* Hæc recte addidit Contius omiſſa prius a Raimund. *bb* Mendoſe Cont. *nobis* pro *vobis*. *cc* Vox *veſtram*, in uno Tarrac. non eſt: habet Contius. *dd* Vox *terram*, omittitur a Contio: vox *tamen*, in veteri Tarracon. non eſt.

*ee Et honeſtatis*, Cont. *ff* Vox *pr.* in veteri Tarrac. non eſt: omnia omittunt Raim. & Cont.

*gg* Vox *veſtram*, omittitur a Raim. & Contio. *hh* Hæc etiam omittunt Raim. & Cont.

*ii* Hæc itidem ab eiſdem ſunt omiſſa. *kk* Hæc in uno Tarracon. non ſunt.

*ll* Vox *forte* in Gregor. non eſt: illæ duæ voces, *terra ipſa*, in uno Tarracon. deſiderantur.

*mm Idem*, Raimund. & Cont. aptius. *nn* Sic etiam Raimund. *Quia tua nos*, Barcin.

*oo Crimen* pro *crimine*, duo Tarracon. *crimen uſurariorum*, tertius Tarracon. voce *in* omiſſa non recte.

*pp Aut de extraneis*, vetus Gregor. ut editum eſt, Cont. & alii.

*qq* Scribe, *uſurariorum*, ut eſt in Barcin. & quattuor Tarracon.

*rr* Sic etiam vetus Gregor. *ſui*, addit Cont. & alii. *ſſ Circa* pro *contra*, vetus Gregor. *contra*, Cont. & alii. *tt Presbytero Brixienſi*, tres Tarrac. utramque vocem omittunt Raim. & Cont.

*uu* Hæc etiam ab eiſdem ſunt omiſſa. *xx* Sic etiam Raim. *concredit*, unus Tarr.

*yy Aliter* pro *alias*, Raim. „ *non alias*: ideſt non aliter prorogat terminum, quo tenetur debitor per jura-
„ men-

concedit, donec, quamvis ſine exactione, emolumentum aliquod inde percipiat. Item & an [a] negotiator pœna non abſimili (b) debeat condemnari, qui merces ſuas longe majori pretio diſtrahit, ſi ad ſolutionem faciendam, prolixi temporis (c) dilatio prorogetur, quam ſi ei in continenti pretium perſolvatur. Verum, quia quid (d) in his caſibus tenendum ſit, ex evangelio Lucæ (e) manifeſte (f) cognoſcitur, in quo dicitur, *Date mutuum, nihil inde ſperantes* (g), hujuſmodi (h) homines pro intentione lucri, quam habent, cum omni uſura, & ſuperhabundantia (i) prohibeatur in lege, judicandi ſunt male agere, & ad ea, quæ taliter accepta ſunt, reſtituenda, in animarum judicio efficaciter inducendi.

## TITULUS XVI.
## DE CRIMINE FALSI (k).

### CAPUT I.
*Ex concilio Eliberitano* (l).

FAlſus teſtis, prout crimen eſt, punietur (m), ſi tamen non fuerit mortis, quod objecit, & probaverit (n), quod diu tacuit (o), biennii tempore pœnitebit (p). Si autem non probaverit, in conventu clericorum placuit per quinquennium abſtinere (q). Non ponitur.

### CAPUT II.
*Auguſtinus* (r).

FAlſidicus (1) teſtis (s) tribus perſonis eſt obnoxius, primum Deo, cujus præſentiam (t) contemnit, deinde judici (u), quem mentiendo fallit, poſtremo innocenti, quem falſo teſtimonio lædit. Uterque reus (x) eſt, & qui veritatem occultat, & qui mendacium dicit, quia & ille [y] prodeſſe non vult, & iſte nocere deſiderat. De crimine falſi, c. 1.

CA-

(1) Alii, *falſus*.

„ mentum ſolvere certa die “, Tancr. *a* Vox & in vet. Tarr. non eſt: vox *Item* a Raim. eſt omiſſa. *Item quæſiviſti*, & *an*, Barcin. non recte, niſi & deleatur. *b Conſimili*, Barcin. & Raim.

*c* Sic etiam vetus Gregor. *prolixioris temporis*, Cont. & alii.

*d* Sic etiam Raim. vox *quia* non eſt in uno Tarr. *e* Non eſt hæc vox in veteri Gregor. tantum.

*f* Hæc vox in duobus Tarrac. non eſt: exſtat in Gregor. *g* Lucæ cap. 6. ita ſcriptum eſt: *Verumtamen diligite inimicos veſtros; benefacite, & mutuum date nihil inde ſperantes.* Πλὴν ἀγαπᾶτε τοὺς ἐχθροὺς ὑμῶν, καὶ ἀγαθοποιεῖτε, καὶ δανείζετε μηδὲν ἀπελπίζοντες. vox *inde*, in Græcis verbis non eſt. Nec ſolum ad mutuum, ſed ad omne beneficium referri hæc poſſunt, ut ita ea faciamus ſine ulla ſpe commodi.

*h Et hujuſmodi*, unus Tarrac. vox & non eſt in Gregor. *i* Verba ſunt Ezechiel. cap. 18. Πλεονασμὸς eſt illic *ſuperhabundantia*: hoc eſt, quod plus eſt. Videndus Hieronym. apud Grat. 14. q. 3. cap. 2. & apud Ivon. parte 13. cap. 18. decreti, & lib. 3. tit. 13. cap. 5. Panorm.

*k* Sic etiam Raim. & Cont. *De falſis teſtibus*, Barcin. *l Elibertano*, Barcin. & tres Tarrac. & Burch. lib. 16. cap. 18. *Elibertino*, quartus Tarracon. & concil. 1. edit. *Eliberino*, concil. 2. & 3. edit. adde *cap.* 74. ex concil. non *cap.* 10. ut habet Burch. *m Abſtinebit*, concil. *abſtinebitur*, Burch.

*n* Sic Burchard. & *ſi probaverit*, concil. *o* Sic etiam Burch. *tacuerit*, concil.

*p Abſtinebit*, concil. *abſtinebitur*, Burch. *q Abſtineri*, concil. 1. edit. & Burch. *abſtinere*, conc. 2. & 3. edit.

*r* Sic Raim. & Cont. *ex dictis Auguſtini*, Burch. lib. 16. cap. 12. *Auguſtin. ad Caſulanum*, Grat. 11. q. 3. cap. 80. QUISQUIS. *Aug. in una de L. homiliis.* Deuſdedit cap. 2. Sunt autem verba Iſidori lib. 3. de ſummo bono cap. 59. ex quo libro alia multa capita ſunt apud Grat. 11. q. 3. aliis inſcripta. Admonuit autem me hujus rei doctus vir amicus meus. *s* Ante hæc verba addi potuit, *Pars cap.* ET SI MENDACIUM, ex Iſidoro. Integra clauſula hæc eſt: *Et ſi mendacium gratis dicitur, quanto magis ſi venale quæratur? neque enim deerit multiplex conventus falſorum, ſi tantum præſentia ſit nummorum.* Alia verba Burch. refert, quæ multo libentius exponam. *Falſus teſtis*, dicit Salomon, *non erit impunitus. Qui falſum teſtimonium profert contra proximum ſuum, extinguetur lucerna ejus in die ultimo. Qui metu* &c. *Falſidicus* &c. Salomonis verba ſunt Proverbior. cap. 19. cetera non inveni. *Falſus* pro *Falſidicus*, fuit olim in uno Tarrac. *Teſtis falſidicus*, Iſidor. ut editum eſt, Burch. & Raimund. *t* Sic etiam Burch. & Raimund. *quem perjurando*, Iſidor. *u* Sic etiam Burchard. & vetus Gregor. *inde* pro *deinde*, Contius, & alii: & *ſequenter judici*, Iſid. malo *conſequenter*.

*x* Sic etiam Raim. & Cont. Ante hæc verba ſunt alia apud Iſidorum non pauca; quorum initium eſt: *Teſtibus falſis conjunctis tarde mendacii falſitas reperitur: quod ſi ſeparati fuerint, examine judicantis cito manifeſtantur*, &c. Apud Burch. hæc tantum ſunt: *Si falſi teſtes ſeparantur, mox mendaces inveniuntur.* Additur ab Iſidoro: *Nam ſicut in unitate pravorum grandis eſt fortitudo, ita in ſeparatione major infirmitas. Fraudulentia cito reprehenditur, cum mendacium falſidicorum ſibi convenit. Unum pœne crimen habent, & qui falſitatem promit, & qui ſupprimit veritatem: quia & ille obeſſe vult, & iſte pejor eſt autem teſtis, qui lædit, quam qui præſtare nolit; nam ille malignus eſt, iſte inutilis. Iniquus teſtis, quamvis ſua facultate corpori, rebuſque efficiat, animæ tamen nihil oberit, immo maximum lucrum confert, ſi impetitus æquanimiter tulerit; erit autem ille apud Deum condemnatus, qui adverſus innocentem falſum teſtimonium vel dicit, vel dicentibus credit. Nam non ſolum ille reus eſt, qui falſum de alio profert; ſed & is, qui cito aurem criminibus præbet.* Ex his verbis tantum poſtrema inveni apud Grat. d. q. 3. cap. 77. *non ſolum, qui ſcribit, ſed etiam is, qui aurem cito* &c. & pro *etiam*, eſt in veteri Grat. libro: vox *ille* in alio veteri non eſt, qui *aliquo* pro *alio*, habet. Inſcribitur id caput, *ex octava ſynodo*, pro *ex Iſidoro*: *ex IX.* pro *VIII.* eſt in veteri Grat. libro. Poſt hæc verba ſequitur apud Iſidorum: *Qui metu poteſtatis veritatem occultat, ejuſdem veritatis iracundiam ſibi cælitus provocat: quia plus pertimeſcit hominem, quam divinam trepidet indignationem.* Hæc præpoſtere ſcripta ſunt a Burch. qui ea ante illa, *Falſidicus teſtis*, ſcribit hac varietate. *Qui metu cujuslibet poteſtatis* &c. *iram Dei ſuper ſe provocat; quia magis timet hominem, quam Deum.* At Deuſdedit, & Grat. d. cap. 80. *Quiſquis metu cujuslibet poteſtatis* &c. ut Burch. ſed in veteri Grat. libro eſt, *Qui* pro *Quiſquis*. Poſtremo addit Iſidorus: *Beatus, cujus teſtimonio innocens a ſcelere oborto purgatur: impius, cujus proditione etiam iniquus perimitur, neque enim decet Chriſtianum morti obnoxium prodere: & ad effundendum ſanguinem infelicium voce teſtificationis præbere ſermonem. Juſti enim tantum ad miniſterium debent eſſe ſalutis: ita vero indignationis, & tribulationis, & immiſſiones per angelos malos* † Hic finis mendoſus eſt d. cap. 59. Iſidori apud Grat. d. cap. 80. poſt verba alibi relata eſt, & *poſt pauca*, UTERQUE REUS EST &c. fortaſſe tum alia, tum hæc de quibus agimus, Iſidorus ſcripſit. Apud Burch. ante illa verba *Beatus, cujus* hæc ipſa refert, in hunc modum. *Uterque reus eſt*, &c. *Beatus, cujus teſtimonium in conſpectu Dei probabile invenietur.*

*y* Vox & non eſt in duobus veteribus Gregor. neque in uno veteri Grat. libro: eſt apud Iſid. & Burch. & Gratian. & Contium, & alios. *Et quia & ille*, habet vetus Tarracon. non recte.

### CAPUT III.

*Alexander III. (a) pars c. Perſonis eccleſiarum (b).*

Non ponit. Poſt conc. L.p.26.c.3.

AD hæc de ſacerdote illo (c), qui litteras noſtras, quas nobis miſiſti, falſavit (d), diſcretioni tuæ præſentium auctoritate præcipimus, ut (e) ſi inveniri poſſit (f), omni officio ſacerdotali (g), & beneficio eccleſiaſtico perpetuo privatum in aliquod monaſterium diſtrictæ religionis detrudas, ut ibi tanti facinoris pœna luens, ſe talia commiſiſſe defleat [h], & alii per hoc a ſimilibus valeant deterreri. Quod ſi aliquos de conſimilibus deprehendere (i) poteris, ipſos arctiſſimæ cuſtodiæ, ſublato ap. remedio, tradas, donec (k) Apoſtolicum ſuſceperis inde mandatum (l).

## TITULUS XVII.

## DE SORTILEGIS [m].

### CAPUT I.

*Ex pœnitentiali Theodori [n].*

De ſortileg. cap. 1.

IN tabulis, vel in codicibus (o) ſorte futura (p) non ſunt requirenda (q), aut nullus (r) in pſalterio, vel in (s) evangelio, vel in aliis rebus ſortiri præſumat, nec divinationes (t) aliquas in aliquibus rebus obſervare [u]. Quod ſi fecerit (x), XL. dies pœniteat.

### CAPUT II.

*Ex Bu. (1) lib. XIX. [y]*

Non ponitur.

REquiſiſti ſortes (z) in codicibus, vel tabulis (aa), ut plures ſolent, qui in pſalteriis, & in evangeliis (bb), vel in aliis hujuſmodi [cc] rebus ſortiri præſumunt [dd], ſi feciſti XL. dies [ee] pœniteas (ff).

### CAPUT III.

*Alexander III. Granden. Patriarchæ (gg).*

c. 2. eod.

EX tuarum tenore litterarum accepimus, quod V. presbyter lator præſentium (hh) juvenili levitate uſus (ii) cum quodam infami ad privatum locum immundum ſpiritum invocaturus (kk) acceſſit, unde tu eum (ll), quia propter hoc infamia laborat (mm), & facinus publicum, & notorium erat, ab officio, & beneficio eccleſiaſtico ſuſpendiſti. Ipſe autem coram nobis (nn) viva voce propoſuit, quod non ea intentione, quod invocaret dæmonium (oo) ierat (pp), ſed ut inſpectione (qq) aſtrolabii furtum cujuſdam eccleſiæ poſſet recuperare (rr). Unde licet (ſſ) hoc ex bono zelo, & ex ſimplicitate (tt) ſe feciſſe proponat, id tamen graviſſimum fuit, & non modicam maculam peccati inde (uu) contraxiſſet (xx), quoniam tutius (yy) eſt in dexteram, quam in ſiniſtram, & in miſericordiam (zz), quam in ſeveritatem declinare, ipſum f. t. (aaa) duximus remittendum, monentes, atque mandantes, ut (bbb) ſibi infra ſe-

[1] *Burchardo*, forte.

*a* Ante hoc caput eſt in Barcin. titulus 17. de falſariis: & ſub eo cap. un. nam ſupra eſt illic titulus 16. de falſis teſtibus. Adde autem *Wigorn. & Norwicen. Epiſcopis*, ex concil.
*b* Malo *Perſonas*, ut eſt in Barcin. Integra clauſula videnda ſub titulo de appellationibus cap. 4. & in concil. parte 10. cap. 5. *Norwicenſi Epiſcopo*, ſupraſcripta verba in concil. non ſunt parte 26. cap. 3.
*c De ſacerdote*, concil. aliis omiſſis. *d Falſavit*, *quas tibi miſimus*, concil.
*e Diſcretioni veſtræ*, &c. ut concil. aliis omiſſis; *veſtræ* pro *tuæ*, malo cetera pleniora edidimus.
*f Poterit*, concil. *g Sacerdotis*, concil. *h Defleat commiſiſſe*, tres Tarrac. vox *talia* in veteri Tarr. non eſt; *ſe taliter defleat commiſiſſe*, concil. *i Comprehendere*, concil. *k Retrudas*, *donec*, concil.
*l* Vox *inde* aliquando in veteri Tarrac. non erat; *inde Apoſtolicum ſuſceperitis mandatum*, concil.
*m De ſortilegiis*, unus Tarrac. & Raim. & Cont. hic eſt tit. 18. in Barcin.
*n* Quis hic Theodorus fuerit, refert Rabanus Maurus in epiſt. ad Humbertum Epiſcopum, Quota generatione licitum ſit connubium. *o* Vox *in* non eſt in duob. Tarrac. neque in Gregor. *aut aliis*, additur in eiſdem Gregor. *p Forte* pro *ſorte*, unus Tarrac. *ſorte furta*, Raim. *Requiſiſti ſortes in codicibus*, *vel tabulis*, Burch. cap. prox. *q Inquirenda*, vetus Gregor. ut editum eſt, Cont. & alii.
*r* Hæc uſque ad illa, *nec divinationes*, omittunt Raim. & Cont. habet Burch.
*s* Vox *in* neutro loco eſt in vet. Tarr. *in pſalteriis*, *& in evangeliis*, Burch.
*t* Quæ ſequuntur, in Barcin. omiſſa ſunt. *u Quis obſervare præſumat*, Raim.
*x Qui autem contra fecerit*, Raim. *y Ex Brocardo lib. XII.* Barcin. non recte: *ex Brocardo libro XIX.* duo Tarracon. *B.* pro *Bu.* tertius Tarrac. exſtat apud Burchardum Vormatienſem d. libro XIX. qui ſe fatetur ſumpſiſſe ex Theodoro, & aliis. *z* Hæc verba ſumpta ſunt ex cap. 1. paucis immutatis.
*aa Vel in tabulis*, Burch. & vetus Tarrac. *bb* Hæc in duobus Tarrac. non ſunt; habet Burch.
*cc Hujuſcemodi*, Burch. editus: vetus liber, *hujuſmodi*, habet. *dd Præſumant*, Burch. editus: *præſumunt*, vetus liber. *ee X. dies*, tres Tarrac. *decem dies*, Burch. ſic Alanus ſupra cap. 1. „ XL. dies in ſeq. cap. „ dicitur, quod X. ſed pœnitentiæ arbitrariæ ſunt “. *ff In pane*, *& aqua*, addit Burch. editus: ea verba in veteri libro non ſunt. *gg* Sic etiam concil. parte 50. cap. 6. *ex libro* 2. ſive 12. *regiſtri Alex. III.* Granden. Barcin. & quattuor Tarracon. *hh* Hæc neque in concil. ſunt, neque in Gregor.
*ii Ætate* pro *levitate*, Barcin. *vivendi* pro *juvenili*, concil. omnia omittunt Raim. & Cont.
*kk Immundos ſpiritus invocaturus*, concil. hæc etiam ab eiſdem ſunt omiſſa.
*ll* Multa itidem omittunt Raim. & Cont. *unde eam* &c. concil. non recte prioris edit. *unde eum*, Surius.
*mm* Sic in concil. *laborabat*, duo Tarracon. non male. *nn Vobis*, concil. prioris edit. non ſine mendo: *nobis*, Surius. *oo* Scribe *ut* pro *quod*, ut habent concil. & vetus Gregor. & tres Tarracon. *dæmonem* pro *dæmonium*, concil. & unus Tarracon. *vocaret* pro *invocaret*, Cont. & alii.
*pp* Hæc vox non eſt in Gregor. eſt in concil. *qq* Sic etiam Raim. *per inſpectionem*, concil.
*rr* Sic in concil. *recuperari*, Gregor. IX. *ſſ Verum licet*, concil. & Raim. & tres Tarrac.
*tt* Sic etiam concil. vox *ex*, non eſt in Gregor. *uu* Vox *inde*, in vet. Tarracon. non eſt: *inde maculam peccati*, alii duo Tarrac. *inde maculam*, concil. & vetus Gregor. tertia voce omiſſa: eam retinet Cont. & alii.
*xx Contraxit*, concil. & Raim. & Barcin. & tres Tarrac. *yy Sed*, addunt concil. & Barcin. & tres Tarr. & Cont. qui recte addit quædam a Raim. prætermiſſa. *zz* Vox *in*, deſideratur in veteri Tarrac. tantum.
*aaa* Sic etiam Contius; *ipſum fraternitati tuæ*, concil. & duo Tarracon.
*bbb* Sic etiam concil. *mandantes*, Cont. aliis omiſſis. *Mandamus*, *quatenus*, Raimund.

ſeptem [a] dies, poſt harum ſuſceptionem litterarum (b), eccleſiam cum univerſis [c] ablatis reſtituas, & talem ei pro expiatione illius delicti pœnitentiam (d) imponas, quod per annum, & amplius, ſi tibi viſum fuerit, ita tamen (e), quod biennium non excedat, eum ab altaris miniſtratione (f) præcipias abſtinere, & ex tunc liberum ſit ei [g] ſacerdotale officium exercere (h).

## TITULUS XVIII.
## DE COLLUSIONE (i).
### CAPUT I.

*Gregorius univerſis Epiſcopis de Corintho* [k].

De colluſ. deteg. c. 1. SCripta fraternitatis veſtræ (l) relegentes agnovimus, quod ii, qui contra Adrianum fratrem, & coepiſcopum noſtrum (m) aliqua dixerant, modo [n] cum eodem Epiſcopo (o) in amicitiam conveniſſent, & magna [p] nobis ad præſens facta eſt de eorum unitate lætitia, ſed quoniam ea, quæ dicta ſunt, indiſcuſſa manere (q) non patimur, ſedis noſtræ (r) (1) ad inveſtiganda ea dirigimus (s), nos facinoris qualitas (t) vehementer impellit, ut ea, quæ audivimus, diſſimulare nullatenus debeamus [u], præſertim cum accuſatores, & accuſatum inter ſe feciſſe gratiam indicaſtis [x], hoc nobis neceſſe eſt (y) ſubtilius [z] perſcrutari, ne forte illorum comparata (aa) concordia, quod abſit (bb), non ex charitate (cc), ſed ex præmio facta conſtiterit (dd).

### CAPUT II.

*Idem* (ee).

CRimina ſemel audita indiſcuſſa Gregorius (ff) nullo modo præteriebatur (2) (gg), etſi accuſatus (hh) cum accuſatore rediſſet in gratiam. cap. 2. e.

### CAPUT III.

*Alexander III. Norwicen. Epiſcopo.*

AUdivimus in Epiſcopatu (ii) tuo, & in aliis (kk) Epiſcopatibus Angliæ uſque adeo clericorum malitiam excreviſſe, ut interdum [ll] inter ſe colluſione facta ſuper beneficiis, quæ poſſident, ſe ſuſtinent (mm) ab aliis moleſtari, & poſtea, ut quæſtioni cedatur, & idem clerici beneficia quiete poſſideant [nn], quaſi nomine tranſ- cap. 3. e.

(1) *Diaconem*, Greg. IX.

(2) *Præteribat*, Greg. IX.

*a* *Octo*, Barcin. & tres Tarrac. *ſecum miſericorditer agas*, *&* *ſibi infra octo* &c. concil. plenius: multa Raim. & Cont. omittunt. *b* Hæc vox in concil. non eſt. *c* *Cum omnibus*, concil.

*d* Sic in concil. *pœnam*, vetus Gregor. & tres Tarrac. ut editum eſt, Cont. & alii.

*e* Hæc exceptio a Raimund. & Contio eſt omiſſa; ſit licet in concil.

*f* *Adminiſtratione*, concil. *miniſterio*, Raim. *g* Sic Raim. *exinde liberum ei ſit*, concil.

*h* *Sacerdotis* pro *ſacerdotale*, vetus Gregor. *officium ſacerdotale exercere*, concil. *exercere officium ſacerdotis*, Cont. & alii. *i* Sic in veteri Gregor. *detegenda*, addit Contius, & alii.

*k* *Corin.* Raim. & Cont. *Corinthio*, unus Tarrac. Duæ poſtremæ voces deſiderantur in concil. parte 48. cap. 2. *Corinthiis* pro *eis*, eſt in regiſtro lib. 2. indict. 11. epiſt. 38. cap. 77. *Corinthi*, apud Joann. diaconum lib. 4. cap. 32. de vita ejuſdem B. Gregorii. Credo ſignificari eos Epiſcopos, qui in ea provincia eſſent ſub Archiepiſcopo Corinthi. *l* Ante hæc verba addi poſſet, *Pars cap.* Desiderii. Eſt enim antea ſcriptum in regiſtro in hunc modum: *Deſiderii noſtri eſt ad concordiam redire diſcordes, & unitos eſſe in gratia eos, quos diviſos ab alterutra dilectione, voluntatis facit eſſe diverſitas. Scripta igitur fraternitatis veſtræ* &c. ſic etiam refert Joann. diac. Vox *igitur*, neque in concil. eſt, neque apud Raimund. & Contium.

*m* N. pro *noſtrum*, concil. *noſtrum*, regiſtr. & Joann. *Adrianum Epiſcopum*, Raim. & Cont. qui *Hadrianum* pro *Adrianum*, aptius ſcribit. Fuit autem hic Hadrianus Thebanæ civitatis Epiſcopus, de quo in epiſt. 6. & 7. cap. 45. & 46. ejuſdem libri, ex quibus ſumuntur cap. 2. de ſententia, & re judicata hujus collect. & 16. q. 1. cap. 52. Frater. *n* *Duxerant*, *modo*, vetus Tarrac. non recte: *dixerant*, *amodo*, alter Tarrac. ceteri, ut editum eſt. *o* Vox *Epiſcopo*, a Raim. & Contio eſt omiſſa; habent regiſtr. & Joann. & conc.

*p* Hæc recte addit Cont. omiſſa prius a Raim. habent concilia, regiſtr. & Joann.

*q* Sic etiam Cont. *remanere*, regiſtr. & Joann. *permanere*, concil. Hinc ſumptum eſt cap. 2. quod ejuſdem Joannis eſt: *Crimina ſemel audita Gregorius indiſcuſſa nullo modo præteribat.* *r* Adde *diaconem*, ut eſt in regiſtro, & in concil. & in Barcin. & in tribus Tarrac. & in Contiano: *diaconum*, Joann. & alter regiſtri liber.

*s* Adde, *quia nuntiati*, ex regiſtr. & Joann. & Barcin. & uno Tarrac. *quod nuntiati*, alter Tarrac. *quia nuntiaſti*, tertius non recte. *Quia vero nuntiati*, Raimund. *quia*, concil. altera voce omiſſa.

*t* Sic etiam regiſtr. & Joann. vox *facinoris*, in veteri Raim. libro non eſt, eſt in Contiano, & aliis: *nos facinora*, concil. non ſine mendo: aliqua enim verba omittunt.

*u* Sic regiſtr. & Joann. & Raim. *videamur* pro *debeamus*, unus Tarrac. *non debemus*, concil.

*x* Sic regiſtr. & Joann. *indicaſti*, unus Tarracon. olim: *indicaveritis*, Raim. *gratiam inter ſe judicaſtis feciſſe*, concil. ex his verbis ſumpſit Joann. illa verba cap. 2. *etiam ſi accuſatus cum accuſatore ſuo rediſſet in gratiam.*

*y* Sic regiſtr. & Joann. *vobis* pro *nobis*, concil. neutra vox apud Raim. eſt: verbum *eſt* in duobus Tarr. olim erat omiſſum, in altero reſtitutum fuit. *z* *Subtiliter*, concil. tantum.

*aa* *Eorum* pro *illorum*, duo Tarr. & concil. *ne fortaſſe eorum ſit comparata*, &c. regiſtr. edit. & Joann. verbum *ſit* in veteri regiſtro non eſt. Raimundus verba mutavit: *ne forte non ex charitate*, *ſed ex præmio eorum ſit concordia comparata.* *bb* Sic etiam in concil. *quæ ſi*, *quod abſit*, regiſtr. & Joann. omnia omittunt Raimundus, & Cont. *cc* *Ex neceſſitate*, concil. tantum. *dd* Sic etiam regiſtr. & Joann. *præmio facta eſſe conſtiterit*, conc. omiſſa voce *ex*. Poſt hæc verba, quæ in concil. & apud Raim. & Cont. poſtrema ſunt, additur in regiſtro: *majori hoc emendatione plectendum eſt. Nam nos, qui canonice revelante Deo mala, ſi quidem vera ſunt, reſecare præcedentia feſtinamus, commiſſam poſtmodum culpam ſine vindicta nulla ratione dimittimus*: ſic etiam habet Joann. diac. In veteri regiſtro eſt: *majori poſt hoc emendatione plectenda ſit.* *ee* Sic etiam Raim. & Cont. mendoſe: ſunt enim verba Joannis diaconi in vita B. Gregorii lib. 4. cap. 32.

*ff* *Gregorius indiſcuſſa*, Joann. & Raim. & duo Tarr. „ Gregorius primus; & hoc caput eſt ſecundi, vel tertii “, Alan. non recte. Vide, quæ diximus cap. 1. *gg* *Præteribat*, Joann. & Raim. aptius; *præteriebat*, Barcin. & tres Tarr. non optime. *hh* *Etiam ſi* pro *& ſi*, duo Tarrac. & Joann. & Raimund. Poſt verba hujus capitis addit Joann. *Quapropter univerſis Epiſcopis Corinthi ſcribens ait*, *Deſiderii* &c. ut ſupra cap. 1.

*ii* Hæc omittunt Raim. & Cont. ſunt in concil. parte 28. cap. 12. tit. de pactionibus licitis, & illicitis in rebus eccleſiaſticis. *kk* *Et aliis*, concil. *ll* Sic etiam Raim. *quod* pro *ut*, concil.

*mm* Sic in concil. & in veteri Gregor. *ſe ſuſtineant*, Cont. & alii.

*nn* Sic etiam in concil. & in vet. Gregor. *qui beneficia quiete poſſident*, Contius, & alii.

UNED

tranſactionis ſolvunt aliis (*a*) de ipſis beneficiis (*b*) annuam penſionem, ut poſt mortem eorum in beneficiis illis, ſuper quibus eſt inter eoſdem clericos (*c*) colluſio facta, jus ſibi valeant vindicare. Unde quid tibi (*d*) exinde faciendum ſit, nos conſulere (*e*) voluiſti, f. t. per A. s. pr. m. qua. (*f*) ſi quos clericorum (*g*) tuæ juriſdictionis per colluſionem hujuſmodi fraudem (*h*) legitime tibi conſtiterit commiſiſſe, eos beneficiis (*i*), ſuper quibus colluſum fuerit (*k*), non differas ap. re. (*l*) perpetuo [*m*] ſpoliare, quia ſatis eſſet indignum, & abſonum (*n*), ſi fraus, & dolus, quem (*o*) in præjudicium tui juris (*p*), & aliorum nituntur committere, in eorum non redundaret (*q*) incommodum, & jacturam.

## TITULUS XIX.
## DE SAGITTARIIS.
### CAPUT I.

*Innocentius II.* (*r*)

De ſagittar. cap. 1.

ARtem illam (*s*) mortiferam, & odibilem (*t*) balliſtariorum, & ſagittariorum adverſus Chriſtianos, & catholicos (*u*) exerceri (*x*) de cetero ſub anathemate prohibemus.

## TITULUS XX.
## DE DELICTO PUERORUM [*y*].
### CAPUT I.

*Auguſtinus* (*z*).

De delict. puer. c. 1.

PUeris grandiuſculis peccatum nolunt attribuere quidam, niſi ab annis XIV. (*aa*) cum pubeſcere cœperint (*bb*), quod merito crederemus, ſi nulla eſſent peccata, niſi quæ membris genitalibus admittuntur: quis vero audeat affirmare (*cc*) furta, mendacia, perjuria [*dd*] non eſſe peccata? at his plena eſt puerilis ætas, quamvis non in eis ita (*ee*), ut in majoribus punienda [*ff*] videantur.

### CAPUT II.

*Alexander III. Hermonien. Epiſcopo* (*gg*).

cap. 2. eod.

DEferente nobis Aide (*hh*) præſentium latore (*ii*) ad audientiam Apoſtolicæ ſedis pervenit, quod cum filius (*kk*) ejus, qui decennis erat (*ll*), cum aliis pueris ſagittaret [*mm*], quidam nepos ejuſdem Aide [*nn*] ſagitta percuſſus interiit, quod idem filius ejus cum inter alios luderet, fortuito caſu dicitur peregiſſe, licet id habeatur incertum [*oo*]. Quia vero dilectus filius noſter [*pp*] Abbas S. Remigii (*qq*) a præfato Aide ſecundum conſuetudinem illius terræ c. ſolidos inſtantius requirebat [*rr*], ad noſtram (*ſſ*) audientiam appellavit. Unde quoniam in pueris relinqui ſolet inultum, quod univerſis (*tt*) provectioris ætatis humanæ leges dicunt ſeverius corrigendum (*uu*), f. t. per A. s. pr. (*xx*) m. qua. rem ipſam (*yy*) diligentius inquiras (*zz*), & ſi tibi [*aaa*] conſtiterit, filium prædicti [*bbb*] Aide infra XIV. [*ccc*] ætatis ſuæ annum exiſtere, cum eundem (*ddd*) exceſſum, ut dicitur, commiſiſſet, commemoratum (*eee*) Abbatem moneas, & (*fff*) auctoritate noſtra ap. re. (*ggg*) compellas, ut ab eodem Aide prædictos c. ſolidos

*a* Sic in concil. & Raim. *alii*, Barcin. *ſolverint aliis*, vetus Tarrac.
*b* Hæc in veteri ſolo Tarrac. deſiderantur. *c Eos* pro *eoſdem*, unus Tarr. & concil. omnia omittunt Raim. & Cont. *d Num, quid tibi*, vetus Tarrac. non recte: ſuſpicor, *Verum* pro *Num*, ſcribendum. *Unde quia quid* &c. concil. non male. *Unde tibi*, Raim. & Cont. multis omiſſis.
*e* Vox *nos* in vet. Tarrac. ſolo non eſt. *f Mandando, atque præcipimus, qua.* vetus Tarrac. *fraternitati tuæ &c. quatenus*, concil. *Mandamus, quatenus*, Raim. & Contius aliis omiſſis.
*g* Sic etiam concil. *clericos*, Raimund. *h* Sic etiam Raim. *hujus fraudis*, concil. non optime.
*i Eos a beneficiis*, Barcin. ſolus, & ſine rivali. *k* Sic Raimund. *colluſi fuerint*, concil.
*l Appellatione ceſſante*, concil. omnia omittunt Raim. & Cont. *m* Hæc vox in ſolo vet. Tarr. non eſt.
*n Abſurdum, & indignum*, concil. *indignum*, Raimund. & Cont. aliis omiſſis.
*o* Sic in concil. *quam*, unus Tarrac. non optime: *quæ*, Raim. *p* Sic etiam Raim. *tuæ juriſdictionis*, conc.
*q* Sic in concil. vox *non* in uno Tarrac. aliquando deſiderabatur: *non redundarent*, Raim.
*r III.* Raimund. & Cont. non recte: adde *in concilio Lateran. cap.* 29. ex libro Romano, & Veronenſi..
*s Artem autem illam*, Barcinon. ſolus. *t* Sic Raimundus. *Deo odibilem*, Veron.
*u* Vox *&* in Veron. ſolo non eſt: quod ferri poteſt. *x Exercere*, Barcin. & unus Tarracon. & olim Veron. *exerceri*, Raim. *y Deliciis* pro *delicto*, Barcin. non recte: ſed ſcribere is ſcriptor voluit *delictis*, quod eſt in editis Gregor. Ut editum eſt, vetus Raim. liber. *z Eugenius*, Barcin. & unus Tarrac. *Gregorius*, vetus Raim. liber. *Gregor. IX.* Cont. & alii non recte. Hujus capitis ſontes nondum inveni.
*aa Articulo*, addit Barcin. ſolus. *bb Pubeſcere cœperunt*, vetus Gregor. olim: vox *cum*, in eodem libro deſideratur. *cc Confirmare*, vetus Tarracon. ſolus. *dd Et perjuria*, Raimund.
*ee In eis non ita*, duo Tarrac. & Raim. *ff Pudenda*, vetus Tarrac. *penſanda*, vetus Gregor. ut editum eſt, Cont. & alii. *gg Hermonienſi*, unus Tarracon. *Hermon.* alter Tarracon. *Verin.* vetus Gregor. *Hermon.* Cont. & alii. *hh Referente nobis Haide*, Barcin. & duo Tarrac. *Referente nobis H.* tertius Tarrac. & Raim.
*ii* Pro his uſque ad illa, *quod cum*, Raim. & Cont. habent, *intelleximus. Latore præſentium*, &c. tres Tarr.
*kk* Sic etiam vetus Gregor. *cum N. filius*, Cont. & alii. *ll Decennis*, vetus Gregor. aliis omiſſis: *ejus decennis*, Cont. & alii. *mm* Sic etiam Raim. & Cont. *fatigaret*, vetus Tarrac. non optime: *illum*, addunt Barcin. & unus olim Tarr. quod nondum probavi. *nn Haide*, Barc. & duo Tarr. *H.* tertius Tarr. vetuſtior, & Raim. ſic poſtea varietas eadem cenſeatur repetita. *oo* Hæc omittunt Raimund. & Cont.
*pp Propter quod*, Raimund. & Contius. *qq Sancti* pro *S.* duo Tarrac. & Raim. apertius.
*rr* Sic etiam Raim. *inquirebat*, Barcin. quod non æque placet. *ſſ* Recte Cont. addit, quæ Raim. omiſerat.
*tt Quod in univerſis hominibus*, unus Tarrac. in quo prius fuerat, ut editum eſt: *quod in aliis*, Raim.
*uu* Sic etiam Raim. *corrigere*, unus Tarrac. *erigendum*, alter, quæ non præfero editis.
*xx* Vox *pr.* in vetus Tarracon. non eſt: omnia ſunt a Raimund. & Cont. prætermiſſa.
*yy* Omittunt quædam Raimund. & Contius. *zz Inquiratis*, vetus Tarracon.
*aaa* Vox *tibi* in Gregor. non eſt. *bbb Quod filius prædicti*, unus olim Tarracon.
*ccc Fuiſſe*, addit Barcin. ſolus ante hæc verba, quod ſi recipimus, deleamus oportet vocem *exiſtere*.
*ddd* Vox *eundem* in uno Tarracon. aliquando non erat; *eundem exceſſum commiſiſſe*, Raim. & Cont.
*eee Memoratum*, unus Tarrac. & Raim. *fff* Hæc in uno Tarr. ſolo deſiderabantur.
*ggg* Hæc omittunt Raimund. & Contius.

lidos propter ullam (a) conſuetudinem non exigat, nec ab ipſo pro temporali pœna requirat. Quod ſi prænominatus [b] Abbas eum ſuper (c) hoc poſt commonitionem tuam duxerit impetendum, tu Aide (d), & filium ſuum ab ejus impetitione ſub. ap. re. (e) auctoritate noſtra fretus abſolvas.

## TITULUS XXI.
## DE CLERICO PERCUSSORE.
### CAPUT I.
*Ex concilio Agath.* (f)

De cleric. perc. c. 1. SI quis (g) in aliquo eccleſiaſtico gradu ſacratus (h) percuſſor extiterit, corripiatur a crimine, ſi non (i) emendaverit, deponatur.

### CAPUT II.
*Gregorius Andreæ Tarentino* (k).

c. 2. eod. PRæterea, quoniam (l) mulierem de matriculis (m) contra ordinem ſacerdotii (n) cædi crudeliter fuſtibus deputaſti, quam licet octo menſes exinde (o) minime arbitror fuiſſe defunctam (p), tamen quod ordinis tui (q) noluiſti habere reſpectum [r], propterea de duobus menſibus (s) ab adminiſtratione ſtatuimus abſtinere [t].

### CAPUT III.
*Alexander III. Lucenſi Epiſcopo* [u].

PRæſentium lator in quodam conflictu aſſerit ſe fuiſſe, pro parte tamen illorum, cap. 5. qui violentiam repellebant, in quo lapides ipſe projecit, ſed aliquem non percuſſit, quem nos, quia per alios illic aliqui dicuntur occiſi, a celebratione miſſarum (x) præcipimus abſtinere. Mandamus itaque vobis (y), ut ſi res ita ſe habuerit, & alia (z) tamen non impedierint [aa], decurſo hujuſmodi (bb) temporis ſpatio ad ſui eum executionem officii admittatis (cc).

## TITULUS XXII.
## DE CLERICO VENATORE.
### CAPUT I.
*Ex concilio Aurelian.* (dd)

EPiſcopum, presbyterum, aut diaconem (ee), De cleric. ven. c. 1. canes ad venandum, aut accipitres, aut hujuſ-



a Sic etiam vetus Gregor. *illam* pro *ullam*, Cont. & alii. b Hæc omittunt Raim. & Cont.
c Vox *eum*, in uno Tarrac. non eſt. d *Tu Haide*, Barcin. *tu Haidem*, unus Tarrac. *tu Ha.* alter Tarr.
e Vox *ſub*, in uno Tarrac. non eſt. f *Agathenſi*, unus Tarrac. *Agathen.* Raim. & Cont.
g *Autem*, addit Barcin. tantum. h *Gradu ſacro*, Raim. *eccleſiaſtico ſacratus*, Cont. in marg.
i *Et ſi non*, Raim. k *Epiſcopo*, addit Barcin. optime. *Epiſcopo Tarentino*, eſt lib. 2. epiſt. 44. cap. 83. indict. 11. regiſtri. Vox *Andreæ*, a Raim. & Cont. eſt omiſſa: & pro *Tarentino*, *Carentin.* eſt in veteri Raim. libro. *Carentinen.* Cont. & alii mendoſe: *ex regiſtro Gregorii Papæ ad Andream Epiſcopum Tarentinum cap.* 179. Burch. lib. 1. cap. 195. & Ivo parte 5. cap. 310. decreti, qui omittit illas voces, *cap.* 179. & in marg. habet *cap.* 83. *lib.* 2. *regiſtr.* in veteri Burch. eſt *cap.* 176. l Ante hæc verba addi potuit, *Pars cap.* TRIBUNAL. Integra clauſula exſtat in regiſtro, & apud Burch. & Ivon. in hunc modum: *Tribunal judicis æterni ſecurus aſpiciet, quiſquis reatus ſui conſcius digna eum modo pœnitentia placere contendit. Habuiſſe te* &c. ut apud Grat. diſt. 33. c. ult. qui recte habet, *Gregor. Andreæ Tarentino Epiſcopo*, *epiſt.* 44. *lib.* 2. *ſive cap.* 83. vox *modo* ab Ivone tantum eſt omiſſa. m Sic etiam Burch. & Ivo; *de meretriculis*, vetus Tarrac. in quo prius, ut editum eſt, fuerat; *propter delictum ſuum*, Raim. & Cont. nihil eſſe mutandum, apparet ex epiſt. 45. in qua de eadem muliere ſic ait: *Matriculam vero, quam fecit fuſtibus caſtigari.*
n *Contra ſacerdotii ordines*, unus Tarr. ſolus. o Ante vocem *octo* ſcribendum eſt, *poſt*, ut eſt in quattuor Tarracon. & in regiſtr. & apud Burch. & Ivonem; *quam licet exinde, cum poſt octo menſes deceſſerit*, Raim. & Cont. *quamvis exinde poſt octo menſes*, d. epiſt. 45. pro *licet*, eſt in uno Tarrac. *quamquam*, non recte, ſed fuerat *licet* olim: in altero ea vox deſideratur. p *Arbitremur* pro *arbitror*, Burch. editus, & Ivo, & vet. Raim. liber; *arbitramur*, Cont. & alii, & vetus Burch. *minime arbitramur defunctam fuiſſe*, vetus regiſtri liber; *fuiſſe definitam*, editus liber mendoſe; *obiiſſe non credimus*, d. epiſt. 45.
q *Quia* pro *quod*, duo Tarracon. & regiſtr. & Burch. & Ivo: *tamen quia ad ordinem tuum*, Raimund. *quia tamen eam contra propoſiti ſui ordinem hujuſmodi fecit affligi*, d. epiſt. 45. in edito regiſtro: *tamen quia*, eſt in veteri. r *Habere noluiſti reſpectum*, vetus regiſtri liber, & Burch. & Ivo: *voluiſti* pro *noluiſti*, vetus Tarr. & editus regiſtri liber non recte. s *Te* pro *de*, ſcribi oportet: *duobus te menſibus*, Barcin. & duo Tarrac. & regiſtr. & Burch. & Ivo: hoc idem habet Raim. ſed omittit ſolus vocem *propterea. Duobus hunc menſibus*, d. epiſt. 45. t *Miſſarum*, addunt poſt vocem *adminiſtratione*, Barcin. & tres Tarrac. & vetus regiſtri liber, & Burch. & Ivo, & Raim. ſed in Barc. vox *ab* non eſt: pro ea *in* eſt in edito regiſtr. *a divinis, & miniſtratione miſſarum* &c. vetus Tarrac. in quo prius fuerat, ut in regiſtro. *A miſſarum ſollemnitate ſuſpende*, d. epiſt. 45. Poſt hæc verba eſt in regiſtro: *in quibus ab officio tuo ſuſpenſum flere te convenit, quod feciſti. Nam valde dignum eſt, ut poſtquam te ad vitæ iſtius tranquillam rectitudinem laudabilium ſacerdotum exempla non provocant; ſaltem correptionis medicina compellat. Suſpenſus* pro *ſuſpenſum*, eſt in veteri libro regiſtri: *correctionis* pro *correptionis*, habet Burch. *ab officio te*, pro *ab officio tuo*, Ivo, qui poſtea omittit eam vocem *te*, idem habet *correctionis* pro *correptionis*. Pro his verbis eſt in d. epiſt. 45. *ut vel hæc eum verecundia, qualem ſe de cetero poſſit exhibere, inſtituat.* u Ante hoc caput eſt in veteri Tarrac. hic titulus: *De illis, qui morti hominum interfuerunt*, erit autem in eo libro *tit.* 22. licet numeri titulorum, & capitum nulli ſint in his collectionibus. Poſt vocem *Epiſcopo* additur, *& ejus capitulo*, in concil. parte 26. cap. 11. & in Barcinon. *& ejus ſuffr.* additur in uno Tarrac. non recte: ut editum eſt, Raimund. & Cont. x Sic in concil. *duobus menſibus*, addit Barcin. *per biennium*, Raimund. Aliquod tempus exprimi debuit ex infra ſcribendis.
y Vox hæc *vobis* in concil. eſt, non eſt in Gregor. z Sic etiam in concil. *habuit* pro *habuerit*, vetus Tarracon. *habeat*, alter Tarracon. *ut ſi alia*, Raimund. & Cont. aliis omiſſis.
aa Vox *tamen* non eſt in Gregor. *cauſa non impedit*, concil. bb Sic in Gregor. *hujus*, tres Tarracon. & concil. cc Sic etiam concil. vox *eum*, in uno Tarrac. non eſt: *ad ſui eum officii executionem admittas*, vetus Gregor. *ad ſuam officii executionem eum admittas*, Contius, & alii.
dd *Cap.* 8. addit Ivo lib. 3. tit. 15. cap. 1. Panormiæ. *Aurel. IV.* habet Grat. ſive Palea diſt. 34. cap. 2. ſed in veteri libro eſt *Aurelian. cap.* 6. in aliis duobus *Aurelianenſi*, tantum in alio *cap.* 3. *Meldenſi cap.* 8. Burch. lib. 2. *cap.* 213. in edito, 216. in veteri, & Ivo parte 6. cap. 288. decreti. *Agathenſi cap.* 55. concil. & Ivo parte 5. cap. 366. & parte 13. cap. 30. *Epaunen. cap.* 3. concil. *Aurban.* vetus Gregor. mendoſe: ut editum eſt, Cont. & alii. ee Sic Burch. *aut diaconum*, Ivo d. cap. 288. & Palea, & Raim. *diaconum*, Panorm. voce *aut*, omiſſa. *Epiſcopis, presbyteris, diaconibus*, concil. Agath. & Ivo d. cap. 366. & d. cap. 30. & vetus epit. canonum: *atque diaconibus*, conc. Epaun. *diaconem*, vet. Grat. libri; ut editum eſt, alius vetus.

hujuſmodi res habere non licet (*a*), quod ſi quis (*b*) talium perſonarum in hac voluptate ſæpius detectus fuerit [*c*], ſi Epiſcopus eſt (*d*) tribus menſibus a communione ſuſpendatur (*e*), ſi presbyter, duobus, diaconus vero (*f*) ab omni officio ſuſpendatur [*g*].

## CAPUT II.

*Idem (h).*

cap. 2. e. OMnibus ſervis Dei (*i*), ut venationes, & ſilvaticas vagationes (*k*) cum canibus (*l*), aut accipitres (*m*), aut falcones [*n*] non habeant, interdicimus [*o*].

## TITULUS XXIII.
## DE CLERICO EXCOMMUNICATO, VEL DEPOSITO MINISTRANTE *p*).

## CAPUT I.

*Ex canone Apoſtolorum (q).*

SI quis Epiſcopus, aut presbyter, aut diaconus depoſitus juſte ſuper certis criminibus [*r*] auſus fuerit attrectare miniſterium dudum ſibi commiſſum (*s*), hic ab eccleſia abſcidatur [*t*]. De cler. exc. c. 1.

CA-

*a* Sic etiam Burch. & Ivo in Panorm. & d. c. 288. & Palea; *canes, aut accipitres, aut hujuſmodi ad venandum habere non licet*, Raim. *liceat* pro *licet*, concil. Agath. cetera, ut edita ſunt, exceptis illis: *aut hujuſmodi res*, item Ivo d. cap. 366. & d. cap. 30. *canes ad venandum & accipitres ad aucupandum, habere non liceat*, Epaun. *nullatenus liceat*, epit. cetera, ut Agath. *b Quia* pro *quod*, Panorm. tantum.

*c Voluntate* pro *voluptate*, Burch. & Ivo d. cap. 288. & veteres duo Grat. libri: *detectus ſæpius*, Panorm. *detentus* pro *detectus*, Palea: *in hac voluntate ſæpius detenctus fuerit*, Barcinon. & vetus Gregor. *voluptate*, Cont. & alii: *voluntate*, Agath. & epitome, voce *ſæpius*, omiſſa, cetera, ut edita ſunt: item Ivo d. cap. 30. qui in marg. habet *voluptate. In hac fuerit voluntate detectus*, Epaun. *in hac voluntate repertus fuerit*, Ivo d. cap. 366. & in marg. *voluptate, & detectus*, alias *detentus*. In uno Tarrac. deſiderantur hæc *in hac voluptate.*

*d* Vox *eſt*, deſideratur in epit. & apud Ivonem d. cap. 30. & in uno edito Grat. libro.

*e* Sic Ivo d. cap. 288. & Palea, & Raim. ſed hic verbum *ſuſpendatur* poſuit in fine totius capitis: *privetur* pro *ſuſpendatur*, habet Panorm. *tribus menſibus ſe a communione ſuſpendat*, Epaun. & Burch. & Ivo d. cap. 366. *abſtineat*, idem d. cap. 30. & in marg. *ſuſpendat*, cetera, ut Epaun. *tribus menſibus ſe ſuſpendat a communione*, Agathen. *tribus menſibus ſe abſtineat*, epit. *f Presbyter duobus, diaconus uno*, Burch. editus aptius: *presbyter duobus menſibus, diaconus uno*, Ivo in Panorm. ea d. cap. 288. & Burch. vetus liber: *diaconus vero*, Palea, & epit. ceteris omiſſis non recte. *Si presbyter duobus, ſi diaconus*, Raim. *presbyter duobus menſibus ſe abſtineat, diaconus vero*, Agath. & Ivo d. cap. 366. *uno* pro *vero*, idem d. cap. 30. cetera ut Agath. quod placet; *duobus presbyter abſtineatur, uno diaconus*, Epaun. veteris editionis; *abſtineat*, aliæ editiones concil. Omnia deſiderantur, & quæ ſequuntur, in veteri Grat. libro: in alio addita ſunt duobus modis; altero *diaconus vero*, altero: *ſi presbyter duobus, ſi diaconus.* *g* Sic Raim. *ab omni officio, & communione ſuſpendantur*, Burch. *ſuſpendatur*, Palea, cetera, ut Burch. item Ivo d. cap. 288. *ceſſabit*, Epaun. pro *ſuſpendantur*, cetera etiam ut Burch. item Ivo d. c. 366. *ab omni officio, vel communione ceſſabit*, Agath. & epitom. *vel communione ceſſet*, Ivo d. cap. 30. *ab omni officio, & a communione ſuſpendatur*, Panorm. *h Item*, unus Tarr. & Palea cap. 3. diſt. 34. omittitur in Barcin. *ex eodem*, Raim. & Cont. *ex concil. Aurelianen. cap.* 3. Burch. lib. 2. cap. 214. in edito, 217. in veteri: *cap. 9. ejuſdem Aurelian.* Ivo parte 6. cap. 289. *Bonifacius Guiberto Epiſcopo*, idem Ivo parte 13. cap. 29. In concil. Hujus cap. verba invenies in concilio Francico ſub Zacharia Papa, eſſe etiam accepi in capitularibus Caroli Imp. libro 5. cap. 2. *i* Sic Burch. & Ivo d. cap. 289. *Domini* pro *Dei*, Palea: ſed *Dei*, eſt in 4. veteribus Grat. libris. *Servi Dei*, Ivo d. cap. 29. Omnia ſunt omiſſa in concil. in uno Tarrac. *Item omnibus ſervis Dei*, inſcriptionis verba ſunt. *k* Sic etiam Ivo cap. 29. vox *ut*, omittitur a Burch. & Ivone d. cap. 289. & Palea, & in veteri Gregor. & in tribus Tarrac. *Nec non & illas venationes, & ſilvaticas vagationes*, concil. *fatigationes*, Cont. & alii; *vagationes*, in marg. *vacationes*, eſt in duobus vet. Grat. libris: *ſilvaticas venationes*, in altero, aliis omiſſis. *l* Hæc in veteri Tarracon. ſolo non ſunt: additur autem in concil. *omnibus ſervis Dei interdiximus*: ſic in duabus editionibus: *interdicimus*, Surius.

*m Et ut accipitres*, duo Tarrac. & Burch. & Ivo utrubique, & Palea: *& accipitres*, Raim. & vetus Grat. liber. *Similiter accipitres*, concil. duar. edit. *ut* pro *aut*, vetus olim Tarrac. omittuntur hæc in Barcin. *Similiter ut accipitres*, Surius. *n* Sic Palea & Raimund. *&* pro *aut*, ceteri.

*o* Sic Burch. & Ivo d. cap. 289. vox *interdicimus*, omittitur in concil. *prohibemus*, habet Ivo d. cap. 29. vox *non*, a Palea eſt omiſſa: ſed in 4. veteribus Grat. libris eſt: pro ea *ut* eſt in Barcin.

*p* Sic vetus Gregor. *aut* pro *vel*, unus Tarrac. & alter: *celebrante* pro *miniſtrante*, Barcin. *De clerico excommunicato, depoſito, vel interdicto miniſtrante*, alter vetus Gregor. & Cont. & alii editi.

*q* Sic etiam Raimund. & Cont. *concilio* pro *canone*, Barcin. utrumque habet Rabanus in libro pœnitentium cap. 1. qui cum ſcripſiſſet, *in Apoſtolorum canone ita legitur*: EPISCOPUS AUT PRESBYTER &c. ut diſt. 81. cap. 12. addit, *Item in eodem concilio cap.* 28. In corpore canonum eſt hoc caput 29. canonum Apoſtolorum, & in concil. Tilio autem eſt cap. 28. & in Romano veteri canonum libro: at Haloandro eſt cap. 27. Ariſteno 28. & Zonaræ, & Balſamoni. Apud Clementem lib. 8. conſtitutionum Apoſtolicarum, qui fons eſt horum canonum, eſt cap. 21. *r* Sic Raban. & corpus canon. & concil. ſunt autem verba Dionyſii Exigui veteris canonum interpretis, ex veteri codice: vox *aut*, prior in duobus veteribus Gregor. non eſt; & pro voce *ſuper*, habent vocem *pro*; vox *juſte*, in altero deſideratur. *Si quis Epiſcopus, presbyter, vel diaconus*, &c. ut edita ſunt, Contius, & alii. Εἴ τις ἐπίσκοπος ἢ πρεσβύτερος ἢ διάκονος καθαιρεθεὶς δικαίως ἐπὶ ἐγκλήμασι φανεροῖς, Clemens, & Tilius, & Hal. καθερεισθεὶς, concil. non optime: in Grecis verbis certa crimina ſunt *aperta, & manifeſta.* Ὁ καθαιρεθεὶς εὐλογώτατα, Alexius Ariſten. in epitome: *Depoſitus*, inquit, *juſte.* Ὁ μετὰ τὴν εὐλόγως ἐπὶ φανεροῖς ἐγκλήμασι γενομένην. Idem in interpretat. *Qui poſt depoſitionem*, inquit, *recte factam ob crimina non dubia.* Οὗτοι μετὰ δικαίαν καθαίρεσιν ἁμαρτάνοντες. Joann. Zonaras: hoc eſt: *Hi qui poſt juſtam depoſitionem peccant.* Ὁ καθαιρεθεὶς κατὰ νόμους διὰ προφανὲς ἔγκλημα, καὶ διὰ τοῦτο μηδὲ ἐκκλήτου βοήθειαν ἔχων. Theodor. Balſamon: *Qui legitime*, inquit, *depoſitus eſt ob crimen manifeſtum & ideo ne appellationis quidem auxilium habens.* *s* Sic in concil. & in corp. can. & apud Raban. & Raim. *nondum* pro *dudum* eſt in veteri Tarr. non recte: vox *ſibi*, in altero Tarr. aliquando deſiderabatur. Τολμήσειεν ἐφάψασθαι τῆς ποτὲ ἐγχειρισθείσης αὐτῷ λειτουργίας. Clemens, ἅψασθαι, Tilius, & concil. & Hal. εἶτα τῶν θείων ἅπτεται πάλιν. Ariſten. in epit. *poſtea*, inquit, *divina rurſus attingit.* Τῆς θείας λειτουργίας πάλιν ἁψάμενος. Idem in interpret. *divina myſteria rurſus attingit*, καὶ τῆς οἰκείας τιμῆς τῆς λειτουργίας φημὶ, αὐτεχόμενοι. Zonar. *& ſuum*, inquit, *honorem, miniſteriorum inquam, retinentes.* εἰ τολμήσειε τῆς προτέρας ἅψασθαι λειτουργίας. Balſam. *ſi audeat*, inquit, *prius miniſterium attingere.* *t* Sic vetus

Gre-

### CAPUT II.
*Ex concilio Antiocheno (a).*

c. 2. eod. SI quis presbyter (*b*) ab Epiſcopo ſuo [*c*] fuerit degradatus, aut officio (*d*) pro certis criminibus ſuſpenſus, & ipſe per contemptum, & ſuperbiam (*e*) aliquid de miniſterio ſibi interdicto (*f*) agere præſumpſerit [*g*], & poſtea ab Epiſcopo (*h*) correptus in cœpta (*i*) perduraverit præſumptione, hic omnimodis excommunicetur [*k*], & ab eccleſia expellatur (*l*), & quicumque cum eo communicaverit (*m*), ſimiliter ſe ſciat excommunicatum [*n*]: ſimiliter de clericis (*o*), laicis, vel fœminis excommunicatis obſervandum eſt. Quod ſi aliquis [*p*] iſta omnia contempſerit, & Epiſcopus emendare non potuerit (*q*), Regis judicio (*r*) exilio damnetur (*s*).

### CAPUT III.
*Alexander III. Turonen. Epiſcopo (t), pars c. Relatum (u).*

cap. 3. eod. CLerici autem, ſi qui a ſuis, aut etiam (*x*) de mandato Romani Pontificis ab alienis Epiſcopis interdicti, vel excommunicati [*y*], ante abſolutionem divina officia celebraverint, niſi ad admonitionem veſtram [*z*] ſine dilatione redierint, perpetuæ (*aa*) depoſitionis ſententiam pro auſu tantæ temeritatis incurrant.

### CAPUT IV.
*Idem Toletano Archiepiſcopo.*

LAtores præſentium cum tuis litteris [*bb*] ad noſtram accedentes præſentiam ſuum nobis exceſſum plenius intimarunt (*cc*), s. quod (*dd*) tam ipſi, quam alii multi [*ee*], poſtquam interdicti, & excommunicati fuerint [*ff*], divina præſumpſerint (*gg*) officia celebrare. Quoniam vero (*hh*) cum eis magnam multitudinem (*ii*) in hoc peccaſſe dicebant, nec nobis quis eorum magis, vel minus (*kk*) deliquerint [*ll*], innoteſcere potuit (*mm*); negotium (*nn*) diſcretionis tuæ arbitrio duximus remittendum; ſ. t. per A. s. (*oo*) m. qua. (*pp*) rei veritate (*qq*) diligentius inquiſita, ſi xl. ſolummodo, vel pauciores in his (*rr*) deliquiſſe conſtiterit, omnes c. 4. eod.



Gregor. *abſcindatur*, alter vetus, & Contius, & alii aptius: *penitus abſcindatur*, concil. & corpus can. & Raban. *omnimodis abſcidatur*, Roman. οὗτος παντάπασιν ἐκκοπτέσθω τῆς ἐκκλησίας, Clemens, & Tilius: vox οὗτος deſideratur in concil. & apud Hal. ἐκκηρυκτότατος. Ariſten. in epit. hoc eſt, *longiſſime eiiciendus.* Τῆς ἐκκλησίας οὗτος ὡς σεσηπὸς μέλος, ἐκκόπτεται τέλεον. Idem in interpret. *hic ab eccleſia*, inquit, *ut tabeſcens membrum, abſciuditur omnino.* Εἰκότως τῆς ἐκκλησίας ἐκβάλλονται, διὰ τὴν ἄκραν ἀναίδειαν, καὶ ὅτι οὐδὲ κολασθῆναι κανονικῶς δύνανται ἄλλως, ἤδη γὰρ προκαθῄρηνται λοιπὸν καὶ τῆς ἐκκλησίας ἐκκόπτονται. Zonaras: *Jure*, inquit, *ab eccleſia eiiciuntur tum ob ſummam impudentiam, tum quod nunquam redintegrari canonice poſſunt: prius enim fuerunt depoſiti, mox ab eccleſia abſcinduntur.* καὶ τῆς ἐκκλησίας ἐκκόπτεται ὡς αὐθαδέστατος. Balſamon: *& ab eccleſia*, inquit, *abſcinditur, ut impudentiſſimus.* His adiicit, ut ſi haberet auxilium appellationis, dum de re prius judicata dubitatur, non eiicitur a miniſterio. Adfert autem ex jure civili cap. 1. tit. 1. lib. 3. Baſilicorum, & ex concilio Antiocheno cap. 4. 12. & 15. refert item verba conſtit. 14. de Epiſcopis, & clericis.

*a* Sic eſt in editis Raim. libris, & in uno veteri. *Anchic.* in altero non recte. Videtur ſcribendum, *ex concilio apud Palatium Vernis cap. 9.* ex concil. vol. 3. quamvis aliquid pertinere videatur ad cap. 4. concilii Antiocheni. *b* Sic in concil. *aut alius clericus*, addit Raim. *c* Hæc omittunt Raim. & Cont. ſunt in concil.

*d Aut ab officio* &c. unus Tarracon. & Raim. ſed vox *ab* olim in eodem Tarr. non fuerat, omnia in concil. deſiderantur. In uno veteri Gregor. eſt: *degradatus ab officio pro certis criminibus vel ſuſpenſus.*

*e* Sic etiam Raim. *poſtea*, concil. *f* Sic etiam Raim. *de miniſterio*, Barcin. aliis omiſſis; *de ſuo officio, ſine commeatu*, concil. *g* Sic Raim. *facere* pro *agere*, concil. *h Suo*, addunt concil. & Raim. & tres Tarr.

*i* Sic vetus Raim. liber; *in incepta*, Barcin. & multi Greg. & tres Tarr. licet in duobus ex eis olim, ut editum eſt; *& excommunicatus fuerit*, concil. in quibus multa ſunt omiſſa.

*k* Sic etiam duo veteres Gregor. *modis omnibus excommunicetur*, Cont. & alii omiſſa voce *hic*.

*l* Hæc omittunt Raim. & Cont. *m* Sic etiam Raim. *communicaverint*, unus Tarrac. *qui cum ipſo communicaverit ſcienter*, concil. *n* Sic etiam vetus Gregor. *eſſe excommunicatum*, duo Tarracon. & alter vetus Gregor. & Cont. & alii; *ſciant eſſe excommunicatos*, tertius Tarrac. *ſciat ſe eſſe excommunicatum*, concil. omiſſa voce *ſimiliter*. *o* Sic etiam Gregor. IX. *Similiter quicumque clericus, aut laicus, vel fœmina inceſtum commiſerit, & ab Epiſcopo ſuo correptus, ſi ſe emendare noluerit, & ab Epiſcopo ſuo excommunicatus fuerit: ſi quis cum ipſo communicaverit ſcienter, ſciat ſe eſſe excommunicatum. Et ut ſciatis, qualis ſit modus iſtius excommunicationis: In eccleſiam non debet intrare* &c. concil. plenius. *p* Sic etiam Raim. hæc clauſula olim in veteri Tarrac. non erat. Ante hæc verba eſt in conciliis: *Quod ſi aliquis reclamaverit, quod injuſte ſit excommunicatus; licentiam habet ad Metropolitanum Epiſcopum venire, & ibidem ſecundum canonicam inſtitutionem dijudicetur, interim ſuam excommunicationem cuſtodiat. Quod ſi aliquis* &c. *q Poterit*, unus Tarracon. *minime* pro *non*, concil. *minime emendare potuerit*, alter Tarracon. & Raim. *r* Sic in concil. *ad requiſitionem eccleſiæ*, addunt Raim. & Cont.

*s* Sic Raim. *condemnetur*, concil. *t Lincolenſi*, Barcin. *Lurgon.* vetus Tarrac. *Lundon.* alter Tarrac. *G. Livonenſi Epiſcopo*, concil. parte 26. cap. 9. & 10. titulo de depoſitione clericorum, & de diſpenſatione circa eoſdem facta. *London. Epiſcopo*, Raimund. & Cont. *u* Hæc omittunt concil. & Raimund. & Cont. Integra clauſula quærenda eſt. *x Vel*, Tarrac. vetus ſolus. *y* Hæc in uno tantum Tarracon. non ſunt.

*z Commonitionem* pro *admonitionem*, concil. *noſtram* pro *veſtram*, in marg. concil. *niſi moniti*, Raim. & Cont.

*aa* Sic etiam Raim. *perpetuo*, concil. *bb* Hæc omittunt Raim. & Cont. ſunt in concil. parte 50. cap. 51.

*cc* Sic etiam duo veteres Gregor. *intimaverunt*, concil. *nobis intimarunt*, Raim. & Cont.

*dd Scilicet quod*, concil. *quod*, Raim. altera voce omiſſa. *ee* Sic in concil. vox *multi*, non eſt in vet. Tarrac. *multi alii*, Raimund. *ff* Sic multi Gregor. *fuerant*, concil. *fuerunt*, vetus Raim. liber.

*gg Præſumpſerunt*, concil. & vetus Gregor. ut editum eſt, alter vetus, & Cont. & alii.

*hh* Hæc recte Cont. addit a Raim. neglecta. *ii* Vox *magnam*, in uno Tarrac. non eſt: eſt in concil. & in Contiano. *kk Majus* pro *magis*, vetus Tarracon. ſolus. *ll* Scribo *deliquerit*, ut eſt in tribus Tarrac. & in concil. & apud Contium. *mm* Sic in concil. *potuerit*, concil.

*nn* Sic etiam Cont. *ipſum*, additur in concil. *oo P.* additur in uno Tarrac. *per Apoſtolica ſcripta præcipiendo*, concil. plenius: hæc omittunt Raim. & Cont. *pp Mandamus quatenus*, Raim. *mandantes, quatenus*, conc.

*qq* Hæc etiam omittunt Raim. & Cont. *rr In hoc*, vetus Tarrac. tantum.

omnes in perpetuum ab officio ſacerdotali deponas; ſi vero multitudinem magnam in hoc peccaſſe cognoveris, eos, quos magis cauſam delicti eſſe conſtiterit, perpetua depoſitione condemnes (*a*), & alios, qui non tantum deliquerunt (*b*), ab officio ad tempus ſuſpendas (*c*), & omnibus pœnitentiam, ſecundum diſcretionem tibi a Deo datam, injungas.

## TITULUS XXIV.
## DE NON ORDINATO MINISTRANTE (*d*).
### CAPUT I.
*Hormiſda Papa.*

De cler. non ordin. min. c. 1. SI quis baptizaverit, aut aliquod divinum officium exercuerit non ordinatus, propter temeritatem abiiciatur ab eccleſia [*e*], & nunquam ordinetur.

### CAPUT II.
*Urbanus III. Legionen. Epiſcopo* (*f*).

c. 2. eod. EX litteris tuæ fraternitatis nobis innotuit (*g*), quod I. diaconus (*h*) præſentium lator (*i*) volens ante tempus in presbyterum ordinari, aſſeruit ſe propter ordinationem (*k*) tuam gradum ſacerdotalem adeptum (*l*), & cum non impoſuiſſes ei manum (*m*), miſſarum celebrationem (*n*) uſurpavit (*o*); poſtmodum vero (*p*) domino inſpirante rediit ad ſeipſum, & proprium recognoſcens (*q*) exceſſum, in tanto ſibi periculo conſilium humiliter (*r*) poſtulavit. Quia igitur (*s*) ſuper hoc tua nos duxit fraternitas (*t*) conſulendos, litteris præſentibus reſpondemus [*u*], quod ad ſacerdotis officium non poterit promoveri: a diaconatu (*x*) quoque biennio, aut triennio [*y*] pro tua maneat proviſione [*z*] ſuſpenſus. De beneficio autem miſericorditer agatur (*aa*), ne ſuſtentatione privatus ad ſæculi negotium (*bb*) revertatur: ut autem ſecurius (*cc*) ei poſſis hanc miſericordiam facere, de agenda impoſita (*dd*) pœnitentia diligenter circa eum curam [*ee*] non deſinas exhibere: ſalubrius autem (*ff*) ſibi abſque dubio providebit, ſi ad regularem vitam ſe duxerit transferendum.

## TITULUS XXV.
## DE EO, QUI FURTIVE ORDINEM RECEPIT (*gg*).
### CAPUT I.
*Alexander III. Linconen. Epiſcopo* (*hh*).

LAtor (1) præſentium [*ii*] nobis expoſuit, quia antiqui (*kk*) hoſtis verſutia circunventus (*ll*) furtive (*mm*) diaconatus ordinem ſuſcepit. Unde ita duximus reſpondendum (*nn*), quod ſi forte non fuerit (*oo*) a te, vel ab aliquo Archidiaconorum [*pp*], vel prælatorum tuorum (*qq*) ſub anathematis interminatione prohibitus, tu ipſe in promotione ipſius ad ſacerdotale officium cum condigna (*rr*) ſatisfactione, niſi aliqua [*ſſ*] impediant, impoſita (*tt*), pro tuo arbitrio diſpenſes. Si vero interminatio [*uu*] anathematis ſuper hoc facta eſt, com- De eo, qui ordin. furt. c. 1.

(1) *Veniens lator.*

*a* Sic etiam Raimund. *damnare*, concil. prioris edit. uon recte: ut editum eſt, Surius.
*b* Sic in concil. & in duobus veteribus Gregor. *deliquerint*, vetus Tarrac. & Cont. & alii.
*c* *Suſpendatis*, vetus Tarrac. ſolus. *d* Sic eſt in duobus veteribus Gregor. *clerico*, addit in fine unus Tarracon. eadem vox poſt *De* vocem addit Cont. & alii editi. *e* *De* pro *ab*, Raim. *a clero*, vetus Tarrac.
*f* Sic etiam in concil. d. parte 50. cap. 62. *Lingon. Epiſcopo*, vetus Gregor. ut editum eſt, alter vetus, & Cont. & alii. *g* Sic etiam in concil. vox *nobis*, in duobus veteribus Gregor. non eſt; eſt in editis.
*h* Sic Raim. *I.* deſideratur in conc. *i* Hæc omittunt Raim. & Cont. uſque ad illa, *cum non impoſuiſſes*: in concil. ſunt. *k* *Per*, eſt in tribus Tarraconenſibus, & in concil. pro voce *propter*.
*l* Sic in concil. *eſſe adeptum*, vetus Tarracon. *m* Sic etiam Raim. excepta voce *&*. *Et cum ei manum non impoſuiſſes*, concil. aptius. *n* *Sollemnia*, vetus Gegor. ſolus.
*o* *Uſurpare præſumpſit*, Raimundus: *publice uſurpavit*, concil. & tres Tarracon.
*p* Hæc recte omiſſa prius a Raimundo, addidit Contius; ſunt in concil.
*q* *Cognoſcens*, concil. & Cont. deſiderabatur hæc vox olim in uno Tarraconenſi.
*r* *Conſuli* pro *conſilium*, tres Tarrac. & concil. in quibus tantum vox *humiliter* non eſt.
*s* Vox *igitur*, in veteri Tarracon. ſolo non eſt. *t* *F.* Cont. *paternitas*, concil. prioris edition. ut editum eſt, Surius. *u* Sic etiam in concil. *Conſultationi tuæ reſpondemus*, duo veteres Gregor. *taliter*, addit Cont. & alii poſt vocem *tuæ*. *x* Sic etiam Raim. *a ſubdiaconatu*, concil. prioris edit. ut editum eſt, Surius.
*y* *Vel* pro *aut*, tres Tarrac. & concil. & Cont. *z* Sic Raim. & Surius: *viſione*, concil. prioris editionis non male. *aa* *Cum eo*, addit Barcin. & Raimundus in fine: ante eadem verba addunt concil. & duo Tarrac. poſt vocem *miſericorditer*, tertius Tarrac. *bb* Sic in concil. prioris editionis, & in veteri Raimund. libro: *negotia*, alter habet ex veteribus Gregor. & Contius, & alii, & Surius.
*cc* Sic etiam Raim. & Surius: *ſecretius*, concil. prioris editionis. *dd* Sic etiam in concil. prioris edit. vox *impoſita*, non eſt in Gregor. neque in Suriana concil. editione: *ei*, addit vetus Tarrac.
*ee* Sic multi Gregor. *diligentem* pro *diligenter*, unus ex veteribus Gregor. *circa eum diligentem curam*, concil.
*ff* Vox *autem*, non eſt in duobus Tarrac. habent alii libri. *gg* *Suſcepit*, unus Tarrac. & unus Gregor. *ordines furtive ſuſcepit*, alter vetus Raimund. liber: *ordinem furtive ſuſcepit*, Cont. & alii.
*hh* *Lincon.* vetus Tarrac. *Lingon.* duo Tarrac. & vet. Gregor. *Lingonien.* alter vetus Gregor. ut editum eſt, Raim. & Cont. *Lug.* Barcin. *G. Livonenſi Epiſcopo*, concil. d. parte 26. cap. 9. forte *Livonienſi* ſcribendum.
*ii* *Veniens ad nos P. lator præſentium*, concil. & unus Tarr. in quo illæ voces, *ad nos*, aliquando deſiderabantur; & Barcin. excepta voce, ſive littera *P. Veniens P. lator præſentium*, duo Tarr. & olim tertius Tarr. *Veniens lator præſentium*, quartus olim Tarr. *Veniens ad nos P.* Raim. & Cont. aliis omiſſis.
*kk* Omittunt Raim. & Cont. *Quod* pro *quia*, concil. & duo Tarrac. aptius: *qui*, duo item Tarr. non optime.
*ll* *Hoſtis ſuggerente verſutia*, concil. *mm* *Se furtive diaconatus ordinem ſuſcepiſſe*, Raimundus: ut editum eſt, in concil. *nn* *Tibi* pro *ita*, concil. *Unde reſpondemus*, duo veteres Gregor. *Unde f. t. reſpondemus*, Cont. & alii. *oo* Sic etiam in concil. *ſi non fuit*, Raimund. & Cont. *pp* *Archidiacono*, vetus Gregor. ſolus.
*qq* Vox *tuorum*, in vet. Tarrac. ſolo deſideratur. *rr* Vox *cum*, neque in concil. eſt, neque in Barcin. neque in tribus Tarrac. neque in multis Gregor. *cum digna*, eſt in veteri Raim. libro aptius.
*ſſ* Sic in concil. *niſi alia*, Raim. *tt* Omittitur hæc vox in Barcinon. tantum.
*uu* Mendoſe in concil. prioris edit. eſt *in termino.*

commoneas (*a*) eum, ſicut & nos fecimus (*b*), ut in aliquo monaſterio, ſeu canonica (*c*) habitum ſuſcipiat regularem. Qui juxta admonitionem (*d*), ex quo in habitu illo aliquanto (*e*) tempore fuerit laudabiliter (*f*) converſatus, poteris ei miſericorditer (*g*) providere, alioquin nulla ratione [*h*] concedimus, eum ad ſacerdotale officium promovendum (*i*).

## TITULUS XXVI.

## DE FURTIS.

### CAPUT I.

*In Exodo* (*k*).

De furt. cap. 1. QUI furatur hominem, & vendiderit eum (*l*), convictus noxæ morte moriatur [*m*].

### CAPUT II.

*In Exodo* [*n*].

Non ponitur. SI quis furatus fuerit bovem, aut ovem (*o*), & occiderit, vel vendiderit (*p*), quinque boves pro uno bove reſtauret, & quattuor oves pro una ove (*q*).

### CAPUT III.

*Salomon in eccleſiaſtem* (*r*).

NON grandis eſt culpa, cum quis furatus fuerit (*s*), furatur enim, ut eſurientem impleat animam (*t*), deprehenſuſque reddet ſeptuplum [*u*], & omnem ſubſtantiam domus ſuæ tradet (*x*), & liberabit ſe [*y*]. Qui autem adulter eſt, propter cordis inopiam perdet animam ſuam (*z*). Non ponitur.

### CAPUT IV.

*Ex concilio Triburien.* (*aa*)

FUres, & latrones, ſi in furando, & deprædando occiduntur (*bb*), viſum eſt pro eis c. 2. eod.

*a* Sic in concil. *moneas*, Gregor. IX. *b* Hæc omittunt Raimund. & Cont. ſint licet in concil. excepta voce *&*. *c* Sic vetus Gregor. *ſeu regulari canonica*, vetus Tarr. *ſeu canonicum*, concil. prioris edit. & alter vetus Raim. liber non optime; *ſeu canonia*, Cont. & alii, & Surius in concil. quod reiicio.

*d* *Quod juxta admonitionem tuam*, concil. prioris edit. *cui* pro *quod*, Suriana editio. *Quod ſi juxta admonitionem tuam*, unus Tarr. *Qui ſi* pro *Qui*, alter Tarr. *noſtram*, legebatur olim in tertio Tarr. poſt verbum *admonitionem*, cui Raimund. & Cont. aliis omiſſis. *e* *Aliquo*, vetus Gregor. tantum.

*f* Hac voce c ret vetus Tarrac. ſolus. *g* Sic etiam in concil. prioris edit. vox *ei* non eſt in Greg. neque in Suriana edit. propter vocem *cui* antea ſcriptam. *h* *Nullatenus*, vetus Tarracon. ſolus.

*i* *Ad ſacerdotalem ordinem promovendum*, Barcin. & concil. prioris edit. *promoveri*, Raim. & Surius aptius, cetera ut in Barcin. Poſt hujus capitis verba eſt in Barcin. hic titulus: *De clericis, qui relicto habitu clericali arma ferunt*: eſt autem illic tit. 27. quamvis nullus numerus adſcriptus ſit: ſub eo titulo eſt unicum caput Alex. III. hoc initio: *In audientia noſtra talis fuit* &c. ut c. 14. de ſententia excommun. collect. 2.

*k* Sic etiam duo veteres Gregor. omiſit Cont. & alii quidam editi: adde *cap.* 21. ex ſacris libris, quod in marg. recte Cont. notat. *l* Vox *eum* non eſt in duobus Tarr. neque in Greg. addita eſt a Contio. *Qui furatus fuerit hominem, & vendiderit eum*, Complut. Latina. Ὃς ἐὰν κλέψῃ τινὰ τῶν υἱῶν Ἰσραὴλ, καὶ καταδυναστεύσας αὐτὸν ἀποδῶται. LXX. *Qui furatus fuerit aliquem filiorum Iſrael, & opprimens eum vendet*, Complut. *Qui furatus fuerit animam de filiis Iſrael, & vendiderit eam*, Chald.

*m* Sic Complut. Lat. vocem *noxæ* a Raim. omiſſam, addit Cont. eadem omittitur in Barcin. *morte moriatur*, vetus Tarr. aliis omiſſis. καὶ εὑρεθῇ ἐν αὐτῷ, θανάτῳ τελευτήσει. LXX. *& inventus fuerit in ipſo, morte morietur*, Compl. duriuſcule, *inventaque fuerit in manu ejus, morte moriatur*, Chald. Hujus capitis non magna utilitas eſt, neque ceterorum, quæ ad Judæorum leges ſpectant: ſed Bern. Papienſ. cur ea addiderit, rationem reddidit cap. 1. commodati: at Raim. nullam conſcripſit. *n* *In eodem*, tres Tarracon. aptius; *ex capitularibus cap.* 18. Ivo parte 16. cap. 351. decreti: adde *cap.* 22. ex ſacris libris. *o* Sic etiam Complut. Lat. *Qui* pro *Si quis*, Ivo d. cap. 18. & lib. 5. tit. 2. cap. 34. them. 12. Panorm. *aut ovem*, in Panorm. non ſunt. ἐὰν δέ τις κλέψῃ μόσχον ἢ πρόβατον. LXX. *Si autem aliquis furatus fuerit vitulum, vel ovem*, Complut. *Quando furatus fuerit vir bovem, aut agnum*, Chald. *p* Sic etiam Complut. Lat. hæc Ivo præteriit. καὶ σφάξῃ αὐτὸ ἢ ἀποδῶται. LXX. *& occiderit illam, vel vendiderit*, Complut. *& occiderit eum, aut vendiderit*, Chald.

*q* *Reſtituet* pro *reſtauret*, Complut. Lat. & vetus Tarracon. *reſarcit*, alter Tarrac. *reſarciet*, tertius Tarracon. *reſtituat*, Barcin. & Ivo utrubique, qui ſolus omittit vocem *bove*, & vocem *ove*; πέντε μόσχους ἀποτίσει ἀντὶ τοῦ μόσχου καὶ τέσσαρα πρόβατα ἀντὶ τοῦ προβάτου. LXX. *quinque vitulos ſolvet pro vitulo, & quattuor oves pro ove*, Complut. *ſolvet quinque boves pro bove, & quattuor oves pro agno*, Chald.

*r* Immo *in Proverbiis cap.* 6. *s* Sic etiam Complut. Lat. *culpæ* pro *culpa*, duo Tarracon. Οὐ θαυμαστὸν ἐὰν ἁλῷ τις κλέπτων. LXX. *Non mirum, ſi capiatur aliquis, qui furatur*, Complut.

*t* Sic etiam Compl. Lat. Κλέπτει γὰρ, ἵνα ἐμπλήσῃ ψυχὴν πεινῶσαν. LXX. Quidam ita interpretantur, ut tollant illa verba, *furantur enim.* *u* *Deprehenſus quoque reddet ſeptuplum*, Compl. Lat. Ἐὰν δὲ ἁλῷ ἀποτίσει ἑπταπλάσια. LXX. *Si autem capiatur ſolvet ſeptupla*, Compl. ſunt, qui *deprehenſuſve* interpretentur, ut divites fures a pauperibus diſtinguant. *x* Sic etiam Complut. Lat. καὶ πάντα τὰ ὑπάρχοντα αὐτοῦ δοὺς LXX. *& omnia, quæ ſunt ejus dans*, Complut. *y* Hæc in Complut. Lat. deſiderantur, habent alii, & LXX. ῥύσεται ἑαυτόν. *liberabit ſe*, Complut. *z* *Inopiam cordis*, Compl. Lat. Ὁ δὲ μοιχὸς δι' ἔνδειαν φρενῶν ἀπώλειαν τῇ ψυχῇ αὐτοῦ περιποιεῖται. LXX. *At mœchus propter inopiam mentium perditionem animæ ſuæ acquirit*, Compl. *mentis* malo, quam *mentium*. *aa* Sic etiam Raim. & Cont. *cap.* 5. addit Burch. lib. 11. cap. 59. & Ivo parte 13. cap. 45. decreti, ſed in marg. *cap.* 31. quamquam non eiſdem verbis. Id confirmatur ex conciliis, & ex Burch. cap. 75. ejuſdem libri 11. & ex Ivone parte 14. cap. 123. Omnia omiſit Grat. ſive Palea 13. q. 2. cap. 31. ſed in veteri libro, ut edidimus, & in altero additur, *cap.* 5. In ea collect. quæ in conciliis eſt poſt concil. Lateran. Alex. III. poſt cap. 2. partis 34. tit. de raptoribus mendoſe *Tribunien.* editum eſt pro *Triburien.* in priori edit. concil. *Turonenſi*, in Suriana editione.

*bb* Sic etiam Raim. *prædando* pro *deprædando*, Burch. d. cap. 59. & Ivo d. cap. 45. *aut deprædando occidantur*, Palea; *occidantur*, vetus Grat. liber aliis omiſſis; *aut in prædando occidantur*, alter vetus; *vel in prædando occiduntur*, d. parte 34. concil. *occiduntur*, vetus Raim. liber aliis omiſſis. Verba concilii, unde hæc ſumpta ſunt, infra ſcripſimus: *Si quis poſt hæc Evangelica, & Apoſtolica, atque Prophetica verba, & definitionem pacatiſſimæ ſynodi inventus fuerit furtum, aut rapinam exercere; & in ipſo diabolico actu mortem meretur incurrere*: ſic in concil. & apud Burch. d. c. 75. & Ivo d. c. 123.

UNED

eis non orandum [a], ſi comprehenſi, aut vulnerati presbytero, vel diacono confeſſi fuerint [b], communionem eis non negamus [c].

## CAPUT V.

*Ex pœnitentiali Theodori.*

cap. 3. eod. SI quis pro neceſſitate (d) furatus fuerit cibaria, vel veſtem, vel pecus (e), per famem, aut per nuditatem [f], pœniteat hebdomadas tres; ſi reddiderit (g), non cogatur jejunare.

## CAPUT VI.

*Hieronymus ſuper parabolas (h).*

cap. 4. e. QUI cum fure partitur, odit animam ſuam [i], non fur ſolum, ſed ille reus tenetur [k], qui furti conſcius (l), quærente poſſeſſore non indicat (m).

## CAPUT VII.

*Alexander III. Cremonen. Epiſcopo.*

cap. 5. e. EX litteris tuis, ſi bene meminimus (n), auribus noſtris innotuit, & dilecti filii (o) I. ſubdiaconi noſtri (p) diligens relatio patefecit, quod B. lator præſentium (q) calicem quendam in eccleſia minus caute dimiſſum invenit (r), quem licet avaritiæ cupiditate rapuerit, & inſipienter (s) longo tempore detinuerit (t), poſtea tamen (u) pœnitentia ductus presbytero in confeſſione exceſſum ſuum humiliter, & reverenter aperuit, & eccleſiæ juxta eundem (x) presbyteri conſilium, prout dignum fuit, exinde ſatisfecit. Unde quoniam propter hoc ipſum tuæ fraternitatis diſcretio dubitat ordinare. Prudentiæ tuæ per A. s. pr. m. qua. ſi prædictus (y) B. ſpontanea voluntate ſui animi confeſſus fuerit hujuſmodi præſumptionis exceſſum (z), & exinde eccleſiæ, cujus calix fuerit, ſatisfecit (aa), nec eſt ſuper hoc nota, vel infamia manifeſta (bb) reſperſus, poſt peractam pœnitentiam, aut congruam (cc) partem pœnitentiæ, dummodo alias ipſum idoneum eſſe cognoſcas, ad ſacros ordines non dubites promovere.

TI-

*a* Sic Burch. d. cap. 59. & Ivo d. cap. 45. & concil. d. parte 34. *non eſſe orandum*, Raim. hæ duæ voces, *viſum eſt*, in Barcin. non ſunt; *viſum eſt, quod pro eis non eſt orandum*, Palea; *viſum eſt quidem pro eis non eſſe orandum*, vetus Grat. liber: in altero vox *quidem* omittitur. *Nullus pro eo præſumat orare, aut eleemoſynam dare & eleemoſyna pro eo data in memoriam clericorum, nec pauperum veniat, ſed execrabilis ſordeſcat. Beatus Auguſtinus de talibus horribilem profert ſententiam dicens*: NEMO TE POST MORTEM TUAM FIDELITER REDIMIT, QUIA TU TE REDIMETE NOLUISTI. concil. d. cap. 31. & Burch. d. cap. 75. & Ivo d. cap. 123. Auguſtini verba non inveni, ſed eadem ſententia eſt in libro de cura pro mortuis gerenda. In veteri Burch. libro, *non in memoriam*, legitur aptius: olim tamen, ut in edito ſine ea negatione.

*b* Sic etiam Burch. d. cap. 59. & Ivo d. cap. 45. *ſed ſi* pro *ſi*, Palea, & Raimundus: vox *ſed*, in veteribus Grat. libris non eſt: *aut diacono*, Palea, & vetus Burch. liber, & unus ex veteribus Gregor. *vel vulnerati*, unus Tarrac. *& ſi comprehenſi, & vulnerati fuerint, & presbytero, vel diacono confeſſi fuerint*, concil. d. p. 34. diaconi nulla mentio eſt in conc. Tribur. delendumque eſſe cenſerem: hoc enim d. cap. 31. legimus: *Si autem ille fur, vel latro vulneratus elabitur & exſpectatione mortis deſperatus putatur, atque reconciliari ſe myſteriis ſacroſanctis habitu corporis, & voluntate piæ mentis deprecatur, Deoque, & ſacerdoti, comite vita, emendationem morum, & factuum confitetur.* Sic etiam Burch. exceptis ultimis verbis d. c. 75. voce enim *morum*, caret, & pro *actuum* habet *actum*, non recte: cum Burch. Ivo conſenſit d. c. 123. *c* Sic Burch. d. c. 139. & Ivo d. c. 45. & Raim. *non denegamus*, duo Tarracon. & conc. d. parte 34. *confeſſionem* pro *communionem*, Palea: *communionis gratiam non negamus tribuendam*, concil. d. cap. 31. & Burch. d. cap. 75. & Ivo d. cap. 123. Sequuntur alia in conciliis tantum digna, quæ a lectoribus ediſcantur, nedum videantur. *d Per neceſſitatem*, tres Tarrac. & Burch. lib. 11. cap. 56. & Ivo parte 13. cap. 42. decreti, & duo veteres Gregor. qui addunt, *famis, aut nuditatis. Propter*, Cont. & alii pro voce *per*. *e* Sic etiam Burch. & Ivo: *fuerit cibaria, veſtem, pecuſve furatus*, vetus Gregor. *cibaria, veſtem*, alter vet. Gregor. & Contius, & alii: cetera, ut edita ſunt.

*f* Sic etiam Ivo: *propter famem* &c. Burch. editus: *aut nuditatem*, duo Tarracon. & Burch. vetus liber, *per*, omiſſo: omnia Raimund. omittit, & Contius. *g* Sic etiam Burch. & Ivo, & duo veteres Gregor. *&*, addit Cont. ante vocem *ſi*, & alii.

*h* Sic etiam Raimund. & Cont. adde *cap. 29. Proverbiorum.*

*i* Hæc ſunt Salomonis verba; *participat* pro *partitur*, eſt in Compl. Lat. & apud Hieron. *occidit* pro *odit*, Gregor. IX. Ὃς μερίζεται κλέπτῃ, μισεῖ τὴν ἑαυτοῦ ψυχήν LXX. *Qui participat cum fure, odit ſuam animam*, Complut. Poſt hæc verba ſequitur in ſacris libris: *adjurantem audit, & non indicat.* Ἐὰν δὲ ὅρκου προτεθέντος ἀκούσαντες μὴ ἀναγγείλωσι. *ſi autem juramentum propoſitum audientes non renuntiaverint*, Complut.

*k* Hæc Hieron. ſunt, ſive alterius interpretis: nos ea integra conſcribemus: *Auditorem ſuum ſapientia non ſolum a peccatis abſtinere, ſed & a peccantium ſe contubernio docet cohibere, ne forte a diſtricto judice mereatur audire*: SI VIDEBAS FUREM, CURREBAS CUM EO, ET CUM ADULTERIS PORTIONEM TUAM PONEBAS: ſunt autem verba hæc pſalm. 49. ſequuntur mox hujus capitis verba in hunc modum: *Non enim fur ſolummodo, ſed etiam ille reus tenetur.* Supraſcripta verba brevius referuntur in ſcholiis ſacrorum librorum, quæ gloſſa ordinaria dicitur: *Non ſolum a peccato, ſed etiam a conſenſu abſtinere docet ſapientia, ne audiat a diſtricto judice*: SI VIDEBAS FUREM, CURREBAS CUM EO, &c. *Non enim fur ſolum, ſed & ille reus tenetur.* *l* Sic etiam Raimund. & gloſſ. ord. *qui conſcius furti quærenti poſſeſſori pecuniam, qui perdidit, non vult indicare, cum valet*, Hieron.

*m Non indicabat*, vetus olim Tarrac. ſolus: indicare autem furtum debet domino ſocius hic furis, vel particeps, non perſonam, ut damnum ei ſarciatur, non ut vindictam ſumat a furibus. Mendoſe autem in ſcholiis editum eſt, *judicat* pro *indicat*. *n* Multa omittunt Raim. & Cont. pro quibus verbum *innotuit* retinuerunt. *o Noſtri*, addit vetus Tarr. ſolus. *p Veſtri*, duo Tarr. *ſubdiaconi*, tertius Tarrac. altera voce omiſſa.

*q Quod cum B.* vetus Gregor. aliis omiſſis: vox *cum*, neque in altero veteri eſt, neque in editis.

*r Rapiens*, Raimund. & Cont. ceteris omiſſis. *s Et ſic inſipienter*, Barcinon.

*t Detinere præſumpſit*, Raimund. *u* Multa omittunt Raimund. & Contius.

*x* Scribendum, *juxta ejuſdem*, ut eſt in tribus Tarrac. *y Si ſponte confeſſus*, Raim. & Cont.

*z Exceſſus*, Barcin. omnia omittunt Raim. & Cont. *aa Fuerit, ſatisfecit*, duo veteres Gregor. *fuerat, ſatisfecerit*, Cont. & alii.

*bb* Hæc vox in uno ex veteribus Gregor. non eſt. *cc Vel* pro *aut*, unus Tarrac.

## TITULUS XXVII.
## DE EXCESSIBUS PRÆLATORUM IN SUBDITOS, VEL CONTRA (*a*).
### CAPUT I.
*Idem* (*b*).

De exceſſ. præl. c. 1. PErvenit ad audientiam noſtram (*c*), unde, ſi verum eſt, miramur plurimum (*d*), & adverſum vos (*e*) de jure movemur, quod in presbyteros, qui ſunt in veſtra juriſdictione conſtituti, ſingulis annis, quaſi in ſervos mercenarios (*f*), talliam facias (*g*), quibus niſi ad voluntatem veſtram pecuniam ſolverint (*h*), divinum officium (*i*) interdicitis, & eos viliter, & inhoneſte tractatis in tantum, quod (*k*) ipſos laicis deſpicabiles reddidiſtis (*l*). Ideo vero (*m*) hæc, ſi vera ſunt, gravi debent ultione puniri (*n*), cum eoſdem (*o*) presbyteros, quaſi filios, & fratres benigne, ac fraterna (*p*) charitate fovere debeatis: d. igitur v. per A. s. pr. (*q*) m. qua. in prædictos presbyteros hujuſmodi (*r*) tallias, & indebitas exactiones exercere nullatenus præſumatis (*s*), nec eos (*t*) de cetero irrationabiliter gravetis, vel inhoneſte (*u*) tractetis (*x*), aut ſine judicio capituli ſui (*y*) ſuſpendere præſumatis (*z*), vel eorum eccleſias interdicto ſubiiciatis (*aa*), neque duas eos matrices eccleſias (*bb*), quarum unam ſufficere (*cc*) videbitis, tenere permittatis (*dd*), nec aliquem (*ee*) ſine ordine judicio excommunicare præſumatis, ſcituri (*ff*) pro certo, quod ſi hujuſmodi rumores de vobis ad aures noſtras [*gg*] pervenerit, vos pro tantis exceſſibus (*hh*) auctore domino [*ii*] taliter puniemus, quod timore pœnæ veſtræ (*kk*), ceteri a ſimilibus abſtinebunt.

### CAPUT II.
*Idem Cant. Archiepiſcopo* (*ll*).

AD hæc quoniam (*mm*) prædictus Epiſcopus (*nn*), ſicut accepimus (*oo*), plures eccleſias, & præcipue eccleſiam de Nortun (*pp*) a conſuetudine, & obſequio Archidiaconorum liberas conſtituerit (*qq*), & immunes, & in hac parte [*rr*] redditus eorum deminuit, & attenuavit (*ſſ*); nihilominus tibi (*tt*) ſignificatione præſentium injungimus, ut ſi res ita ſe habet, factum Epiſcopi ſuper hoc ap. re. (*uu*) corrigas, emendes, & ita provideas, quod præfato Archidiacono [*xx*] conſuetudines, quas presbyteri in eccleſiis ſui Archidiaconatus (*yy*) debent, plenarie conſerventur, & illis gratam (1)(*zz*) reverentiam exhibeant, & honorem. c. 2. eod.

### CAPUT III.
*Idem Exonen. Epiſcopo* (*aaa*).

AD aures noſtras pervenit, quod quidam Archidiaconi tui ſe in eccleſias (*bbb*), quæ in ſuis Archidiaconatibus vacant, auctoritate propria non verentur intrudere, & ſic ipſas (*ccc*) eccleſias detinere non erubeſcunt, atten- c. 3. eod.

den-

(1) Alii, *debitam*.

*a Vel e contra*, unus Tarrac. *vel e converſo*, vetus Gregor. *in eccleſiis*, Barcin. *De exceſſibus prælatorum, & ſubditorum*, alter vetus Raim. liber, & Cont. & alii. *b* Sic etiam in concil. parte 2. cap. 7. *Alexander III.* Raim. & Cont. *Alex. III. in concilio Lateran.* Barcin. non recte. *c* Sic in concil. & in Gregor. *Ad audientiam noſtram pervenit*, vetus Tarrac. *d* Sic etiam Cont. qui recte addit omiſſa prius a Raim. *& plurimum miramur* &c. concil. aliis omiſſis. *e* Sic etiam in concil. *Adverſus vos*, in tribus Tarrac. & in Contiano.
*f* Sic etiam Cont. *ſervos & mercenarios*, concil. *g Malo*, facitis, ut eſt in Barcin. & in duobus Tarr. & in concil. & in Contiano. *h* Sic etiam Cont. *ſolvunt*, concil. *i* Sic in Contiano; *diurnum officium*, in conc.
*k* Sic etiam in concil. *& in* pro *in*, unus Tarr. *interim tractatis*, *quod*, Cont. non optime.
*l* Sic etiam concil. *redditis*, duo Tarr. & Cont. *m* Vox *vero* a Cont. eſt omiſſa, legitur in concil.
*n* Sic in concil. *feriri*, Barcin. *debetis*, pro *debent*, Cont.
*o* Sic etiam concil. *Cumque autem*, vetus Gregor. *Cum autem*, alter vetus, & Cont. & alii.
*p* Sic Raim. *ac ſumma*, concil. non male. *q* Vox *igitur* in Barcin. non eſt; *diſ. igitur veſtræ*, duo Tarr. *Unde vobis per A. ſ.* &c. concil. non optime: omnia Raim. & Cont. omittunt.
*r Ut*, additur ante hæc verba in concil. *in eos*, Raimundus, & Contius.
*s* Sic etiam Raim. *non præſumatis*, concil. *t* Sic in concil. vocem *eos* omittunt Raim. & Cont.
*u Et* pro *vel*, unus Tarr. ſolus. *x Eoſdem*, addit Greg. IX. tantum.
*y* Vox *ſui* non eſt in tribus Tarr. neque in Gregor. ſit licet in concil.
*z* Hoc etiam verbo carent Raimund. & Cont. eſt in concil.
*aa* Sic in concil. *ſubiicere attemptetis*, Raimund. ſine ullo lucro.
*bb Eis* pro *eos*, unus Tarr. *eos duas*, concil. *neque duas eccleſias*, Raimund. & Cont. non male, aliis omiſſis.
*cc* Sic etiam Raim. *ſibi*, addunt concil. quod placet. *dd* Sic in concil. *tenere illos permittatis*, Raim.
*ee* Sic Raim. *nec eum*, &c. concil. prior. edit. quod nondum probavi; *nec eos*, &c. Surius: hæc clauſula in Barcin. deſideratur. *ff* Sic etiam Raimund. *ſciatis*, concil. non optime.
*gg Iterum*, addunt concil. in fine: ſed in Barcin. & in Gregor. additur poſt verbum *vobis*, at in uno Tarracon. duæ illæ voces, *de vobis*, deſiderantur. *hh* Raim. ordinem mutavit verborum. *Nos* pro *vos*, eſt in concil. omittitur ea vox in Barcin. *ii Domino auctore*, concil. omittunt hæc Raimund. & Cont.
*kk* Sic etiam Raim. vox *veſtræ*, non eſt in conc. *ll* Sic in conc. parte 24. c. 4. titulo de exceſſibus Epiſcoporum contra ſuos Archidiaconos, & Archidiaconorum contra ſuos Epiſcopos. *Cantuarien.* vetus Gregor. ut editum eſt, alter vetus, & editi. *mm Quod* pro *quoniam*, vetus Tarracon. ſolus.
*nn* Sic in concil. vox *prædictus*, non eſt in Gregor. *oo* Hæc etiam omittunt Raim. & Cont. ſunt in concil.
*pp Nortun.* concil. *Verun.* duo Tarrac. *Norini*, tertius Tarracon. omnia ab eiſdem Raimund. & Contio ſunt omiſſa. *qq Conſtituit*, concil. & Raimund. *rr* Sic etiam concil. *per quod*, Raimund.
*ſſ* Sic in concil. *redditus deminuuntur eorundem*, vetus Gregor. *deminuit*, alter vetus, & Cont. & alii.
*tt* Vox *tibi*, in concil. deſideratur. *Mandamus quatenus*, Raimund. & Contius.
*uu Ap. re.* omiſſa ſunt in uno Tarrac. & in Gregor. *hoc appellatione remota*, concil. voce *ſuper*, neglecta.
*xx Ut præfato Archidiacono G.* concil. *quod præfatis Archidiaconis*, Raimund. *yy* Sic etiam in concil. *ſuorum Archidiaconatuum*, Raim. *zz Debitam*, Barcin. & unus olim Tarrac. & Raim. *illi debitam*, concil. & tres Tarracon. *aaa* Sic duo veteres Gregor. ſed malo, *Exonien. Epiſcopo*, ut eſt in concil. d. parte 24. cap. 3. & apud Cont. & alios. *bbb In eccleſiis*, Barcin. ſolus. *ccc* Hæc recte Cont. addit, quæ Raim. omiſerat: ſunt autem in concil.

UNED

dentes itaque abſonum (*a*), & omni (*b*) rationi contrarium tantæ præſumptionis (*c*) exceſſum, nec volentes incorrectum relinquere (*d*): f. t. per A. ſ. pr. m. qua. [*e*] ſi qui Archidiaconi ſunt (*f*) in Epiſcopatu tuo (*g*), qui tali modo eccleſias occupant, vel occupatas detinent (*h*), ipſos ad eas (*i*) dimittendas omni oc. & ap. ces. (*k*) eccleſiaſtica cenſura (*l*) compellas, & eaſdem eccleſias perſonis idoneis, & honeſtis (*m*) ordines (*n*), & præfatos (*o*) Archidiaconos pro tanta præſumptione debita cures animadverſione punire (*p*).

### CAPUT IV.

*Idem Burdegalen. Archiepiſcopo* (*q*).

De præb. cap. 14. PRæterea de Archid. G. (*r*) qui in tua (*s*), & Toloſona (*t*) eccleſia Archidiaconus ſit conſtitutus [*u*], in utraque (*x*) eccleſia regulariter [*y*] profeſſus, collectis illis [*z*], quæ in Archidiaconatu eccleſiæ tuæ (*aa*) colligere poteſt, præter conſcientiam tuam, Toloſam regreditur (*bb*), & ibi per annum, vel eo (*cc*) amplius moratur: prudentiæ (*dd*) tuæ ſignificamus, ut [*ee*] eundem G. (*ff*) ſi res ita ſe habet (*gg*), altero, quem maluerit Archidiaconatu oc. & ap. ces. (*hh*) facias eſſe contentum.

## TITULUS XXVIII.
## DE PRIVILEGIIS, ET EGRESSIBUS (1) PRIVILEGIATORUM [*ii*].

### CAPUT I.

*Leo Papa* (*kk*).

EPiſcopalia gubernacula, non niſi majoribus (*ll*) populis, & frequentioribus civitatibus oportet [*mm*] præſidere, ne honor [*nn*], cui De privil. c. 1.

(1) *Exceſſibus*, Gregor. IX.

*a* Sic etiam Cont. *Nos attendentes abſonum eſſe*, concil. plenius. *b* Sic etiam Cont. *atque omni*, concil. *c* Vox *tantæ*, non eſt in concil. eſt in Contiano libro. *d* Sic etiam Cont. *relinqui*, concil. *incorreptum* pro *incorrectum*, duo Tarracon. non optime. *e Fraternitati tuæ &c. quatenus*, concil. vox *pr.* a Contio eſt omiſſa. *Mandamus quatenus*, Raimund. *f Sint*, concil. *tui ſunt*, unus Tarrac. *eos qui*, Raim. & Cont. aliis omiſſis. *g* Vox *tuo*, in vet. Tarracon. non eſt: eſt in concil. *h* Sic etiam Raimundus; *occupent*, *& occupatas detineant*, concil. *i* Sic etiam in concil. vox *ipſos*, non eſt in duobus veteribus Gregor. *ad eaſdem*, Cont. & alii tertia voce omiſſa. *k Omni occaſione*, *& appellatione ceſſante*, concil. apertius: omittunt hæc Raimund. & Cont. *l* Sic etiam Raimund. *diſtrictione*, Barcin. & concil. *m* Sic in concil. *de perſonis honeſtis*, Raim. *n* Sic in concil. & in vet. Gregor. *ordinans*, alter vetus, & Cont. & alii. *o* Sic in conc. & in vet. Gregor. vox *&* omittitur in altero veteri, & apud Contium, & alios. *p* Sic etiam Raim. *curetis* pro voce *cures*, tres Tarr. ſed unus mutat in id, quod edidimus; *animadverſione punire curetis*, concil.

*q* Ante hoc caput eſt in veteri Tarrac. hic titulus: *De illis*, *qui duas habent dignitates*: item pro *Burdegalen.* eſt in eod. *Burganſi*, non recte; ut editum eſt, exſtat in concil. d. parte 24. c. 5. titulo de exceſſibus Epiſcoporum &c. & parte 30. c. 8. tit. Uni plura beneficia eccleſiaſtica non committenda &c. & apud Raimundum, & Contium titulo de præbendis, & dignitatibus. *r* Ante hæc verba addi potuit, *Pars cap.* CONSULUIT, ut eſt in concil. d. c. 8. Integra clauſula exſtat in concil. parte 6. cap. 30. & in hac collect. cap. 2. qui matrim. accuſare poſſunt, quod eſt *Burdega. Archiepiſcopo* inſcriptum. *Tuo* pro G. eſt in Barcin. vox *Archid.* omittitur a Raim. & Contio. *Archidiacono*, eſt in concil. & in duobus Tarr. *s* Sic etiam Raim. & concil. d. cap. 5. *qui cum in tua*, d. c. 8. non male, & in marg. d. cap. 5. & in uno Tarr. ſed recenti manu vox *cum* addita eſt. *t* Sic in concil. d. c. 8. & in Gregor. *& in Toletana*, d. c. 5. non recte.

*u* Sic in concil. utrubique; *eſt* pro *ſit*, unus Tarr. & Raim. *x* Sic in concil. d. c. 5. *& in utraque*, duo Tarr. & d. c. 8. & in marg. d. c. 5. *y* Sic d. c. 5. vox *eccleſia* non eſt d. c. 8. *etiam* pro *eccleſia*, eſt in veteri Gregor. ut editum eſt, Cont. & alii: poſt vocem *regulariter* additur verbum *ſit* in veteri Tarr.

*z* Hæc omittunt Raim. & Cont. ſunt in concil. *aa* Sic d. cap. 5. *tuo*, d. cap. 8. in conciliis.

*bb Toloſanam eccleſiam ingreditur*, d. c. 5. *& licentiam*, *Toloſam regreditur*, d. cap. 8.

*cc* Sic d. c. 5. vox *eo* non eſt d. c. 8. *dd* Sic d. c. 5. *prudentiæ*, d. c. 8.

*ee* Sic in concil. utrubique. *Mandamus*, *quatenus*, Raim. *ff* Vox G. non eſt in vet. Tarr. neque in Gregor. *Archidiaconum*, eſt in Barcin. & in concil. d. c. 8. *eum de cetero*, d. c. 5. non optime.

*gg* Hæc omittunt Raim. & Cont. ſunt in concil. utrubique cum aliqua varietate, quæ contemni poteſt.

*hh Occaſione*, *& appellatione ceſſante*, conc. d. c. 8. apertius; *appellatione remota*, d. c. 5. aliis omiſſis. Omnia omittunt Raimund. & Cont. Poſt verba hujus capitis eſt in Barcin. cap. 5. *Alex. III. Exon. Epiſcopo. Ad aures noſtras noveris* &c. ut cap. 2. de inſtitutionibus in hac collectione, quod eſt *Lundon. Epiſcopo* inſcriptum. Varietatem addam illic omiſſam: poſt illa *nunc filios*, additur in hoc Barcin. *ſacerdotum*: illæ duæ voces *& vicarios* omittuntur; *ducere* pro *deducere*: *fit* pro *attemptatur*: *ſi Archidiaconus tuus*, pro *ſi idem Archidiaconi ſibi: factam*, pro *tuam ipſis inde factam: inſtituerit* pro *inſtituerunt*: poſt illa, *vel vicarios*, additur, *fecerit*. In fine poſt vocem *hujuſmodi* additur *caſſare*; cetera omiſſa ſunt. *ii* Scribendum eſt; *exceſſibus* pro *egreſſibus*, ut eſt in Barcin. & in tribus Tarrac. & in Gregor. *kk* Sic Raim. & Cont. *Ex decret. Leonis Papæ cap.* 49. Burch. lib. 1. cap. 32. eſt autem cap. 49. decretorum Leonis in corpore canonum: ut editum eſt, Ivo parte 5. cap. 143. decreti; ſed in marg. cap. 2. epiſt. 87. *Ad Epiſcopos Africanos. Leo Papa in epiſtola ad Epiſcopos Africæ*, idem Ivo d. parte 5. cap. 107. ut editum eſt, Grat. diſt. 80. cap. 4. & in marg. in libris Ant. Democharis, *Leo Papa* 1. *epiſt.* 85. *ad Epiſcopos Africanos*; idem numerus eſt in concil. & addendum *cap.* 2. at in regiſtro nuper edito eſt *epiſt.* 87. *ad Epiſcopos Cæſareæ Mauritaniæ cap.* 2.

*ll* Ante hæc verba addi poſſet initium epiſt. ſive capitis: ſed mihi ſupervacaneum id videtur. Apud Burch. & Ivon. d. cap. 143. & Grat. eſt, *Illud ſane*; & apud Ivon. d. cap. 107. eſt, *Unde Epiſcopi. Epiſcopalia autem* &c. Burch. & Ivo utrubique concil. & regiſtr. & corpus canon. ut editum eſt, Raim. *in majoribus*, vetus Tarrac. & Grat. qui *autem* etiam habet.

*mm* Sic etiam Grat. edit. & Raim. vox *civitatibus* in Barcin. deſideratur; *civitatibus oporteat*, Burch. & Ivo d. cap. 107. & concil. & regiſtr. & corpus canon. & veteres Grat. libri. Apud Ivonem d. cap. 143. ut editum eſt, ſed omittuntur tria hæc verba, *populis*, *& frequentioribus*. *nn* Ante hæc verba ſunt in regiſtro hæc: *ne quod ſanctorum patrum divinitus inſpirata decreta vetuere*, *viculis*, *& poſſeſſionibus*, *vel obſcuris*, *& ſolitariis municipiis tribuatur ſacerdotale faſtigium*, *& honor*, &c. ſic etiam concil. & corp. canon. & Burch. excepta voce *vetuere*, pro qua habet *vetuerunt*. Item Ivo d. cap. 107. cujus finis eſt vox *faſtigium*; ſic etiam Grat. edit. ſed in veteri libro eſt, *neque* pro *nequod*, non recte, & *vel ſolitariis*: in alio, *ut viculis*. At d. cap. 143. eſt: *Namque* pro *nequod*; & *vetuerunt ne*, pro *vetuere*; & *vel ſolitariis* pro *& ſolitariis*, cetera, ut regiſtr. apud Raimund. ut editum eſt. In veteri Burch. libro eſt, *vel poſſeſſionibus*.

UNED

cui debent excellentiora [*a*] committi, ipſe ſui [*b*] numeroſitate vileſcat.

CAPUT II.

*Gregorius Petro ſubdiacono* (*c*).

c. 2. eod. SIC (1) in judiciis [*d*] laicorum privilegia turbare nolumus (*e*), ita eis præjudicantibus (*f*) moderata volumus (*g*) auctoritate reſiſtere. Violentos itaque (*h*) coercere, non contra legem (*i*) eſt agere, ſed legi facere ſubſidium (*k*).

CAPUT III.

*Alexander III. in concilio Lateran.* (*l*)

ap. 3. eod. CUM & plantare ſacram religionem, & plantatam fovere modis omnibus debeamus, numquam hoc [*m*] melius exequimur (*n*), quam ſi (*o*) nutrire ea, quæ recta ſunt, & corrigere, quæ profectum virtutis (*p*) impediunt, commiſſa nobis a Deo (*q*) auctoritate curemus. Fratrum autem, & coepiſcoporum noſtrorum vehementi (*r*) conqueſtione comperimus, quod fratres templi, & hoſpitalis, & alii quoque religioſæ profeſſionis (*s*), indulta ſibi ab Apoſtolica ſede privilegia excedentes contra Epiſcopalem auctoritatem multa præſumunt, quæ & (*t*) ſcandalum faciunt (*u*) in populo Dei (*x*), & grave pariunt periculum animarum. Propoſuerunt enim [*y*], quod eccleſias recipiunt (*z*) de manu (*aa*) laicorum, excommunicatos (*bb*), & interdictos ad eccleſiaſtica (*cc*) ſacramenta, & ſepulturam admittunt [*dd*], in cunctis (*ee*) eccleſiis ſuis, præter conſcientiam eorum [*ff*] inſtituant, & amoveant (*gg*) ſacerdotes, & fratribus eorum ad eleemoſynas quærendas euntibus, cum indultum ſit *hh* eis, ut in eorum adventum *ii*) ſemel in anno aperiantur eccleſiæ, atque in eis divina celebrentur (*kk*) officia, plures ex eis de una, ſive diverſis (*ll*) domibus ad interdictum locum ſæpius accedentes, indulgentia privilegiorum noſtrorum (*mm*) in celebrandis officiis, & ſepeliendis mortuis (*nn*) abutuntur, & tunc mortuos apud interdictas (*oo*) eccleſias ſepelire præſumunt. Occaſione quoque fraternitatum [*pp*], quas in pluribus locis faciunt, robur auctoritatis Epiſcopalis (*qq*) enervant, dum contra eorum ſententiam ſub aliquorum privilegiorum obtentu munire (*rr*) cunctos intendunt, qui ad eorum fraternitatem voluerint ſe conferre [*ſſ*]. In his autem [*tt*], quia non tam de majorum conſcientia, vel conſilio [*uu*], quam de minorum indiſcretione (*xx*) exceditur, & removenda ea, in quibus excedunt, & quæ dubitationem (*yy*) faciunt, decernimus declaranda *zz*. Eccleſiam ſane [*aaa*], & decimas de manu laicorum ſine conſenſu Epiſcoporum, tam illos, quam etiam [*bbb*] quoſcumque [*ccc*] alios religioſos recipere prohibemus, dimiſſis etiam quaſcumque contra tenorem iſtum moderno tempore (*ddd*) receperunt. Excommunicatos (*eee*), & nominatim interdictos, tam ab illis, quam ab aliis hominibus (*fff*) juxta Epiſcoporum ſententiam ſtatuimus evitandos. In eccleſiis (*ggg*) ſuis, quæ



(1) *Sicut*, Gregor. IX.

*a* Olim *excellentia*, vet. Gregor. ſolus. *b* Vox *ipſe* omittitur a Raim. & Cont. utraque voce Barcin. caret; *ipſa* pro *ipſe*, habet corpus can. ut editum eſt, concil. & regiſtr. & Burch. & Ivo. Ἵνα μὴ κατευτελίζηται τὸ τοῦ ἐπισκόπου ὄνομα καὶ ἡ αὐθεντεία. Sardicen. cap. 6. *ne vileſcat nomen Epiſcopi, & auctoritas*, Burch. lib. 1. cap. 31. Ivo d. parte 5. cap. 142. *c* *P.* pro *Petro*, duo veteres Raim. libri. *Campaniæ*, additur poſt vocem *ſubdiacono*, in regiſtro lib. 2. epiſt. 5. cap. 44. *Indictionis* 11. mendoſe in editis Raim. libris, *Greg. IX.* quod recte Contius notat: male idem *Interdictio.* 11. edidit. *d* Malo, *Sicut* pro *Sic*, ex regiſtr. & duobus Tarrac. & Barcin. & Raim. *Si*, tertius Tarrac. habet non optime.
*e* Sic etiam Raim. *turbare non cupimus*, regiſtr. *f* Sic in regiſtr. *nobis*, addit unus Tarr. & Raimund. *vobis*, Barcin. *g* Sic Raim. *moderata te volumus*, regiſtr. *h* *Laicos*, addunt tres Tarr. & duo veteres Raimund. libri. *Violentos namque laicos*, regiſtr. *Volentes namque laicos*, Barcin. *Volentes itaque laicos*, Cont. & alii; ſed in marg. addit Cont. *Violentos* ſcribendum. *i* Sic etiam Raimund. *leges*, regiſtr. *k* Sic Raim. *ferre ſubſidium*, regiſtr. aptius. Poſt hujus capitis verba additur in regiſtro de viduæ cujuſdam querellis, quæ poterit lector illic cognoſcere. *l* Adde *cap. 9.* ex concil. non 18. ut ſcribit Contius.
*m* Sic in concil. *nuſquam hoc*, Raimund. *n* Sic etiam Raim. *exequemur*, concil.
*o* Vox *ſi* in uno Tarr. aliquando deſiderabatur, in altero numquam fuit, eſt in concil. & in Gregor.
*p* Sic etiam Raim. *veritatis*, concil. *q* Hæc neque in vet. Tarrac. ſunt, neque in conc. neque in Gregor.
*r* Sic in concil. hæc vox omittitur a Raimundo, & Cont. *s* Vox *&* non eſt in concil. *etiam* pro *&*, vetus Tarrac. *& alii religioſi*, Raim. *t* *Etiam* pro *&*, ſolus vetus Tarr. *u* Sic etiam Raim. *generant*, concil. *x* Hæc omittunt Raim. & Cont. ſunt in concil. *y* *Proponunt enim* &c. concil. Recte Cont. addit a Raim. præterita. *z* Sic etiam Cont. *recipiant*, concil. *aa* Sic etiam Cont. *de manibus*, concil.
*bb* *Et excommunicatos*, vetus Tarr. ſolus. *cc* Sic in concil. *recipiunt*, addunt Barcin. & Cont.
*dd* *Admittant*, concil. & tres Tarr. *& ad ſepulturam admittunt*, Cont. *ee* Sic etiam Cont. vox *cunctis* in concil. non eſt. *ff* *Eorum conſcientiam*, duo Tarrac. & concil. & Cont. *Epiſcoporum conſcientiam*, tertius Tarr.
*gg* *Et*, addunt ante hæc verba concil. & tres Tarr. *& inſtituunt*, *& amovent*, Cont.
*hh* Sic in concil. *eſt indultum*, Cont. *cum* omiſſo non recte. *ii* Vox *eorum* in uno Tarr. non eſt; *adventu* pro *adventum*, Barcin. aptius, & tres Tarr. & concil. & Cont. qui addit vocem *jocundo*.
*kk* Sic in conc. *celebrantur*, Cont. non optime. *ll* Sic etiam in concil. *ſive de diverſis*, tres Tarr. & Cont.
*mm* Sic etiam Cont. vox *noſtrorum* omittitur in concil. *nn* Hæc omiſſa ſunt in concil. habet Cont.
*oo* Sic etiam Cont. *apud prædictas*, concil. *pp* Sic in concil. *confraternitatum*, Cont.
*qq* *Robur Epiſcopalis auctoritatis*, concil. & duo Tarracon. *robur*, *& auctoritatem Epiſcopalem*, Cont.
*rr* *Mutare*, vetus Tarracon. ſolus. *ſſ* Sic etiam Cont. *volunt accedere*, *& ſe conferre*, concil.
*tt* Vox *autem*, non eſt in concil. habet Cont. liber. *uu* Sic in concil. hæc omitit Contius.
*xx* *Quorundam*, addunt concil. *diſcretione*, Cont. & duo Tarrac. tertius olim quoque habuit *diſcretione*, mox ut editum eſt. *yy* Sic etiam Contius: *dubietatem*, conc. *zz* *Declaranda decernimus*, vetus Tarrac. *declaranda decrevimus*, concil. *decrevimus declaranda*, Cont. *aaa* *Eccleſias ſane*, concil. vox *ſane*, in uno Tarrac. olim deſiderabatur. *Eccleſias igitur*, Raimund. *bbb* Sic Raimund. vox *etiam*, in concil. non eſt.
*ccc* *Etiam quas*, concil. vox *etiam*, in Greg. non eſt. *ddd* Sic etiam in conc. *aliquo tempore*, Greg. IX.
*eee* Sic in concil. *quoque*, addit Raimund. *fff* *Omnibus*, Raimund. *ab omnibus aliis*, conc. *ggg* De his ver-

quæ ad eos jure pleno non pertinent, inſtituendos presbyteros Epiſcopis repræſentent, ut eis quidem de plebis cura reſpondeant, ipſis vero pro rebus temporalibus rationem exhibeant competentem. Inſtitutos vero inconſultis Epiſcopis non audeant removere. Si vero templarii, ſeu *a*) hoſpitalarii ad eccleſiam venerint interdictam (*b*), non niſi ſemel in anno ad eccleſiaſticum officium admittantur, nec tunc ibi corpora ſepeliant (*c*) defunctorum. De fraternitatibus autem (*d*) hoc ſtatuimus (*e*), ut ſi non ſe prædictis fratribus omnino reddiderint, ſed in proprietatibus ſuis omnino duxerint (*f*) remanendum, propter hoc ab Epiſcoporum (*g*) ſententia nullatenus eximantur, ſed poteſtatem ſuam in eos, ſicut in alios parochianos ſuos exerceant, cum pro ſuis fuerint (*h*) exceſſibus corrigendi. Quod autem de prædictis fratribus dictum eſt, ab aliis (*i*) quoque religioſis, qui præſumptione ſua Epiſcoporum præcipitant jura (*k*), & contra canonicas eorum ſententias, & tenores (*l*) privilegiorum noſtrorum venire præſumunt, præcipimus obſervari. Si autem (*m* contra inſtitutum hoc venerint, & eccleſiæ, in quibus iſta præſumpſerint, ſubjaceant interdicto, & quod egerint, irritum habeatur, & vacuum (*n*).

CAPUT IV.

*Item* (1) *venerabilibus fratribus* [*o*] *Archiepiſcopis* [*p*], *ad quos litteræ iſtæ pervenerint.*

c. 4. eod. Dilecti filii noſtri fratres (*q*) hoſpitalis Hieroſolymitani (*r*) tranſmiſſa nobis conqueſtione monſtrarunt, quod vos eiſdem de (*s*) malefactoribus ſuis juſtitiam facere (*t*) non vultis, privilegia ipſorum inſpicere contemnitis [*u*], nec ipſos eleemoſynas (*x*) quærere in veſtris parochiis, aut fratres [*y*] ipſorum (*z*) ſepelire aliquatenus permittitis (*aa*). Quoniam igitur iidem fratres multis ſunt libertatibus, & privilegiis a Romanis Pontificibus præmuniti, quæ ut noſtris (*bb*) temporibus infringantur, nolumus ſuſtinere, f. v. per A. s. m. pr. qua (*cc*) jam dictis fratribus, in iis, quæ ſibi (*dd*) a Romana eccleſia noſcuntur indulta fuiſſe, nullam prorſus moleſtiam faciatis, nec ea ſibi contradicere, vel negare (*ee*) aliquatenus attemptetis. Si enim (*ff*) de vobis in veritate talia de cetero poterimus comperire, pro certo ſciatis, quod nos conceſſa (*gg*) vobis privilegia decurtabimus (*hh*), cum noſtris, & [*ii*] eccleſiæ Romanæ ſcriptis authenticis (*kk*) obviare minime timeatis.

CAPUT V.

*Idem* (*ll*).

Similí modo ſancimus, ut quicumque in veſtra (*mm*) fraternitate fuerit receptus, ſi forte eccleſia, ad quam per tinet, ea divinis (*nn*) officiis fuerit prohibita, eumque mori contigerit, eidem eccleſiaſtica ſepultura non denegetur, niſi nominatim interdicti (*oo*) aut anathematis vinculo fuerit innodatus. Non ponit. Poſt conc. L.p.44.c.8.

CAPUT VI.

*Idem Cantuar. Archiepiſcopo.*

Ad hoc beatorum (*pp*) Apoſtolorum Principi- cap. 5. e.

(1) *Idem*, Gregorius IX.

verbis dictum eſt cap. 2. de capellis monachorum. *a Sive*, concil. *Quod ſi* pro *Si vero*, Barcin. & duo Tarrac. *Quod ſi templarii*, *vel*, Raimund. *b* Sic etiam Raimund. Mendoſe in concil. *ad eccleſiaſticum interdictum*, *venerint*. *c* Sic etiam in concil. *ſepeliantur corpora*, Raimund.

*d* Vox *autem*, non eſt in concil. *De confratribus*, Raim. tertia voce omiſſa: *alias fraternitatibus*, Cont. in marg.

*e Conſtituimus*, Raim. & duo Tarrac. in quorum altero vox *hoc*, aliquando fuerat omiſſa. Ut editum eſt, concil. *f Omnimodo duxerint*, unus Tarracon. aptius, & Raimund. *duxerint*, concil. altera voce omiſſa.

*g* Sic etiam in concil. *ſuorum*, addit Raimund. & unus Tarracon. in quo aliquando fuerat, quod editum tantum eſt. *h Sunt*, vetus Gregor. ſolus. *i* Sic Raimund. *de aliis*, concil.

*k Præcipiunt jura*, Barc. *percipiunt jura*, tres Tarracon. ſed in duobus ex his, *alias præcipitant. Jura præripiunt*, concil. *perceperint jura*, vetus Gregor. *percipiunt*, alter vetus, & Contius, & alii.

*l Et tenorem*, duo Tarracon. & concil. & Raimund. *m* Sic etiam in concil. *Si enim*, Raim.

*n* Hæc neque in concil. ſunt, neque in Gregor. *o Idem* pro *Item*, concil. parte 44. cap. 6. titulo de præminentia Lund. & Ebor. & de privilegiis generaliter, vel ſpecialiter indultis, & de eorum abuſu, & confirmationibus. *Idem*, Raim. & Cont. aliis omiſſis. *Eborac.* pro *Ebor.* eſt in Suriana concil. editione.

*p Epiſcopis*, *& ceteris*, addunt concil. *& Epiſcopis*, duo Tarracon. & duo veteres Gregor. ut editum eſt, Cont. & alii. *q* Sic etiam in concil. vox *fratres*, omittitur in Barcin. vox *noſtri*, in Gregor.

*r* Sic Raimund. & Surius. *Hieroſolymæ*, concil. prioris edit.

*s Eis de*, concil. aptius, & duo Tarracon. & Raim. *t* Sic etiam Raim. *exhibere*, concil.

*u* Sic etiam in concil. prioris edit. *reſpicere contemnentes*, duo veteres Gregor. *recipere*, Cont. & alii non optime: *inſpicere contemnentes*, Surius. *x* Recte Cont. addit, quæ Raim. omiſerat, quæ ſunt etiam in conc. *ad eleemoſynas*, eſt in duobus Tarrac. quod nondum probavi. *y* Omnes alii libri, præter unum Tarracon. habent, *aut confratres*, Barcin. concilia, & Cont. & tres Tarrac. *z* Sic in concil. *eorum*, Cont.

*aa Permittatis*, Barcin. & concil. & Contius. *bb* Sic etim in conc. & apud Cont. vox *ut*, in vet. Tarrac. non eſt: in aliis duobus olim fuerat, *quæ in noſtris*; hodie eſt, *quæ ut in noſtris*, non ineptiſſime.

*cc Veſtræ* pro *v.* unus Tarrac. *pr.* non eſt in tribus Tarrac. neque in Contiano: *fraternitati veſtræ &c. quatenus*, concil. ego *pr. m. qua.* ſcribo. *dd* Vox *ſibi*, non eſt in concil. habet Contius.

*ee* Sic in concil. *vel denegare*, Cont. & tres Tarr. *ff* Vox *enim*, deſideratur in concil. eſt in Contiano libro.

*gg* Hæc vox in Tarrac. veteri ſolo non eſt. *hh* Sic etiam Raimund. *decidemus*, concil.

*ii* Hæc omittunt Raimund. & Cont. ſunt in concil. *kk* Sic Raim. & Surius: *attentius*, conc. non optime prioris editionis. *ll* Sic etiam in concil. ſuſpicor partem eſſe cap. 1. de regularibus: quod plenius eſt in concil. parte 27. cap. 5. unde inſcriptio, & initium petenda eſſent. *mm In eorum*, concil. quod non æque placet. *nn A divinis*, malo ut eſt in concil. & in Barcin. & in duobus Tarrac. in quibus vetus ſcriptura fuit *ea*.

*oo* Scribe *interdictus*, ut eſt in Barcinon. & in tribus Tarracon. & in concil.

*pp Cum ad hoc in beatorum &c.* concil. parte 31. cap. 5. titulo de excommunicatis. *Ad hoc*, *& infra*, vetus Gregor. *Ad hæc*, alter vetus, & editi. Contius recte cetera addidit omiſſa prius a Raimund. *Ad hæc*, Barcin. non recte.

ciṗis cathedra, domino diſponente (*a*), quamquam immeriti (*b*) ſumus conſtituti [*c*], ut plantare debeamus, quæ ad divinum ſpectent decorem (*d*), & evellere, & eradicare (*e*) curemus, quæ obvia ſunt rationi, & profectum impediunt ſalutis. Intelleximus ſane, quod hoſpitalarii nominatim excommunicatos contra prohibitiones Epiſcoporum (*f*) eccleſiaſticæ præſumunt tradere ſepulturæ, non cogitantes, quam grave ſit eis (*g*) in morte communicare, quos, dum viverent, eccleſia a ſuo ſinu pro eorum (*h*) exceſſibus ſegregavit. Verum quoniam [*i*] hujuſmodi præſumptionem, & temeritatem nolumus, nec debemus aliquatenus tolerare, f. t. per A. s. pr. m. qua. (*k*) prædictos fratres moneas, ac horteris [*l*], & eis (*m*) ex parte noſtra præcipias, & ut ſi quos in excommunicatione defunctos in cœmeteriis eccleſiarum (*n*) ſepelierint, eos extra (*o*) cœmeteria ipſa penitus (*p*) eiiciant. Quod ſi facere noluerint, in hoc ipſum [*q*] de his (*r*), quos in excommunicatione defunctos eſſe tibi conſtiterit (*s*), auctoritate noſtra re. ap. ob. (*t*) exequaris.

## CAPUT VII.

*Idem fratribus Hieroſolymitani hoſpitalis.*

Non ponitur, d.p.44. cap. 9.

PErvenit ad nos ex tranſmiſſa nobis [*u*] inſinuatione venerabilis f. noſtri (*x*) Herforden. Epiſcopi (*y*), quod vos occaſione privilegii ab Apoſtolica ſede vobis indulti (*z*), non ſemel tantum in anno, ſed frequenter Epiſcopatum ſuum (*aa*) viſitatis, & interdictas eccleſias aperitis, ubi divina (*bb*) officia celebratis [*cc*]. Addit ad hoc (*dd*), quod vos corpora defunctorum, ſi qua inhumata jacuerint, dum excommunicati non (*ee*) deceſſerint, eccleſiaſticæ * dicimini tradere ſepulturæ (*ff*). Quoniam igitur non decet vos aliquatenus uſurpare, quod non eſt vobis indultum, cum privilegium meretur amittere (*gg*), qui permiſſa ſibi abutitur (*hh*) poteſtate, d. v. per A. s. pr. m. qua. (*ii*) ſic tenorem (*kk*) privilegii conſervetis, quod ejus metas in his (*ll*), vel in aliis (*mm*) tranſgredi minime videamini, nec niſi ſemel in anno in eccleſiis interdictis divina præſumatis officia (*nn*) celebrare, ſcituri pro certo, quod ſi ſecus non quod arbitramur (*oo*) feceritis, vos a præſumptione veſtra artius auctore domino compeſcemus.

* *Eccleſiaſticæ traditis ſepulturæ.*

## CAPUT VIII.

*Idem Epiſcopis, Archidiaconis [pp], & aliis eccleſiarum prælatis per Galliam conſtitutis.*

Non ponit. Poſt conc. Lat. p. 44. cap. 7.

SAne quoniam a prædeceſſoribus noſtris, & a nobis ſtatutum eſt (*qq*), ut ipſos (*rr*) excommunicare, vel oratoria ſua interdicere nemini liceat, vobis præſentium auctoritate injungimus, atque præcipimus, ut prædictos hoſpitalarios Hieroſolymitanos [*ſſ*], aut eccleſias (*tt*) ſuas interdicere, vel excommunicare nullatenus præſumatis.

## CAPUT IX.

*Idem Abbati, & monachis S. Andreæ [uu].*

SI de terra, quam habetis in parochia d. v. jam c. 6. eod.



*a Diſpenſante*, Barcin. ſolus. *b Tamquam* pro *quamquam*, unus Tarrac. non recte.

*c Simus* pro *ſumus*, concil. & Contius. *d Spectant* pro *ſpectent*, vetus Tarracon. & Cont. *ad virtutem ſpectant*, *& decorem*, concil. *e* Mendoſe in concil. prioris edit. eſt *radicare*: in poſter. ut editum eſt.

*f Probibitionem*, Cont. *contra probibitionem Eccleſiaſticam præſumunt tradere humanæ Chriſtianæ ſepulturæ*, conc. non ſine mendo. *g Illis*, concil. *quoniam grave ſit eis*, Cont. *h Pro ſuis*, concil. & Cont.

*i Unde quoniam*, tres Tarrac. & concil. & Cont. non male. *k Diſcretioni tuæ &c. quatenus*, concil. (*f. v. per A. ſ.*) *mandamus quatenus*, Contius. *l Et* pro *ac*, concil. *cohorteris*, pro *moneas*, *ac horteris*, vetus Tarrac. *commoneas*, Barcin. *hoſpitalariis præcipias*, Raimund. & Cont. *m* Vox *eis*, non eſt in concil.

*n* Vox *eccleſiarum*, non eſt in concil. eſt in Gregor. *o Extra cœmeteria ipſos penitus eiiciant*, concil. *extra cœmeteria eiiciant*, vetus Gregor. ante eadem verba addunt vocem *eos*, alter Gregor. & Cont. & alii.

*p* Vox *ipſa*, in vetus Tarracon. ſolo non eſt: vox *penitus*, olim in altero Tarrac. non fuit.

*q Tu* pro *in*, Barcinon. aptius, & concil. *tu hoc*, Raimund. omiſſa voce *ipſum*.

*r De eis*, unus ex veteribus Gregor. ſolus. *s* Vox *tibi*, neque in concil. eſt, neque in Gregor.

*t Auctoritate noſtra*, *& appellatione remota*, concil. omnia omittunt Raimund. & Cont.

*u* Vox *nobis*, in concil. non eſt. *x Fratris noſtri*, tres Tarracon. & concil. apertius.

*y Hereforden. Epiſcopi*, concil. & in margine *Eborac. Archiepiſcopi.* *z* Vox *vobis*, eſt in concil. non eſt in vet. Tarracon. *aa Ejus*, concil. *bb Ut divina*, concil. *cc Celebretis*, concil.

*dd Hæc*, conc. *Addidit ad hoc*, Barcin. *ee Dummodo* pro *dum*, concil. & Barcin. *dummodo non excommunicati*, tres Tarrac. ſed in uno eorum vox *non*, deleta eſt. *ff Eccleſiaſtici cœmeterii traditis ſepulturæ*, concil.

*gg Mereatur* pro *meretur*, concil. aptius, & Barcin. & duo Tarrac. Hæc Simplicii Papæ verba ſunt epiſt. 2. ut refert Grat. diſt. 74. cap. 7. ut Gregorii refert idem 11. q. 3. cap. 63. ſine nomine alicujus 25. q. 2. cap. 21. in fine. Videndus Burch. lib. 1. cap. 29. & Ivo parte 5. cap. 140. decreti, & Anſelm. lib. 4. cap. 3. & lib. 6. cap. 60. *hh Abutetur*, vetus Tarrac. olim, voce *ſibi*, omiſſa: ut editum eſt, concil.

*ii Diſcretioni veſtræ, &c. quatenus*, concil. *kk* Hæc verba paucis immutatis poſuit Raim. cap. 7.

*ll Vel in his*, concil. *mm* Sic in concil. *vel aliis*, vetus Tarr. *nn* Sic etiam in concil. vox *officia*, non eſt in duobus Tarracon. *oo* Scribendum, *quod non arbitramur*, ut eſt in concil. & in duobus Tarracon. Quod initio hujus capitis in marg concil. eſt. *Pars cap.* IN LITTERIS, QUAS A NOBIS: *ſupra de poteſt. judic.* non ad hoc eſt caput referendum; ſed ad caput proximum *Lexonien. Epiſcopo*, inſcriptum, ut etiam inſcribitur cap. 16. partis 7. titulo de poteſtate judicum delegatorum: ſic inventum eſt, quod quærebamus cap. 1. de confirmatione utili, hoc eſt integra clauſula illius capitis primi, quod eſt in concil. d. parte 44. cap. 10. integra enim clauſula eſt d. cap. 16. & in hac collect. tit. de officio, & poteſt. judicis deleg. cap. 14.

*pp* Sic etiam in concil. *Idem Epiſcopis*, *& Archiepiſcopis per Galliam conſtitutis*, Barcin. & unus Tarrac. *Idem Epiſcopis*, *& Arch. & aliis per Gall. prælatis*, alter Tarrac. *Idem Epiſcopis*, *& Archid. & aliis eccleſiaſticis prælatis per Angliam conſtitutis.* *qq Eſt ſtatutum*, concil. *conſtitutum eſt*, vetus Tarracon.

*rr Ut ſcilicet hoſpitalarios ipſos*, concil. *ſſ Fratres hoſpitalis Hieroſolymitani*, concil. & unus Tarrac. vox *fratres* additur etiam ante verba edita in Barcinon. *Hieroſolymitanos hoſpitalis*, habet alter Tarracon. *hoſpi. Hieroſol.* tertius. *tt* Sic etiam in concil. *vel* pro *aut*, unus Tarracon. *uu* Sic in concil. parte 38. cap. 4. tit. de præ-

jam (*a*) per xxx. annos decimas canonicis de Plautio perſolviſtis (*b*), eas ſibi [*c*] de cetero integre (*d*) oc. & ap. poſt. (*e*) perſolvatis, licet enim privilegiorum Romanæ eccleſiæ beneficio fratribus de Ciſter. (*f*) indultum ſit [*g*], quod de laboribus ſuis nulli decimas, vel primitias (*h*) perſolvere debeant, ex privilegio (*i*) tamen vobis indulto [*k*] tanto tempore detrahere voluiſtis (*l*). Cum liberum ſit unicuique juri ſuo abrenuntiare (*m*), eoque modo non poteſtis vos in hac parte tueri [*n*].

### CAPUT X.

*Idem Ambian. Epiſcopo* (*o*), *pars c. Quod ſedem* [*p*].

c. 7. eod. POrro quoniam (*q*) templarii, & hoſpitalarii multa ſunt (*r*) libertatis prerogativa donati [1] (*s*) non dubitamus, quin aliam libertatem habeant in locis, in quibus antequam ad eos perveniſſent, fuerant habitatores, quod totum ex inſpectione privilegiorum ſuorum (*t*) plenius advertere poteris (*u*), & ſecundum quod inveneris, ita obſerves.

## TITULUS XXIX. DE PURGATIONE CANONICA (*x*).

### CAPUT I.

*Ex concilio Agathen.* [*y*]

SI quis presbyter vitæ ſuæ negligens, pravis exemplis mala de ſe ſuſpicari permiſit [*z*], De purgat. can. c. 2.
& populus ab ipſo juramento (*aa*), ſeu banno Chriſtianitatis conſtrictus [*bb*] infamiam ejus patefecerit, & certi accuſatores (*cc*) criminis ejuſdem (*dd*) defuerint [*ee*], admoneatur (*ff*) primo ſeorſum ab Epiſcopo, deinde ſub duobus, vel tribus teſtibus, ſi non emendaverit (*gg*), Epiſcopus eum (*hh*) publica increpatione admoneat. Si vero non ſic ſe (*ii*) correxerit, ab officio ſuſpendatur uſque ad dignam (*kk*) ſatiſ-

(1) Alii, *dotatis.*

præſcriptionibus; *ſancti Andreæ*, tres Tarracon. *ſancti Andreæ Ciſtercien. ordinis*, Raim. & Cont.

*a D. N.* vetus Tarracon. *d. H.* alter Tarrac. *de Aba. jam*, tertius; *de N. jam*, Barcin. *de Bretevuelle jam*, concil. plenius: *canonicorum de Plancejo*, vetus Gregor. *Plautio*, alter vetus, & Cont. & alii.

*b Eis decimas perſolviſtis*, Raimund. & Cont. *Perlautio* pro *Plautio*, vet. Tarrac. *vel eo amplius decimas ſine reclamatione aliqua ſolveritis; & hoc anno eas canonicis de Planio, poſt appellationem ad nos factam, contra juſtitiam ſubtraxiſtis*, concil. multo plenius. *c Eis ſibi*, vetus Gregor. ſolus: vox *ſibi*, in duobus Tarr. non eſt.

*d* Sic etiam Raim. *& ſine moleſtatione*, addunt concil. *e Occaſione, & appellatione poſtpoſita, & quas noſcimini ſubtraxiſſe, integre reſtituatis*, concil. prioris edit. Surius addidit verbum *perſolvatis*, poſt vocem *poſtpoſita.* Omnia omittunt Raimund. & Cont. *occaſione* pro *oc.* unus Tarrac. *poſtpoſita* pro *poſt.* tres Tarrac.

*f Ciſtren.* duo Tarrac. in quorum altero vox *de* expuncta eſt: *fratribus de ordine Ciſtren.* Barcin. *fratribus Ciſtercien.* vetus Gregor. *fratribus Ciſter. ord.* alter vet. Raim. liber. *Ciſtercien. ordinis*, Cont. & alii: *fratribus de Ciſteus*, concil. prioris edit. non optime: *fratribus Ciſtercien. ordinis*, Surius. *g Fuerit*, concil. & Raim.

*h* Sic etiam in concil. *nullis* pro *nulli*, duo Tarrac. *nullas decimas*, Raimund. & Cont. aliis omiſſis.

*i* Sic in concil. prioris edit. *de* pro *ex*, Raim. & Surius. *k* Sic etiam in concil. vox *vobis*, non eſt in Gregor. *l Vobis*, addit Raimund. ante verbum *detrahere. Voluiſtis vobis detrahere*, vetus Tarracon. *tanto vobis tempore detrahere voluiſtis*, duo alii Tarracon. *tanto tempore ſubtrahere noluiſti*, concil. prioris edit. non recte *ſubtrahere voluiſtis*, Surius mendoſe, ſi *noluiſtis*, ſcripſiſſet, ferendum erat.

*m Renuntiare*, tres Tarracon. & concil. & Raim. *n* Verbum *vos*, in uno veteri Gregor. non eſt: alter vetus id habet, & editi. *Eoque vos modo non poteſtis* &c. duo Tarrac. *modo non poteſtis, vel in hac parte, vos tueri*, concil. prioris edit. ut editum eſt Surius, & Cont. & alii. Poſt hujus capitis verba additur in concil. *Sane niſi nos vos, & ordinem veſtrum tantum diligeremus, graviter adverſus vos moveremur; nec poterimus aliquatenus relinquere impunitum, ſi nobis conſtaret, quod poſt appellationem ad nos factam manus veſtras exinde extendiſſetis ad prædictas decimas ſurripiendas.* Ea verba pertinent ad titulum de appellationibus.

*o* Sic multi Gregor. *Abian.* duo Tarracon. & vetus Raimund. liber.

*p* Hæc omittunt Raim. & Cont. Integra clauſula exſtat ſub titulo de frigidis cap. 3. *Abianen. Epiſcopo*, inſcripto, & in concil. parte 50. cap. 28. *Ambienſi Epiſcopo*, ſunt autem multa capita ex eodem reſcripto ſumpta, ut apparet ex d. cap. 28. & cap. 29. ejuſdem partis. *q Porro quamvis*, Raimund.

*r Sint*, Raim. *s* Sic omnes libri duobus exceptis, altero Tarracon. altero Gregor. veteri, in quibus *donati*, olim fuit, hodie *dotati.* *t* Sic duo veteres Gregor. vox *ſuorum*, omittitur a Contio, & aliis editis.

*u Potes*, unus Tarracon. & Raim. Poſt verba hujus capitis additur in Cregor. *Sic enim eos volumus privilegiorum ſuorum ſervare tenorem, quod eorum metas tranſgredi non videantur:* ſic eſt in veteri libro: *minime tranſgredi videantur*, habet alter vetus: *tranſgredi minime videantur*, Cont. & alii. Sumpta autem ſunt hæc verba ex cap. 7. quod totum omiſſum fuit a Gregor. IX. *x Vel vulgari*, addit vetus Gregor. quæ in Contiano, & aliis non ſunt. *y* Sic etiam Raim. & Cont. *Agamen.* vetus Tarrac. non recte: *cap.* 4. addit Burch. lib. 2. cap. 181. & Ivo lib. 5. tit. 1. cap. 1. Panorm. de teſtibus ſola infamia abſque teſtibus accuſatis: & parte 6. cap. 226. decreti. In concil. hoc caput additum eſt ex libro 5. Ivonis.

*z Permiſerit*, duo Tarrac. & Burch. & Ivo utrubique, & Raim. *aa Epiſcopo* pro *ipſo*, ſcribendum, ut habent Burch. & Ivo, & Raim. & tres Tarrac. in quorum uno poſt vocem *Epiſcopo*, additur, *ſub*, manu recenti.

*bb* Sic Burch. & Ivo: *aſtrictus*, duo Tarracon. & Raim. *cc* Sic Burch. & Ivo d. parte 6. *criminatores*, Panorm. *certique accuſatores*, Raim. *dd Ejus*, Burch. edit. Ivo, & duo Tarrac. *cauſæ ejus*, Burch. vetus liber: *criminum ejus*, vetus Gregor. ut editum eſt, Cont. & alii. *ee Defuerunt*, Panorm. tantum.

*ff Admoneantur*, Ivo in Pan. ſolus. *gg* Sic Burch. & Ivo: *& ſi non emendaverint*, vet. Greg. *& ſi non emendaverit*, Cont. & alii: *ſe*, additur in uno Tarr. ante verbum *emendaverit*, non male. *hh* Ante hæc verba eſt apud Burch. & Ivon. *in conventu presbyterorum*, ea verba non ſunt in Greg. *cum* pro *eum*, eſt in Pan. & in vet. Greg.

*ii Neque ſic ſe*, Burch. editus, & Ivo in Panorm. & Raim. & duo Tarrac. ſed in altero vox *ſe* aliquando deſiderabatur: *neque ſic*, Ivo in decr. & tertius Tarr. & Burch. vetus liber, *ſe*, omiſſo. *kk Ad condignam*, Raim. ſolus. Poſt verba hujus capitis addit Burch. *Si autem accuſatores legitimi non fuerint, qui ejus crimina manifeſtis indiciis probare contenderint; & ipſe negaverit: tum ipſe cum ſeptem ſociis ſuis ejuſdem ordinis, ſi valet, a crimine ſemetipſum expurget. Diaconus vero, ſi eodem crimine accuſatus fuerit, ſemetipſum cum tribus expurget:* ſic etiam Ivo in Panorm. his exceptis, pro *tum ipſe* &c. *tunc ipſe cum ſociis VII. ejuſdem*, omiſſa voce *ſuis*; & *ſeipſum*, pro voce *ſemetipſum*, priore. Idem Ivo in decreto habet *tunc* pro *tum*, & poſt vocem *ordinis*, addit *ſui:* cetera, ut Burch. Leguntur eadem verba apud Grat. 2. q. 5. cap. 12. ex concilio Agathenſi, quibuſdam immutatis. *Si legitimi accuſatores crimina ſacerdotis probare non potuerint, & ipſe negaverit, cum ſeptem ſociis ſui ordi-*

tisfactionem, ne populus fidelium in eo ſcandalum patiatur.

## CAPUT II.

*Ex concilio Meldenſi* (*a*).

cap. 3. e. MOniales ſi libidinibus (*b*) inſervire accuſantur (*c*), & manifeſte detegi non valuerint, erga regulam (*d*), ſuæ opinionis malam famam (*e*) canonice (*f*) purgare cogantur.

## CAPUT III.

*Ex concilio Melden.* (*g*)

c. 4. eod. SI quis de gradu (*h*) eccleſiaſtico raptoribus alienarum ſponſarum, ſe conſenſorem, vel interventorem manifeſte prodiderit; a proprio gradu repellatur (*i*), & ſi veriſimilibus (*k*) exinde ſuſpicionibus fuerit propulſatus (*l*), canonice ſe purget (*m*).

## CAPUT IV.

*Innocentius Papa Aquilegienſi Patriarchæ* (*n*), *& Epiſcopo Mant.* (*o*)

QUotiens frater noſter A. Tridentinus (*p*) Epiſcopus in noſtra, & veſtra de ſimonia impetitus ſit præſentia (*q*), prudentiam veſtram (*r*) latere non credimus, cujus cauſam (*s*) in præſentia noſtra (*t*) ventilavimus: producti ſunt apud eum (*u*) accuſatores, & una voce ſcriptum afferentes (*x*), nec teſtes ſecundum formam canonum (*y*) producere potuerunt, quod (*z*) eccleſiam beati Petri de Paſorum (*aa*) presbytero Paulo dederit (*bb*) pro quattuor modiis de frumento (*cc*), quos ab ejuſdem (*dd*) eccleſiæ laicis acceperit (*ee*). Unde cap. 5. eod.

quia

*ordinis*, *ſi valet*, &c. ut Burch. *Non poterunt*, pro *non potuerint*, eſt in vet. Grat. libro: *& ſociis ſuis ejus ordinis*, *non potuerunt*, eſt in altero veteri libro, & alia, ut ſupra. Raimundus hæc omiſit, ut Bern. Papien. cum tamen his omiſſis cetera ad titulum non pertineant. *a* Sic etiam Raim. & Cont. *cap.* 2. addit Burch. lib. 8. cap. 50. & Ivo parte 7. cap. 68. decreti: ſed in conciliis eſt *cap.* 70.

*b* Ante hæc verba addi potuit: *Pars c.* UT ILLÆ, quæ ex concil. & Burch. & Ivone. Integra clauſula hæc eſt: *Ut illæ, quæ quaſi ſanctimoniales ſub velamine religionis degere cognoſcuntur; ſed potius juxta Apoſtolum, in deliciis viventes, mortuæ in divinis oculis computantur, libidinibuſque, & ceteris carnis voluptatibus inſervire accuſantur; ſi manifeſte detegi potuerint, Epiſcopali auctoritate, & Regia poteſtate in talibus locis reſidere ſub teſtimonio religioſo cogantur; ubi pœnitentiam ſi fecerint dignam, adſequantur etiam fructuoſam. Si autem manifeſte detegi* &c. ſic in concil. *Degere videntur*, eſt apud Burch. & omittuntur illa verba, *juxta Apoſtolum*, & poſt verbum *computantur*, habet hæc, *per provincias diſcurrentes, curioſæ, & verboſæ, ſi libidinibus ceteriſque* &c. & *ſi enim* pro *ſi autem*, non recte. Ivo, ut Burch. qui ad vocem *curioſæ*, habet in marg. *otioſæ*; utraque vox eſt apud Paulum, Raim. ut editum eſt. Verba Apoſtoli Pauli ſunt ex epiſt. 1. ad Timotheum cap. 5.

*c* Sic vetus Gregor. *accuſentur*, alter vetus, & Contius, & alii.

*d* Sic etiam Raimund. vox *regulam*, in duobus Tarracon. aliquando non fuerat, quod ferri potuit: *erga eccleſiam*, concil. & Barcin. & Burch. & Ivo, non male. *e Infamiam*, unus Tarrac. ſolus.

*f Legaliter*, eſt in concil. tantum. Poſt verba hujus capitis additur in concil. *& ut religioſius de cetero vivant Epiſcopali decreto, & Regia poteſtate coerceantur*: poſt verbum *vivant*, addit Burch. *& in monaſteriis converſentur*: apud Ivonem eſt *conſerventur*, quod non æque placet. Mox addunt, quæ in concil. non ſunt: *De his etiam Apoſtolus dicit*: QUÆ CUM FORNICATÆ FUERINT IN CHRISTO NUBERE VOLUNT: ſic Burch. *enim* pro *etiam*, Ivo: Pauli locus eſt d. epiſt. 1. ad Timotheum cap. 5. his verbis: Νεωτέρας δὲ χήρας παραιτοῦ. ὅταν γὰρ καταστρηνιάσωσι τοῦ Χριστοῦ γαμεῖν θέλουσιν, ἔχουσαι κρίμα, ὅτι τὴν πρώτην πίστιν ἠθέτησαν. *Adoleſcentiores autem viduas devita. Cum enim luxuriatæ fuerint, in Chriſto nubere volunt, habentes damnationem, quia primam fidem irritam fecerunt.*

*g* Sribendum, *Ex eodem*, ut eſt in duobus Tarr. & in Barcin. & in Gregor. ſed malim, ut mutetur ordo, & hoc caput, quod ſumitur ex c. 68. præponatur capiti 2. ſumpto ex c. 70. d. concilii Meldenſis. Ita hæc inſcriptio non mutabitur, ſed inſcriptio capitis 2. Apud Burch. lib. 9. c. 32. & Ivon. parte 8. c. 170. decreti non recte eſt, *ex concilio Meldenſi cap.* 5. ut ex conciliis conſtat. *h* Sic etiam Raim. & Cont. addi potuit, *Pars cap.* DE HIS, QUI. Integram clauſulam infra ſcripſimus: *De his, qui ſponſas alienas rapiunt, vel conſenſu parentum accipiunt, antiqua, & ſynodalis ſententia obſervetur.* Et poſt alia: *Si vero, quod non optamus, de gradu eccleſiaſtico talibus nuptiis ſe* &c. ſic in concil. Apud Burch. omittuntur hæc verba, *vel conſenſu parentum accipiunt*: item apud Ivonem. Mendoſe autem *antequam* pro *antiquam* habet Ivo.

*i* Sic in concil. & apud Ivon. & Raim. *repellantur*, unus Tarr. & Burch. editus non optime; ſed in veteri libro eſt, *repellatur*. *k* Sic Burch. & Ivo, & Raim. & concil. *& ſi in ſimilibus*, duo Tarrac.

*l Compulſatus*, vetus Gregor. ſolus. *m* Sic Burch. & Ivo; *expurget*, Raim. *& canonice nequiverit approbari; ſecundum ſanctorum patrum ſtatuta, ſe purgare cogatur*, Cont. plenius. *n Aquilejenſi* pro *Aquilegienſi*, concil. parte 50. cap. 57. & Grat. ſive Palea 2. q. 5. cap. 17. in veteri editione, ut edidimus: *Aquilienſi*, Barcin. & duo Tarr. non recte. *Aquilen.* tertius Tarr. *Aquilan.* vetus Gregor. *Aquil.* alter vetus. *Innocen. Papa III. Aquilegienſi Patriarchæ*, Cont. & alii mendoſe. *II.* pro *III.* malim. Ante hoc caput eſt in ſolo Tarrac. veteri hic titulus: *De purgatione Epiſcopi.* *o Mantuano*, Raim. & Grat. & Barcin. & unus Tarr. *Matur.* alter Tarr. omittuntur omnia in tertio Tarr. & in concil. *p Attridentius* pro *A Tridentinus*, Barcin. non recte. *Adiſpertinus Tudertinus*, concil. plenius. *Tridentinus*, Surius in marg. *Quotiens Tridentinus*, Raim. & Cont. aliis omiſſis. Litteram, ſive vocem *A.* omiſit Grat. cetera, ut edita ſunt. *q* Vox *præſentia* poſt vocem *veſtra* ſcripta eſt aptius in duobus Tarr. & apud Grat. *& in noſtra, & in veſtra præſentia fuerit de ſimonia impetitus*, concil. *de ſimonia impetitus ſit*, Raim. & Contius, aliis omiſſis. *r Tuam*, duo Tarr. & concil. non optime; *vos*, Raim. ut editum eſt, Grat. *s Cujus cauſa in noſtra tandem ventilata præſentia*, concil. *cujus cauſa tandem in noſtra præſentia ventilata*, Grat. omittunt hæc Raim. & Cont. *t Alias veſtra*, unus Tarr. ſolus.

*u* Hæc in concil. non ſunt; *adverſus eum*, Grat. aptius. *x Viva voce, & ſcripto aſſerentes, quod*, Grat. apertius; *& teſtes viva voce, & ſcripto accuſantes eum, eo quod*, concil. non ſine mendi ſuſpicione; *viva* pro *una* aptius videtur; *aſſerentes*, pro *afferentes*, Barcin. & duo Tarr. non male; *ſed accuſatores ſcriptum afferentes, teſtes* &c. multi Gregor. *aſſerentes*, unus vet. Raimund. liber ſolus. *y* Sic duo veteres Gregor. *canonicam*, Cont. & alii. /z *Nequiverunt* pro *potuerunt*, duo veteres Gregor. *nequiverunt, ſcilicet quod*, Cont. & alii.

*aa Paſſorum*, duo Tarr. *S. Petri de Paſo*, conc. *beati Petri*, duo veteres Gregor. aliis omiſſis; *ſancti Petri*, Cont. & alii: *ſancti Petri de Pado*, Grat. *bb Dedit*, concil. *P.* pro *Paulo*, Raim. cetera, ut edita ſunt: ut editum eſt, Grat. *cc Modiis frumenti*, Barcin. & tres Tarracon. & Grat. & Raim. *pro mittendis modiis frumenti*, concil. prioris edit. *quattuor*, addit Surius ante vocem *modiis*. *dd* Recte Cont. addit a Raim. præterita, quæ ſunt apud Grat. *quos ab eadem eccleſia*, concil. *quod* pro *quos*, unus Tarr. *ee* Sic etiam Grat. *accepit*,

Cont.

quia (*a*) nec accuſatores, nec teſtes (*b*) ſecundum formam canonum, & ſtatuta ſanctorum patrum (*c*) in cauſam ipſam (*d*) procedere potuerunt; communi [*e*] fratrum noſtrorum (*f*) conſilio (*g*) judicamus, ut tertia manu ſui ordinis, & quattuor (*h*) Abbatum, & religioſorum (*i*) ſacerdotum de ſupradicta (*k*) ſimonia in veſtra præſentia (*l*) ſe debeat expurgare (*m*. Porro expurgationis (*n*) tenor erit hujuſmodi (*o*). Idem Epiſcopus (*p*) ſuper ſancta (*q*) evangelia (*r*) primum jurabit pro eccleſia (*s*) ſancti Petri de Pa. (*t*) presbytero Paulo danda [*u*], nec ipſe per ſe, nec per ſubmiſſam perſonam, nec aliquis pro eo (*x*) ſe ſciente pretium receperit [*y*], deinde expurgatores [*z*] ſuper ſancta evangelia (*aa*) jurabunt ſimiliter, quod ipſi (*bb*) credunt, quod verum juravit.

## CAPUT V.

*Lucius III.* (*cc*)

c. 8. eod. EX tuarum intelleximus continentia litterarum, quod cum H. (*dd*) presbyterum latorem præſentium [*ee*], quia infamabatur de homicidio, communicato (*ff*) fratrum conſilio in Epiſcopatu tuo (*gg*) a ſacerdotali officio (*hh*) ſuſpendiſſes, bonæ memoriæ [*ii*] prædeceſſoris tui litteras tulit in medium, quibus apparuit eum judicio (*kk*) aquæ frigidæ ſuam innocentiam purgaviſſe, & Epiſcopum eum ſuis (*ll*) litteris abſolviſſe, ſcholaris †, & qui [*mm*] homicidium inſtigante diabolo perpetraverat [*nn*], immunem ſeipſum a crimine (*oo*), tactis ſacroſanctis evangeliis affirmavit (*pp*). Quia vero cum (*qq*) peregrina judicia ſacris canonibus ſint inhibenda (*rr*), purgationem, quam præſtitit (*ſſ*) ſufficere non putamus (*tt*), f. t. per A. s. m. qua. (*uu*) ſi accuſatores minime idonei inventi fuerint [*xx*], qui eum homicidio convincere poſſint (*yy*), ut cum VII. aut V. manu (*zz*) ſui ordinis, ſicut expedire cognoveris, per purgationem [*aaa*] canonicam innocentiam ſuam (*bbb*) oſtendat, injungas [*ccc*], quam cum [*ddd*] præſtiterit, ſuſpenſionem ſine mora, & difficultate relaxes [*eee*], & eum teſtimonii boni adnuntians (*fff*), ab infamia homicidii nullius cont. vel ap. ob. (*ggg*) auctoritate noſtra fretus (*hhh*) abſolvas. Is autem, qui

Cont. *ſuſcepit*, concil. *a* *Verum quia*, tres Tarr. *Verum quoniam*, concil. Grat. & Cont.
*b* Sic Grat. *neque teſtes*, *neque accuſantes*, concil. *c* Mutant ordinem verborum Grat. & Cont. vox *ſanctorum* non eſt in vet. Tarracon. *ſanctorum patrum*, concil. aliis omiſſis. *d* *In cauſa ipſa*, Grat. & Cont. *illa*, concil. *e* *De communi*, unus Tarrac. ſolus. *f* Vox *noſtrorum* in concil. tantum non eſt.
*g* *Concilio*, Grat. non recte. *h* Sic etiam Grat. & duo veteres Gregor. *& quarta manu*, concil. non male; *& quarta*, Cont. & alii. *i* *Vel* pro *&*, concil. tantum prioris edit. *&*, Surius.
*k* *De prædicta*, concil. ſolum. *l* Hæc omittunt Raim. & Cont. habent ceteri.
*m* Sic Grat. *debeat ſe purgare*, Raim. *ſe expurgaret*, concil. prioris edit. *ſe expurget*, Surius; *ſe deberet purgare*, unus Tarrac. *ſe debeat purgare*, duo alii Tarrac. *n* Sic etiam Grat. *purgationis*, concil. & Raim.
*o* Sic omnes præter concil. in quibus eſt, *erit hic*. *p* Sic Grat. & concil. vox *Idem* a Raim. & Cont. eſt omiſſa. *q* *Supra* pro *ſuper*, duo Tarrac. tantum. *r* *Dei evangelia*, Raimund. & Surius ſoli.
*s* *Quod*, ante hæc verba addunt Barcin. & duo Tarrac. & Grat. & concil. & Gregor. IX.
*t* *Paſ.* unus Tarracon. *Pajo*, concil. *Pado*, Grat. omittunt hæc Raim. & Cont.
*u* Sic Grat. *P.* pro *Paulo*, Raimund. *a presbytero Paulo de Ada*, concil. non optime.
*x* *Nec quis*, vet. Tarrac. *neque aliquis*, alii duo Tarr. *nec pro eo alius*, concil. *neque alius pro eo*, Grat. ut editum eſt, Raim. *y* Sic Grat. *acceperit*, concil. *recepit*, duo Tarr. & Raim. *z* Sic etiam Grat. *deinde vero purgatores*, concil. *deinde purgatores*, Raimund. *aa* *Supra* pro *ſuper*, quattuor Tarr. & vetus editio Grat. *Dei evangelia*, Grat. & Raimund. & Surius; *ſuper ſacroſancta evangelia*, concil. prioris edit.
*bb* *Scilicet, quod ſicut ipſi credunt, verum juravit*, Grat. *quod ipſi credunt verum eſſe, quod ipſe juraverat*, concil. *quod ipſi credunt eum verum juraſſe*, Raim. Poſt hujus capitis verba Grat. ſive Palea ſolus multa addit, quorum initium eſt: *Nos itaque cauſæ hujus ſeriem committentes prudentiæ veſtræ, mandamus vobis; ut congruo loco in unum convenire curetis* &c. Mirum autem videtur; cur eadem capita, quæ apud Grat. leguntur, in hac collectione, & in Gregoriana repetantur. Hoc tamen caput in multis veteribus Grat. libris non inveni.
*cc* Sic etiam Raimund. & Cont. *Curen. Epiſcopo, in regiſtro*, addunt concil. d. parte 50. cap. 50.
*dd* Vox *cum* in duobus Tarr. non eſt; habent alii. *ee* *L. Præ.* concil. prioris edit. obſcurius omittunt hæc Raim. & Cont. & Suriana concil. editio. *ff* Hæc omittunt Raimund. & Cont. ſunt in concil.
*gg* Sic in conc. omittunt Barcin. & Raimund. & Cont. *hh* Hæc neque in concil. prioris edit. ſunt, neque in Barcin. habet Raim. & Surius. *ii* Carent etiam his concil. & Gregor. collectio.
*kk* *Cum* pro *eum*, vetus Tarr. ſolus. *ll* *Suis eum*, vetus Tarr. & Raim. *ſuis illum*, concil.
*mm* *Etiam* pro *&*, ſcribendum, ut eſt in tribus Tarr. & in concil. in quibus eſt, *ſcholares*: omittunt hæc Raimund. & Cont. *nn* *Perpetraverant*, conc. *oo* *Immunem a crimine ipſum*, duo Tarr. aptius; *immunes ipſos a crimine*, concil. non optime; *forte immunem ipſum*, in marg. *pp* *Affirmaverunt*, concil.
*qq* Sic etiam in concil. voce *cum* caret Greg. IX. *rr* *A ſacris* pro *ſacris*, Barcin. & tres Tarr. *a ſacris canonibus ſunt inhibita*, concil. prioris edit. *ſint* pro *ſunt*, Surius; *ſunt inhibita*, Raim. & Cont. aliis omiſſis.
*ſſ* Sic etiam Raim. *quam præſtiterunt*, concil. *tt* *Putantes*, Raimund. *non ſufficere putamus*, concil. prioris edit. *putantes*, Surius. *uu* *Fraternitati tuæ per Apoſtolica ſcripta mandantes*, *quatenus*, conc. prioris edit. *mandamus*, poſterior editio; *pr. m.* pro *m.* duo Tarr. *mandamus*, *quatenus*, Raim. & Cont. aliis omiſſis.
*xx* *Idonei minime apparuerint*, tres Tarrac. & concil. *idonei non apparuerint*, Raimund.
*yy* *De homicidio*, Barcin. aptius, & duo Tarr. *poſſunt* pro *poſſint*, unus olim Tarrac. *qui eundem de homicidio convincere poſſint*, conc. omnia omittunt Raimund. & Cont. *zz* Sic Raim. *ſeptima*, *vel quinta manu*, concil.
*aaa* *Propter*, vetus Tarrac. pro *per*, ſolus. *bbb* Vox *ſuam* non eſt in concil. eſt in Gregor.
*ccc* Sic in concil. prioris edit. *ſibi injungas*, Raim. & Surius parum eleganter.
*ddd* Sic in concil. & in Gregor. *quod cum*, Barcin. & vetus Tarracon. *qui cum*, alter Tarrac.
*eee* Sic etiam in conc. *relaxans*, unus Tarr. *ſine difficultate relaxes*, Raim. & Cont. aliis omiſſis.
*fff* Sic in concil. & in vet. Gregor. vox *adnuntians*, omittitur in vet. Tarracon. *boni teſtimonii annuntians*, duo alii Tarrac. & alter vetus Raim. liber: *teſtimonii boni virum annuntians*, Cont. & alii.
*ggg* *Contradictione, vel appellatione obſtante*, concil. apertius. *hhh* Hæc omittunt Raim. & Cont. ſunt in conc.

qui (*a*) infamatur (*b*), ſeſe immunem a crimine homicidii præſtito juramento firmabit, & purgatores, quod eum [*c*] credant verum juraſſe, jurare debebunt.

## CAPUT VI.

*Idem Winton. Epiſcopo* (*d*).

c. 9. eod. CONſtitutus in præſentia noſtra P. diaconus de Botha. (*e*) ſua nobis aſſertione monſtravit &c. & infra (*f*). Præterea illud nobis non modicam admirationem inducit [*g*], quod purgationem oblatam recipere (*h*) noluiſti, niſi prius commendaſſes nomina ſingulorum, qui jam dictum (*i*) P. purgare volebant, & de nationibus [*k*], & de ceteris ſupradictis (*l*) prius inquireres (*m*) diligenter, tamquam eſſes ordinationem [*n*] facturus: utinam ſic diſcuteres ordinandos: ſane in purgationibus faciendis cum ſatis ſit illi, qui purgando exhibet (*o*) juramentum, ſi ſecundum propriam conſcientiam, & opinionem jurat [*p*], quod purgandus a crimine ſit immunis, & bonum (*q*) exhibuit juramentum, ſi purgatores ab eccleſia tolerentur, & ſunt (*r*) bonæ famæ in ſuis (*s*) ordinibus miniſtrantes, nec in judicio pro crimine (*t*) condemnati, proculdubio ſunt abſque ullius indagine (*u*) admittendi.

## CAPUT VII.

*Alexander * Eurien. Epiſcopo* (*x*).

* Genuenſi, Cujac. c. 6. eod. & ſup. de offic. ord. c. 4. in hac collect. * Cum, Cuj. * Debemus, Cujac.

IDeo * 1) inter alios [*y*] præminemus ſuprema licet immeriti dignitate, * ut debeamus, quæ dubia ſunt, declarare, & ſingulorum conſultationibus quantum nobis dominus [*z*] miniſtraverit, ſollicite reſpondere, ut quæſtiones ſub examine Rom. eccleſiæ terminentur, quæ inter alias (*aa*) eccleſias diſponente domino obtinet principatum. Unde quia nos tua fraternitas conſulere voluit, utrum Epiſcopus parochianum ſuum publica fama eum accuſante ad purgationem cogere poſſit: conſult. t. taliter reſpondemus; quod ſi de aliquo crimine publica laborat infamia, accuſatore, & teſtibus [*bb*] deficientibus ad purgationem eſt per diœceſanum Epiſcopum compellendus, niſi forte ſuper ipſa (*cc*) cauſa ad ſuperiorem judicem duxerit appellandum. Sane ſi appellaverit (*dd*), ejus parebit [*ee*] judicio, ad cujus examen cauſam voluit (*ff*) per appellationem transferre.

## CAPUT VIII.

*Urbanus III. Archiepiſcopo Turonen. Andegaven.* (*gg*)

AD audientiam noſtram &c. (*hh*) & infra. Non ponitur. Si vero publica, & manifeſta denuntiatione facta infra xl. dies accuſator non apparuerit *ii*), vel etiam in probatione defecerit, prædicto Archidiacono ſecundum quantitatem infamiæ, qua laborat, purgationem canonum (*kk*) imponatis, & ea præſtita, & recepta, ipſum a nota infamiæ abſolutum (*ll*) publice nuntietis, ut ex hoc ejus non poſſit (*mm* aliqua promotio impediri.

## TITULUS XXX. †

## † DE PURGATIONE VULGARI (*nn*).

## CAPUT IX. (*oo*)

*Ex concilio Triburien.* (*pp*)

NObilis homo, vel ingenuus, ſi in ſynodo accuſatur, & negaverit (*qq*), ſi fidelem eſſe eum ſciverit (*rr*), cum xii. ingenuis (*ſſ*) ſe expurget (*tt*). Si antea [*uu*] deprehenſus fuerit in furto, aut perjurio, aut falſo teſti- c. 1. eod.

(1) *Nos igitur.*

*a* Hæc etiam ab eiſdem ſunt omiſſa; credo, quia idem dictum fuit capite proximo: exſtant in concil. vox *autem*, non eſt in uno Tarracon. *b Infamatus*, concil. *c Qui eum*, concil.
*d Wintonien.* vetus Gregor. *Vincen.* unus Tarracon. *Item Lucius tertius*, concil. parte 8. cap. 21.
*e Buthan*, unus Tarrac. *Bochan*, Barcin. & duo alii Tarrac. *Chan*, quartus Tarrac. *Buchan*, concil. omittunt hæc Raimund. & Cont. *f* Sic in concil. Quid poſt hæc ſequeretur, quærendum aliis relinquimus.
*g* Sic Raimund. *adducit*, concil. *h* Sic etiam Raimund. *accipere*, concil.
*i Qui dictum*, Raim. *qui jam dictum*, concil. non recte. *k* Sic etiam Raimund. *de majoribus*, concil.
*l Et ceteris*, concil. aliis omiſſis; *& ceteris circumſtantiis*, Raim. *m* Sic in conc. & in Greg. vox *prius* non eſt in duobus Tarrac. *n Ordinationes*, concil. & Raim. *ordines*, duo Tarrac. *communes ordines*, Barcin.
*o Ut illi, qui pro purgando exhibent*, concil. *illis, qui pro purgando exhibent*, Raimund.
*p Juraverint*, concil. *ſecundum &c. jurare*, Raim. *q* Sic in concil. *vel quod bonum*, Raim.
*r Et ſint*, concil. & Raimund. & duo Tarracon. *s Et in ſuis*, vetus Gregor. ſolus.
*t* Sic in concil. & in Gregor. *pro criminibus*, duo Tarracon.
*u* Sic multi Gregor. *indagatione*, unus ex veteribus Raimund. libris: *ulla indagine*, concil.
*x Alex. III. Exuperio Epiſcopo*, Barcin. *Alex. III. G. Eurure. Epiſcopo*, duo Tarr. *Alex. III. Eurien. Epiſcopo*, tertius Tarracon. *Idem Genuen. Epiſcopo*, cap. 4. de officio, & poteſtate prælati in hac collectione, ubi varietatem notavimus multorum verborum. *y Super* pro *inter*, duo Tarracon. non male.
*z* Vox *nobis*, in duobus Tarracon. non eſt. *aa Super alias*, duo Tarracon. quod placet.
*bb Teſtibus*, duo Tarrac. aliis omiſſis. *cc Illa*, unus Tarrac. *dd Si appellavit*, unus Tarrac.
*ee Apparebit*, unus olim Tarr. non optime. *ff Voluerit per*, duo Tarr. Cetera videantur dicto cap. 4.
*gg* Scribendum, *& Epiſcopo Andegaven.* ut eſt in Barcin. vox *Andegaven.* in vet. Tarr. non eſt. *Euron. Epiſcopo Audoſi*, alter Tarrac. mendoſe. *Curon. Epiſcopo*, tertius non recte.
*hh* Integra clauſula quærenda eſt. Sunt autem multa capita hoc initio conſcripta.
*ii Non comparuerit*, Barcin. & vetus Tarrac. *kk Canonicam*, Barcinon. & unus Tarracon.
*ll Ablutum*, Barc. *mm Non poſſit ei*, duo Tarracon. *nn* Hic titulus in Barcinon. & tribus Tarracon. & in Gregor. eſt: nutat in quarto Tarracon. *oo* Scribo, *Cap.* I.
*pp* Sic etiam Gratian. ſive Palea 2. q. 5. cap. 15. & Raim. cap. 10. addit Burch. *lib.* 16. *cap.* 19. *Démochares cap.* 22. in marg. Grat. ſed eadem verba non ſunt in concil. *Tur.* pro *Triburien.* vetus Tarrac.
*qq* Sic Burchard. & Palea: *accuſatus crimen negaverit*, Raimund. ſine ullo lucro.
*rr Eum eſſe*, vetus Tarrac. & Raim. *ſi eum fidelem eſſe ſciunt*, Burch. aptius: *ſi eum conſtiterit fidelem eſſe*, Palea, non male: vox *eum*, in duobus Tarrac. non eſt. *ſſ* Omittitur hæc vox in vet. Tarrac. ſolo.
*tt* Sic Burch. & Palea, & Raim. *ſe purget*, duo Tarrac. *uu* Sic etiam Burch. *Si autem*, Palea. *Si autem antea*.

ſtimonio, ad juramentum non admittatur (*a*), ſed ſicut (*b*), qui ingenuus non eſt, ferventi aqua, aut candenti ferro (1) ſe expurget (*c*).

CAPUT X. (*d*)

*Ex concilio Magoc.* (*e*)

De pœn. & re. c. 2.

QUI presbyterum occiderit (*f*) xii. annorum pœnitentia (*g*) ſecundum canones imponatur (*h*), aut ſi negaverit (*i*), ſi liber eſt, cum lxxii. juret (*k*), ſi autem ſervus, ſuper duodecim (*l*) vomeres ferventes (*m*) ſe expurget (2) (*n*), convictus noxa (*o*) uſque ad ultimum tempus vitæ (*p*), militiæ cingulo careat (*q*), & abſque ſpe [*r*] conjugii maneat (*s*).

## TITULUS XXXI.

## DE DAMNO DATO [*t*].

CAPUT I.

*In Exodo* [*u*].

De injur. cap. 1.

SI rixati fuerint homines (*x*), & percuſſerit alter proximum ſuum lapide, vel pugno (*y*), & ille mortuus non fuerit, ſed jacuerit in lecto (*z*), ſi ſurrexerit, & ambulaverit foris ſuper baculum ſuum [*aa*], innocens erit, qui percuſſerit (*bb*), ita tamen, ut opera ejus, & impenſas in medicos reſtituat (*cc*).

CAPUT II.

*Idem* (*dd*).

Non ponitur.

SI bos cornu petierit virum, aut mulierem (*ee*), & mortui fuerint, lapidibus obruetur (*ff*), nec comedentur carnes ejus, dominuſque bovis innocens erit (*gg*: quod ſi bos cornupeta fuerit ab heri, & nudiuſtertius (*hh*), & con-

(1) Hæc recte omiſit Gregorius IX.

(2) Hæc omittit Gregorius IX.

*antea*, Raim. *a* Sic Burch. editus, & Palea: *non admittatur ad jusjurandum*, Raim. elegantius: *non admittitur*, Burch. vet. liber. *b Sed ei, ſi ut*, Raim. ſolus. *c* Sic etiam Burch. *vel* pro *aut*, Palea, & unus Tarrac. *expurgat*, pro *expurget*, vetus editio Grat. *purget*, duo Tarrac. *purgatio indicatur*, Raim. & Cont. aptius multo. Triburienſis concil. cap. 22. hæc ſunt: *Si quis fidelis libertate notabilis aliquo crimine, aut infamia deputatur; utatur jure, juramento ſe excuſare. Si vero tanto, talique crimine publicatur, ut criminoſus a populo ſuſpicetur, & propterea ſuperjuretur, aut confiteatur, & pœniteat, aut Epiſcopo, vel ſuo miſſo diſcutiente per ignem candenti ferro caute examinetur.* Examen caldariæ in legibus Gothor. lib. 6. tit. 1. cap. 3. permittebatur. In ſacris etiam libris dabatur aqua ſuſpectæ uxori, Numer. cap. 5. Hodie alio jure utimur. *d* Scribe *Cap.* 2. In veteri Tarracon. additur ante hoc caput titulus his verbis: *Qui presbyterum occiderit*, non recte.

*e Magont.* vetus Tarrac. *Magocienſi*, alter Tarrac. *Mag.* vetus Gregor. *Maguntinenſi*, Cont. & alii. *Mogunti cap.* 24. Burch. lib. 6. cap. 7. *Magonſienſi cap.* 19. Ivo parte 10. cap. 136. decreti. *Maguntinenſi*, *cap.* 24. Grat. ſive Palea 17. q. 4. cap. 24. *ex ſynodo Moguntina ſub Rabano Archiepiſcopo cap.* 24. in conciliis Surianæ editionis.

*f* Sic Burch. & Palea, & Raim. *occidit*, concil. & vetus Tarracon. & Ivo.

*g Excommunicationis*, addit Barcin. *ei communicationis*, unus olim Tarrac. mox altera voce deleta, *ei* relicta eſt: *ei pœnitentia*, concil. & Burch. & Ivo: *pœnitentia ei*, Raim. *XX. annorum pœna*, Palea.

*h* Sic Burch. & Ivo, & Palea, & Raim. *ſecundum ſtatuta priorum imponatur*, concil.

*i* Sic etiam concil. & Burch. & Ivo; *ſi autem negaverit*, &c. Palea: omittunt omnia Raim. & Cont.

*k* Sic Burch. & Ivo, & Palea: *cum XII. juret*, concil. non ſine mendi ſuſpicione: ſimilis numerus in ſynodo adverſus Marcellinum Papam, ubi vocatur *libra occidua*, & in ſynodo Romana ſub Silveſtro conſtitutum eſt, ut non damnetur Præſul, niſi in LXXII. teſtibus. *l* Sic omnes, præter concil. in quibus eſt, *per* pro *ſuper.* *m* Hæc vox in uno ſolo Tarrac. aliquando deſiderabatur. *n* Sic Burch. & Ivo, & Palea: *ſe purget*, concil. & duo Tarrac. *o* Sic Burch. vetus liber, & Ivo, & Palea: *noxæ*, Burch. edit. *convictus vero noxæ*, concil. *convictus*, Raim. & Cont. altera voce omiſſa: *ſi convictus noxa*, vetus Tarrac. „ *noxa*, ideſt *cul*-„ *pa* alia littera habet, *noxius* “, Vincent. *p Vitæ tempus*, concil. & Burch. & Ivo, & Palea: *vitæ ſuæ tempus*, duo Tarracon. *tempus vitæ ſuæ*, liber Barcin. & Raim. *q* Sic omnes præter concil. in quibus eſt, *cingulum deponat.* *r Et uxorem amittat*, concil. ceteri, ut edita ſunt. *s Permaneat*, Burch. vetus liber ſolus.

*t De injuriis, & damno dato*, Raimund. *u* Sic etiam Raimund. & Cont. adde *cap.* 21.

*x* Sic Raim. *aliqui* pro *homines*, unus Tarrac. neutra vox eſt in aliis duobus Tarrac. *viri*, Complut. Lat. & Ivo parte 16. cap. 348. decreti ex capitularibus: Ἐὰν διαμάχωνται δύο ἄνδρες. LXX. *Si rixati fuerint duo viri*, Complut. *Et quando rixati fuerint viri*, Chald. *y* Sic Complut. Lat. & Ivo, & Raim. vox *ſuum*, in vet. Tarrac. non eſt: καὶ πατάξῃ τις τὸν πλησίον λίθῳ ἢ πυγμῇ. LXX. *& percuſſerit aliquis proximum lapide, vel pugno*, Complut. *& percuſſerit vir proximum ſuum lapide, aut pugno*, Chald.

*z Lectulo*, Complut. Lat. & pro *ſed*, Ivo; *ſi*, Raim. καὶ μὴ ἀποθάνῃ, κατακλιθῇ δὲ ἐπὶ τὴν κοίτην. LXX. *& non mortuus fuerit, jacuerit autem in lecto*, Complut. *& non fuerit mortuus, ſed ceciderit in lectulo*, Chald.

*aa* Sic Complut. Lat. & Ivo; *foras* pro *foris*, duo Tarrac. omittunt omnia Raim. & Cont. Ἐὰν ἐξαναστὰς ὁ ἄνθρωπος περιπατήσῃ ἔξω ἐπὶ ῥάβδον αὐτοῦ. LXX. *Si exſurgens homo ambulaverit foris ſuper baculum ſuum*, Compl. *& fuerit otioſus, ſi ſurrexerit, & ambulaverit* &c. ut edidimus, Chald.

*bb* Sic etiam Complut. Lat. *innocens erit*, Ivo aliis omiſſis: omnia Raim. omiſit. Ἀθῷος ἔσται ὁ πατάξας. LXX. *Innocens erit, qui percuſſit*, Complut. *erit innocens percuſſor*, Chald.

*cc Operas*, pro *opera*, Compl. Lat. & tres Tarrac. *ita tamen ut operas, & impenſas ejus in medicis reſtituat*, Ivo; *operas ejus, & expenſas in medicos reſtituat*, vetus Gregor. *impenſas*, alter vetus, & Contius, & alii. Πλὴν τῆς ἀργίας αὐτοῦ ἀποτίσει καὶ τὰ ἰατρεῖα. LXX. *præter otium ejus, ſolvet & medicationes*, Complut. obſcure: *ſed reſtituet id, quod fuit otioſus ab opere, & mercedem medici ſolvet*, Chald.

*dd Idem*, vetus Tarr. *In eodem*, malo: eſt autem in eodem cap. 21. *ee Percuſſerit* pro *petierit*, Compl. Lat. item duo Tarracon. in quibus etiam eſt, *vel* pro *aut.* Ἐὰν δὲ κερατίσῃ ταῦρος ἄνδρα ἢ γυναῖκα. LXX. *Si autem cornu percuſſerit taurus virum, vel mulierem*, Compl. *Et quando bos viri cornu percuſſerit virum, aut mulierem*, Chald. *ff* Sic etiam Compl. Lat. καὶ ἀποθάνῃ, λίθοις λιθοβοληθήσεται ὁ ταῦρος. LXX. *& mortuus fuerit; lapidibus lapidabitur taurus.* LXX. *& mortuus fuerit: lapidatione lapidabitur bos*, Chald.

*gg Coquentur* pro *comedentur*, Barc. *& non*, pro *nec*, Compl. & *dominus quoque* pro *dominuſque* καὶ οὐ βρωθήσεται τὰ κρέα αὐτοῦ, ὁ δὲ κύριος τοῦ ταύρου ἀθῷος ἔσται. LXX. *& non comedentur carnes ejus; at dominus tauri innocens erit*, Compl. *& non comedetur caro ejus, dominus autem bovis erit innocens*, Chald.

*hh Et ſi* pro *quod ſi*, Compl. Lat. Ἐὰν δὲ ὁ ταῦρος κερατιστὴς ᾖ πρὸ τῆς ἐχθὲς καὶ πρὸ τῆς τρίτης. LXX. *Si autem taurus cornupeta fuerit ante heri, & ante tertiam diem*, Compl. duriuſcule. *Si autem bos*, &c. ut edita ſunt,

conteſtati ſunt dominum ejus, nec recluſerat (1) eum (*a*), occidit itaque virum aut mulierem (*b*), & bos lapidibus obruetur, & dominum illius occident (*c*), qui ſi pretium ei fuerit impoſitum (*d*), dabit pro anima quidquid fuerit poſtulatus* (*e*): filium quoque & filiam ſi cornu percuſſerit, ſimili ſententiæ ſubjacebit (*f*), ſi ſervum, ancillamque invaſerit, xxx. ſiclos argenti dabit domino [*g*], bos vero lapidibus obruetur (*h*).

** poſtulatum.*

## CAPUT III.

*Item* (*i*).

c. 2. eod. SI quis aperuit ciſternam, & foderit [*k*], & non operuerit eam, cecideritque bos, vel aſinus in ea (*l*), dominus ciſternæ reddet pretium jumentorum (*m*). Quod autem mortuum eſt, ipſius erit [*n*].

## CAPUT IV.

*Item* (*o*).

SI bos alienus bovem alterius vulneraverit, cap. 3. eod. & ille mortuus fuerit [*p*] vendent bovem vivum, & divident pretium (*q*); cadaver autem mortuum inter ſe diſpertient (*r*). Si autem ſciebat, quod bos cornupeta eſſet ab heri, & nudiuſtertius (*s*), & non cuſtodivit eum dominus



(1) *Recluſerit*, forte.

ſunt, Chald. *a Recluſerit eum*, Compl. Lat. & duo Tarr. *recluſit eum*, tertius Tarr. & Barcin. *fuerint* pro *ſunt*, duo Tarr. & Barcin. καὶ διαμαρτύρωνται τῷ κυρίῳ αὐτοῦ, καὶ μὴ ἀφανίσῃ αὐτόν. LXX. *& conteſtati ſunt domino ejus, & non clauſerit eum*, Compl. pro *clauſerit* malo *occultaverit*. *Et conteſtati ſunt dominum ejus, & non ſervaverit eum*, Chald. *b Occideritque virum, aut mulierem*, Compl. Lat. & Barcin. & tres Tarr. in quorum duobus eſt *vel* pro *aut*. Ἀνέλῃ δὲ ἄνδρα ἢ γυναῖκα. LXX. *occiderit autem virum, vel mulierem*, Compl. *& interfecerit virum, aut mulierem*, Chald. *c Ejus* pro *illius*, Compl. Lat. & vetus olim Tarr. *& dominus ejus occidetur*, alter Tarrac. Ὁ ταῦρος λιθοβοληθήσεται, καὶ ὁ κύριος αὐτοῦ προσαποθανεῖται. LXX. *taurus lapidabitur, & dominus ejus ſimul morietur*, Compl. *bos lapidabitur, dominus quoque ejus interficietur*, Chald. *d Quod ſi pretium fuerit ei impoſitum*, Compl. Lat. & duo Tarr. *quod* pro *qui*, Barcin. & tertius Tarrac. Ἐὰν δὲ λύτρα ἐπιβληθῇ αὐτῷ. LXX. *Si autem pretium redemptionis impoſitum fuerit ei*, Compl. *Si pecuniam impoſuerint ſuper eum*, Chald. *e Anima ſua*, Compl. Lat. Δώσει λύτρα τῆς ψυχῆς αὐτοῦ ὅσα ἂν ἐπιβάλωσιν αὐτῷ. LXX. *dabit pretium redemptionis animæ ſuæ, quæcumque impoſuerint ei*, Compl. *dabit redemptionem animæ ſuæ juxta omnia, quæ impoſuerint ſuper eum*, Chald. *f* Sic etiam Compl. Lat. *vel* pro *&*, unus Tarr. & *ſimiliter huic ſententiæ*, pro *ſimili ſententiæ*. Ἐὰν δὲ υἱὸν κερατίσῃ ἢ θυγατέρα, κατὰ τὸ δικαίωμα τοῦτο ποιήσουσιν αὐτῷ. LXX. *Si autem filium cornu percuſſerit, vel filiam, juxta judicium hoc facient ei*, Compl. ego pro *judicium*, *decretum* malim. *Si autem filium Iſrael cornu percuſſerit bos, aut filiam Iſrael cornu percuſſerit; juxta judicium hoc fiet ei*, Chald. *g Domino dabit*, Compl. Lat. *argenteos domino dabit*, vetus Tarrac. *ancillamve invaſerint*, alter Tarrac. Ἐὰν δὲ παῖδα κερατίσῃ ὁ ταῦρος ἢ παιδίσκην, ἀργυρίου τριάκοντα δίδραχμα δώσει τῷ κυρίῳ αὐτῶν. LXX. *ſi autem ſervum cornu percuſſerit taurus, vel ancillam, argenti triginta didragmas dabit domino eorum*, Complut. *Si autem ſervum, aut ancillam cornu percuſſerit bos; triginta ſiclos argenti dabit domino ſuo*, Chald. Mirum mihi videtur ſiclos didragmas vocari; cum quattuor drachmis Atticis æſtimet Joſephus lib. III. antiquitatum, & Hieronymus Ezechiel. cap. 4. ſed forraſſe didrachmas Alexandrinas, ſeptuaginta cogitabant, quæ terradrachmis Atticis pares eſſent; quippe cum Ptolemæo Regi Alexandrino interpretarentur, & apud Feſtum verbo *talentorum* dici videtur eandem fuiſſe proportionem talentorum, namque Atticum ſex millibus denariorum, Alexandrinum duodecim millibus æſtimabatur.

*h Opprimetur*, Compl. Lat. *& bos*, pro *bos vero*, in duobus Tarr. eſt. καὶ ὁ ταῦρος λιθοβοληθήσεται. LXX. *& taurus lapidabitur*, Compl. *bos autem lapidabitur*, Chald.

*i Idem*, vetus Tarr. *Item in eodem*, duo alii Tarr. *Idem in eodem*, Barcin. *In eodem*, Raim. aptius: adde *cap.* 21. poſt verba *cap.* 2. *k* Sic etiam Complut. Lat. & Ivo d. parte 16. c. 349. ex capitularibus c. 16. & Raim. Ἐὰν δέ τις ἀνοίξῃ λάκκον ἢ λατομήσῃ λάκκον. LXX. *ſi autem aliquis aperuerit ciſternam, vel exciderit ciſternam*, Compl. *Et quando aliquis aperuerit ciſternam, aut quando aliquis vir foderit ciſternam*, Chald.

*l Eas*, unus olim Tarr. *eam*, Ivo, & Raim. & Barcin. & tres Tarr. *aut aſinus in eam*, Compl. Lat. καὶ μὴ καλύψῃ αὐτὸν, καὶ ἐμπέσῃ ἐκεῖ μόσχος ἢ ὄνος. LXX. *& non cooperuerit eam, & inciderit illic vitulus, vel aſinus*, Compl. *& non operuerit eam, cecideritque ibi bos, aut aſinus*, Chald.

*m* Sic etiam Raim. *reddat* pro *reddet*, Barcin. vox *jumentorum* ab Ivone eſt omiſſa, *reddet dominus ciſternæ pretium jumentorum*, Compl. Lat. Ὁ κύριος τοῦ λάκκου ἀποτίσει, ἀργύριον δώσει τῷ κυρίῳ αὐτῶν; LXX. *dominus ciſternæ ſolvet, pecuniam dabit domino eorum*. Compl. *dominus ciſternæ ſolvet argentum, quod reddet domino ejus*, Chald. *n* Sic Complut. Lat. & Ivo; *erit* pro *eſt*, duo veteres Gregor. *eſt*, Cont. & alii. Τὸ δὲ τετελευτηκὸς αὐτῷ ἔσται. LXX. *at mortuum ei erit*, Compl. dure; *& quod mortuum eſt, ipſius erit*, Chald.

*o* Sic vetus Gregor. *Idem*, alter vetus, & Cont. & alii, & vetus Tarr. ego, *In eodem capite*, malo, ſunt autem verba, quæ ſequuntur verba capitis 3. *p* Sic Ivo d. parte 16. c. 350. ex cap. 17. Capitular. *vulneravit* pro *vulneraverit*, Compl. Lat. & vetus Tarr. *Si bos alicujus bovem alienum*, alter Tarr. *Si bos alienus bovem alienum*, tertius Tarr. *Si bos alicujus bovem alterius vulneravit*, Ivo lib. 5. tit. 2. c. 34. them. 11. Panorm. Ἐὰν δὲ κερατίσῃ ταῦρος τὸν ταῦρον τοῦ πλησίον, καὶ τελευτήσῃ. LXX. *Si autem cornu percuſſerit alicujus taurus taurum proximi, & mortuus fuerit*, Compl. *Quando autem percuſſerit bos viri bovem proximi ſui, & mortuus fuerit*, Chald. *q* Sic Compl. Lat. & Ivo utrubique excepto *vendet*, pro *vendent*, Panorm. ἀποδώσονται τὸν ταῦρον τὸν ζῶντα, καὶ διελοῦνται τὸ ἀργύριον αὐτοῦ. LXX. *vendent taurum vivum, & divident pretium ejus*, Compl. *vendant bovem vivum, & dividant pecuniam ejus*, Chald. *r Mortui* pro *mortuum*, Compl. Lat. *diſpertientur*, duo Tarracon. *& cadaver*, Ivo utrubique aliis omiſſis. καὶ τὸν ταῦρον τὸν τεθνηκότα διελοῦνται. LXX. *& taurum mortuum divident*, Compl. *pecuniam quoque mortui divident*, Chald.

*s* Sic etiam Compl. Lat. *Si vero ſciebat dominus ejus, quod bos vitioſus erat*, Ivo utrubique. *Si bos alienus cornupeta eſſet ab heri, & nudiuſtertius*, duo veteres Gregor. *fuerit* pro *eſſet*, Cont. & alii. Ἐὰν δὲ γνωρίζεται ὁ ταῦρος ὅτι κερατιστής ἐστι πρὸ τῆς ἐχθὲς καὶ πρὸ τῆς τρίτης ἡμέρας. LXX. *Si autem cognoſcitur taurus, quod cornupeta eſt ante heri, & ante tertium diem*, Compl. dure. *Si autem notum fuerit, quod bos cornupeta eſt ab heri, & nudiuſtertius*, Chald.

minus ſuus (*a*), reddet bovem pro bove, & cadaver integrum accipiet (*b*).

CAPUT V.

*Item* [*c*].

c. 4. eod. SI læſerit quiſpiam agrum, vel vineam (*d*), & dimiſerit jumentum ſuum, ut paſcatur aliena (*e*), quidquid optimum habuerit in agro ſuo, vel vinea (*f*), pro damni æſtimatione reſtituet [*g*].

CAPUT VI.

*Item* (*h*).

c. 5. eod. SI egreſſus ignis invenerit ſpicas (*i*), & præhendit acervos frugum, ſive ſtantes ſegetes in agris (*k*), reddet damnum, qui ignem ſuccendit (*l*).

CAPUT VII.

*Ex pœnitentiali Romano* (*m*).

SI quis domum, vel aream cujuſcumque incenderit voluntarie (*n*), ſublata, vel incenſa omnia reſtituat, & tres annos pœniteat (*o*). c. 6. eod.

TITULUS XXXII.

DE POENIS.

CAPUT I.

*Ex concilio Toletano* [*p*].

EA, quæ frequenti prævaricatione iterantur, frequenti ſententia (*q*) condemnentur. De pœnis, c. 1.

CAPUT II.

*Ex concilio Triburien.* (*r*)

PResbyteri interfecti compoſitio (*s*) Epiſc. ad cujus parochiam pertinet (*t*), ſolvatur [*u*], ita videlicet, ut (*x*) medietatem Verrigeldi [*y*] Epi- cap. 2. e.

*a* Sic etiam Compl. Lat. & Raim. *& noluit cuſtodire*, Panorm. *& noluit eum cuſtodire*, Ivo in decreto. καὶ διαμεμαρτυρημένοι ὦσι τῷ κυρίῳ αὐτοῦ, καὶ μὴ ἀφανίσῃ αὐτόν. LXX. *& conteſtati fuerint domino ejus, & non clauſerit eum*, Compl. *& non cuſtodivit eum dominus ejus*, Chald.

*b* Sic etiam Compl. Lat. & Raim. *reddat* pro *reddet*, & *accipiat* pro *accipiet*, Ivo utrubique: *accipit*, unus Tarr. Ἀποτίσει ταῦρον ἀντὶ ταύρου, ὁ δὲ τετελευτηκὼς αὐτῷ ἔσται. LXX. *ſolvet taurum pro tauro, at mortuus illi erit*: *ſolvet bovem pro bove, mortuus autem ipſius erit*, Chald. *c* Sic vetus Gregor. *Idem*, vetus Tarrac. & alter vetus Raim. liber, & Cont. & alii: addi poteſt, *cap.* 22. *d* Sic Complut. Lat. & Raim. & Ivo d. parte 16. c. 353. ex cap. 20. capitular. *quiſquam* pro *quiſpiam*, Ivo d. c. 34. them. 14. Panorm. Ἐὰν δὲ καταβοσκήσῃ τις ἀγρὸν ἢ ἀμπελῶνα. LXX. *Si autem depaſtus fuerit quis agrum, vel vineam*, Compl. *Quando paſtum fecerit vir agrum, aut vineam*, Chald. *e Depaſcatur aliena*, Compl. Lat. & Ivo in decreto, & Barcin. & tres Tarr. *depaſcatur alienam*, Panorm. *depaſcat aliena*, Raim. καὶ ἀφῇ τὸ κτῆνος αὐτοῦ καταβοσκῆσαι ἀγρὸν ἕτερον. LXX. *& dimiſerit jumentum ſuum, ut depaſcatur agrum alienum*, Compl. *& dimiſerit jumentum ſuum, & paſcetur in agro alieno*, Chald. *f In vinea*, Compl. Lat. & vetus Tarrac. *in agro, vel in vinea*, Ivo in decreto; *in vinea, vel in agro*, Panorm. omittunt omnia Raim. & Cont. Ἀποτίσει ἐκ τοῦ ἀγροῦ αὐτοῦ κατὰ τὸ γέννημα αὐτοῦ. ἐὰν δὲ πάντα τὸν ἀγρὸν καταβοσκήσῃ, τὰ βέλτιστα τοῦ ἀγροῦ αὐτοῦ ἢ τὰ βέλτιστα τοῦ ἀμπελῶνος αὐτοῦ. LXX. *ſolvet ex agro ſuo juxta fructum ejus. Si autem omnem agrum depaſtus fuerit, optima agri ſui, vel optima vineæ ſuæ*, Compl. *quod melius eſt in agro ſuo, aut quod optimum eſt in vinea ſua*, Chald. *g* Sic etiam Compl. Lat. *reſtituat*, Ivo utrubique: *reſarciet*, unus Tarr. *ſarcit*, alter Tarr. *pro damno æſtimationem reſtituet*, duo vet. Greg. *reſtituat*, Cont. & alii. ἀποτίσει. LXX. *ſolvet*, Complut. *reſtituet*, Chald. aliis omiſſis. *h Idem*, vetus Tarracon. & Raimund. *In eod. cap.* 22. ſcribo.

*i* Sic etiam Ivo d. parte 16. cap. 354. ex cap. 21. Capitular. & in Panorm. d. cap. 34. them. 15. *Si egreſſus ignis*, Raim. & Cont. aliis omiſſis: *ſpinas* pro *ſpicas*, Complut. Lat. Ἐὰν δὲ ἐξελθὸν πῦρ εὕρῃ ἀκάνθας. *Si autem egreſſus ignis invenerit ſpinas*, Complut. *Quando egreſſus fuerit ignis, & invenerit ſpinas*, Chald.

*k Et comprehenderit*, &c. Complut. Lat. & Ivo utrubique & Raim. & duo Tarracon. *& apprehendit*, Barcin. καὶ προσεμπρήσῃ ἅλωνας ἢ στάχυς ἢ πεδίον. LXX. *& aduſerit areas, vel ſpicas, aut campum*, Complut. *& ſuccederit acervos, aut ſegetem, aut agrum integrum*, Chald. *l Succenderit*, Complut. Lat. & Barcinon. & duo Tarrac. & Raim. & Ivo utrubique, ſed apud Ivonem, & in uno veteri Gregor. *reddat* pro *reddet*, Ἀποτίσει ὁ τὸ πῦρ ἐκκαύσας. LXX. *ſolvet, qui ignem incendit*, Complut. *reddet, qui ſuccenderit ignem, id, quod ſuccenſum eſt*, Chald. *m* Sic etiam Raim. ego non diſſimilem ſententiam inveni apud Burch. lib. 19. in quo multa ſunt, ut ipſe fatetur, ex eodem pœnitentiali. *n Cujuſque* pro *cujuſcumque*, unus Tarrac. & duo veteres Gregor. *cujuſquam*, Cont. & alii. *Concremaſti domum, vel aream alterius odii meditatione*, Burch.

*o* Sic etiam duo vet. Gregor. *&* pro *vel*, Cont. & alii. *XXX.* pro *tres*, Barcin. *Si feciſti, redde damnum, & unum annum per legitimas ferias pœniteas*, Burchard. *p* Sic etiam Raimund. & Cont. ingnoramus autem ex quo Toletano concilio hæc ſumpta ſint.

*q* Sic Raim. *pœnitentia*, unus Tarracon. non male: *iteratione*, Barcinon.

*r* Sic etiam Raimund. & Cont. *cap.* 5. addit Grat. ſive Palea 17. q. 4. cap. 26. OMNES. *Ex concilio Triburi. cui interfuit Rex Arnolphus cap.* 5. Burch. lib. 6. cap. 11. *Triburienſi, cui interfuit Arnulphus Rex cap.* 5. Ivo parte 10. cap. 140. decreti: at lib. 8. tit. 2. cap. 2. Panormiæ, Capitulorum lib. 5. cap. 20. eſt autem idem tit. 2. de eo, qui clericum interficit. Audio inveniri hodie in capitul. Caroli lib. 4. cap. 15. eſt in concil. Triburienſi ſub Arnolfo Imp. cap. 4. aliis tamen verbis, in conciliis editis.

*s* Sic etiam Burch. & Ivo in decreto, & Raim. vox *compoſitio*, deſideratur in Panorm. *Omnes presbyteri interfectores compoſitione Epiſcopi*, Palea; *interfecti* pro *interfectores*, vetus editio Grat. *Si quis presbyter, quod abſit, quia ſacerdos altiſſimi Dei eſt, vulneratus, vel quibuslibet injuriis, & contumeliis dehoneſtatus evaſerit, & supervixerit, tota compoſitio perſolvatur presbytero. Si autem articulo mortis præventus obierit*, concil.

*t* Sic etiam Raim. *pertinebat*, Burch. & Ivo in decr. *pertinent*, in Panorm. *Epiſcopi, ad cujus parochiam pertinent*, Palea. *u* Sic Burch. & Ivo in decr. & Raim. *ſolvantur*, Panorm. & Palea.

*x* Sic Burch. & Ivo in decr. & Palea; *ita ut*, Raim. & Cont. Hæc, & cetera, quæ ſequuntur, in Panorm. non ſunt. *y Vuirigeldi*, Burch. editus, & Ivo. *Vuergeldi*, in marg. Ivo. *Vuerigeldi*, Burch. vetus liber. *Renaldus*, Palea mendoſe. *Renaldi Epiſcopi*, vetus editio Grat. *medietatem*, Raim. & Cont. altera voce omiſſa; *in Virigeldi*, Barcin. *Veregeldi*, vetus Tarrac. *Wingid.* alter Tarr. *Wingeld.* tertius, in quo additum fuerat, *ideſt pœnæ*; & Alan. in ſcholiis ait, *i. pœnæ pecuniariæ*; eadem vox eſt apud Burch. lib. 19. *Incendiſti eccleſiam, &c. pretium tuum, ideſt Vuiregeldum tuum pauperibus diſtribue*; ſic in edito Burch. *Veregeldum*, vetus liber: vide cap. 14. apud Gratian. 17. q. 4. *Guidrigild.* appellatur lib. 1. tit. 29. lege 2. Liudprandi Regis Longobardorum: pecuniariam pœnam, ſive compoſitionem appellant interpretes, ut *Octogild*, & *Eribannum*.

Tri-

UNED

Epiſcopus ejus [*a*] utilitatibus [*b*] eccleſiæ, cui præfuit [*c*], tribuat (*d*), & alteram medietatem (*e*) in ejus eleemoſyna [*f*] juſte diſpertiat (*g*), quia nullus nobis (*h*) ejus heres proximior videtur, quam ille, qui [*i*] ipſum domino ſociavit.

## CAPUT III.

*Alexander III. Cant. Archiepiſcopo* [*k*].

cap. 3. e. LIcet juxta Apoſtolum arguere, obſecrare, & increpare debeamus (*l*), ſic tamen (*m*) debemus exceſſus corrigere ſingulorum, ut probemur (*n*), non quæ noſtra ſunt, ſed quæ Jeſu Chriſti, quærere (*o*), & in correctione (*p*) facienda videamur modeſtiam, & maturitatem ſervare. Accepimus autem (*q*), quod Archidiaconi Conventren. Epiſcopatus pro exceſſibus, & criminibus puniendis a clericis, & laicis pœnam pecuniariam exigunt (*r*) in examinatione ignis (*s*), & aquæ xxx. (*t*) denarios a viro, & muliere quærere præſumunt, & pro annua (*u*) exactione pecuniæ (*x*) perſonas quandoque ſuſpendunt, eccleſias interdicunt, a vicariis quoque xii. (*y*) denarios, ut eos in eccleſiis (*z*) cantare permittant, exigere non formidant, & alia agunt, quæ canonum (*aa*) obviant inſtitutis, & de radice cupiditatis, & avaritiæ (*bb*) videntur prodire. Quia igitur ſollicitudini noſtræ (*cc*) incumbit paſtorali providere diligentia, ne ab eccleſiaſticis perſonis tuæ provinciæ aliquid agatur (*dd*), quod reprehenſioni ſubjaceat, vel eccleſiaſticam honeſtatem denigret [*ee*]: f. t. per A. s. pr. m. qua. (*ff*) Archidiaconis prædicti Epiſcopatus ex parte noſtra (*gg*), & tua diſtricte inhibeas, ne pro exceſſibus corrigendis, aut criminibus puniendis a clericis, vel laicis pœnam pecuniariam, nec pro examine (*hh*) ignis, vel aquæ denarios (*ii*) amplius exigere audeant, vel alia [*kk*], quæ dicta ſunt, quomodolibet exercere. Si autem contra prohibitionem noſtram (*ll*) auſu temerario venire præſumpſerint [*mm*], eos omni cont. & ap. ces. (*nn*) eccleſiaſtica cenſura percellas [*oo*], & ſententiam (*pp*) ipſam uſque ad dignam ſatisfactionem facias inviolabiliter obſervari.

## CAPUT IV.

*Idem Epiſcopo Conventren. & Abbati Ciſtren.* [*qq*]

MAndamus, ut ex noſtra (*rr*), & veſtra parte prohibeatur Archidiaconus R. Ciſtren. (*ſſ*) clericos, ſive laicos (*tt*), qui pro ſuis exceſſibus puniendi ſunt, pecuniaria De offic. Archid. c. 6.

 pœ-

Triburienſis concilii hæc verba ſunt: *pretium Vuergeldi tripartita partiatur diviſione; ideſt altari, cui ordinatus fuerat, pars una; Epiſcopo, in cujus diœceſi erat, altera; tertia parentibus, de quibus ortus fuerat.*

*a* Sic etiam Palea: ſed in vet. edit. eſt, *Epiſcopi ejus, &c. Ejus Epiſcopus*, Burch. *ejus*, Ivo altera voce omiſſa; utraque voce carent Raimund. & Cont. *b Utilitati*, Palea ſolus.

*c Cui præfuerit*, Palea tantum. *d Tribuatur*, vetus Gratian. editio tantum.

*e* Sic Burch. & Ivo, & Palea: *& alteram*, duo veteres Gregor. tertia voce omiſſa: *alteram*, Cont. & alii ceteris omiſſis. *f Eleemoſynam*, Raim. *eleemoſynas*, Barcinon. *in eleemoſynam ejus*, Burch. Ivo, & Palea.

*g Diſpertiatur*, Palea ſolus. *h* Vox *nobis*, in Gregor. tantum eſt omiſſa.

*i Quam qui*, Raim. ſolus. *k Spolet. Epiſcopo*, vetus Greg. *Cantuarien.* alter vetus, & Contius, & alii. *R. Cantuarien. Arch.* concil. parte 2. titulo de ſimonia cap. 3. in priore editione. *Archiepiſcopo*, in poſteriore.

*l* Recte Cont. addit omiſſa prius a Raim. quæ ſunt etiam in concil. *ſtudeamus* pro *debeamus*, Cont. *& obſecrare*, vet. Tarracon. Pauli verba ſunt in epiſt. 2. ad Timotheum cap. 4. *prædica verbum, inſta oportune, importune, argue, obſecra, increpa in omni patientia, & doctrina.* Κήρυξον τ̈ λόγον, ἐπίςηθι εὐκαίρως ἀκαίρως ἔλεγξον, ἐπι τίμησον παρακάλεσον ἐν πάσῃ μακροθυμίᾳ ϗ διδαχῇ. In Græcis verbis mutatur ordo illorum verborum: *obſecra, increpa*, pro quibus ſcribi potuit *caſtiga, exhortare &* pro *patientia, magno animo*: quidam *lenitatem*, appellarunt non optime. In veteri autem ſcholio inveni: *negligentes argue, delinquentes, increpa, proficientes obſecra.* *m* Non recte Contius, *ſicut tamen*: ut editum eſt, concil.

*n* Sic etiam concil. & Contius: *ut probemus*, Barcinon. *ut comprobemur*, duo Tarrac.

*o* Sumuntur hæc ex Pauli epiſt. ad Philippenſes cap. 2. ut diximus cap. 6. de cenſibus. Verbum *ſunt*, in concil. & in duobus Tarrac. & apud Cont. iterum ſcriptum eſt ante verbum *quærere*, at in tertio Tarrac. verbum *quærere*, bis poſitum fuerat, tam poſt vocem *ſunt*, quam poſt vocem *Chriſti*, mox poſterius deletum eſt.

*p Ut* pro *&*, Cont. omittuntur hæc in concil. *correptione*, duo Tarracon. *increpatione*, tertius.

*q* Vox *autem*, non eſt in Gregor. eſt in concil. *r* Sic Raim. *exigant*, concil. & duo Tarracon.

*s* Hæc omittunt Raim. & Cont. additur *&*, in concil. prior. edit. ante hæc verba optime: *& pro examinatione ignis*, Surius. *t Triginta*, concil. *XX.* Barc. *u* Vox *&*, in duobus veter. Greg. non eſt, eſt in conc.

*x Perſonæ*, in concil. mendoſe pro *pecuniæ*, neutra vox eſt in duobus veteribus Raim. libris, ſed vox *exactione*, at ut editum eſt, Cont. & alii. *y Quoque duodecim*, concil. hæc omittunt Raim. & Cont.

*z* Sic etiam Raim. *ut in eccleſiis eorum*, concil. *aa Quæ canonicis*, vetus Gregor. ſolus.

*bb* Hæc in veteri tantum Tarrac. non ſunt. *cc Veſtræ*, duo Tarracon. omnia omittunt Raim. & Cont. quæ ſunt in concil. *dd Exigatur*, concil. *ee Denigret dignitatem*, concil.

*ff Pr.* in uno Tarr. non eſt; *fraternitati tuæ &c. quatenus*, concil. *Mandamus quatenus*, Raim. & Cont. aliis omiſſis. *gg* Multa omittunt Raimund. & Cont. pro quibus hæc tantum reliquerunt: *hoc diſtrictius interdicas*: ut editum eſt in concil. *hh Pro examinatione*, concil. *ii* Hæc in vet. Tarrac. non ſunt: *&* pro *vel*, concil. *kk* Hæc in Barcin. deſiderantur uſque ad illa, *Si autem.* *ll Tuam*, concil. *veſtram*, vetus Tarrac. omnia omittunt Raim. & Cont. *mm* Sic in concil. *quis venire præſumpſerit*, vetus Tarracon. *contravenire præſumpſerint*, Raimund. *nn* Vox *omni*, in vet. Tarracon. non eſt: *contra* pro *cont.* quattuor Tarrac. *eos omni excuſatione, & appellatione remota*, concil. *eos ap. ceſ.* Raimund. & Cont. aliis omiſſis.

*oo Compellas*, Raim. *diſtrictione* pro *cenſura*, concil. *pp* Hæc etiam ſunt in concil. & omiſſa ſunt a Raim. & Contio. *qq* Sic etiam Raim. & Cont. *Idem Cotrovenſi Epiſcopo, & Abbati Ceſtrenſi*, concil. d. parte 2. cap. 11. Confirmantur edita verbis cap. 3. Ante hoc caput eſt in vet. Tarracon. *De cenis Archidiaconi*, quod reiicio. *rr* Sic etiam in concil. *Mandamus, quatenus probibeatis*, Raimund. & Cont.

*ſſ R. Archidiacono Ciſtrenſi prohibeatur*, concil. *Archidiacono*, unus Tarracon. *Ciſtrenſi*, alter Tarracon. *Ciſtrenſi Archidiacono*, duo veteres Gregor. *Ceſtren. Archidiac.* Cont. & alii.

*tt* Sic etiam in concil. multa Raim. & Cont. omiſerunt, ſunt autem eadem ſcripta cap. 3.

UNED

pœna multare, ſeu in examine (*a*) ignis, vel aquæ a quolibet viro, vel muliere aliqua extorquere (*b*) præſumat, aut pro annua, & indebita exactione pecuniæ perſonas ſuſpendere, vel eccleſias interdicere, nec ad eccleſias (*c*), ſui Archidiaconatus viſitandas, niſi ſemel in anno accedat, niſi forte talis cauſa emerſerit, propter quam ipſum oporteat (*d*) præfatas eccleſias [*e*] ſæpius viſitare, & tunc eum (*f*) ea moderantia hominum, & equitaturarum, quod qui in eis morantur, exinde non debeant merito querelari (*g*). Si autem contra inhibitionem veſtram (*h*) venire præſumpſerit (*i*), eccleſiaſtica ſeveritate eum (*k*) percellatis, omni oc. & ap. ces. (*l*) & ſententiam ipſam uſque ad dignam ſatisfactionem faciatis inviolabiliter obſervari, ita quod in vos, & illos hoc (*m*) non cogamur durius vindicare.

## CAPUT V.

*Idem* (*n*).

cap. 4. de pœnis.

CAlumniam, & audaciam (*o*) temere litigantium (*p*) condemnando in expenſis (*q*), & alio multiplici remedio (*r*) Imperialis ſanctio compeſcit. Quoniam igitur ſacris inſtitutis conſonare dignoſcitur, præcipimus, ut de cetero in cauſis pecuniariis victus victori in expenſis (*s*) condemnetur, niſi forte, ſicut cautum eſt (*t*), pro abſente ſententia feratur (*u*).

# TITULUS XXXIII. DE PŒNITENTIIS, ET REMISSIONIBUS (*x*).

## CAPUT I.

*Calixtus Papa* (*y*).

MAnifeſta peccata (*z*) non ſunt occulta correptione (*aa*) purganda. De pœnit. cap. 1.

## CAPUT II.

*Alexander III. Mediolanen. Archiepiſcopo* (*bb*).

SIgnificavit nobis vir (*cc*) P. quod F. dicto (*dd*) Imperatori, cum olim rediret (*ee*) ab urbe (*ff*), caſtrum Verrucæ [*gg*] negavit &c. [*hh*] Unde contigit (*ii*), quod quattuor caſtris deſtructis (*kk*) pluſquam duo millia domorum deſtructa fuerint (*ll*), & multi (*mm*) homines interfecti, alia etiam [*nn*] mala ibidem commiſſa dicuntur (*oo*), quæ per ſingula eſſet longum enarrare. Quoniam igitur præfatus P. Deo exinde reconciliari deſiderat, & pœnitentiam dignam ſuſcipere (*pp*), f. v. per A. s. (*qq*) m. qua. eidem ſuper hoc [*rr*] conſilium detis, & ipſi c. 3. eod.

*a In examinatione*, concil. prioris editionis, Surius *pro* addit in marg. pro voce *in*.
*b Aliquid* pro *aliqua*, unus Tarr. *pecuniam*, concil. *extorquere*, duo alii Tarrac. altera voce omiſſa.
*c Neque* pro *nec*, tres Tarr. & concil. *ne*, Raim. *d* Sic etiam concil. & Greg. IX. *illum oporteat*, duo Tarrac. *e Ipſas eccleſias*, vetus Gregorius: ut editum eſt, alter vetus, & Cont. & alii; *eccleſias*, concil. altera voce omiſſa. *f Cum* pro *eum*, duo Tarr. & concil. aptius: quæ ſequuntur, omiſſa ſunt a Raim. & Cont. *g Conquerelari*, tres Tarr. *querulari*, concil. vox *merito* in duobus ex ſupraſcriptis Tarr. non eſt; eſt in concil. *h Noſtram*, Barcin. & tres Tarr. *talem*, concil. *i* Sic in concil. prioris edit. in quibus etiam varietas notatur *alias præſumpſerint*, & in duobus Tarr. eſt *præſumpſerint* non ſine mendo; *præſumpſerit*, Surius. *k* Vox *eum* neque in concil. eſt, neque in tribus Tarr. *diſtrictione* pro *ſeveritate*, eſt in vet. Tarr. *l Occaſione*, *& appellatione ceſſante*, concil. apertius. *m Et in illos hic*, concil.
*n* Sic in concil. part. 3. cap. 2. titulo de dolo, & contumacia, & calumnia alterius partium punienda. *Idem in concilio Turonenſi*, Raim. & Cont. ſed hoc ego caput neque in hiſtoria Anglica Guglielm. Neubrigenſ. neque in veteri Pontificali, ubi alia capita ſunt ejus concilii, invenire potui. Ante hoc caput eſt in veteri Tarr. hic titulus: *De expenſis pro placito reſtituendis.* Sic erant alii tituli, aut ſummæ in capitibus quæ omiſimus; neque enim collectoris verba, ſed ſtudioſorum eſſe putavimus, ut quæ apud Burch. & Ivonem, & Grat. leguntur. *o* Sic etiam concil. & Raim. *& avaritiam*, Barcin. *p Judicantium*, vet. Tarrac. ſolus non recte. *q* Sic Raim. *in expenſas*, Barcin. & duo Tarrac. & concil.
*r Modo*, unus Tarrac. ſolus, & ſine rivali. *s* Sic etiam duo veteres Gregor. *legitimis*, addit Cont. & alii ex aliquo ſcholio: *in expenſas*, concil. & unus Tarrac. *t* Sic etiam in concil. *niſi*, Raim. & Cont. aliis omiſſis. *u Sententiam ferat*, unus Tarrac. ſolus non optime.
*x* Sic etiam Raim. & Cont. *recuſationibus*, unus Tarrac. non recte. *y* Sic etiam Anſelm. Lucenſ. lib. 11. cap. 21. *Alexander*, Raim. & Cont. *Symmachus*, in marg. Cont. Ego *Gregorius*, ſcribo, lib. 12. epiſt. & cap. 31. regiſtri ad Felicem Siciliæ Epiſcopum: eiſdem, & aliis B. Gregorii verbis utitur Iſidorus lib. 3. cap. 46. de ſummo bono. Iſidori verba refert concil. Aquiſgranenſ. ſub Ludovico Imper. cap. 36.
*z* Initium d. epiſt. 31. eſt hoc, *Reverentiſſimo fratri Felici Epiſcopo Gregorius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei. Caput noſtrum, quod eſt Chriſtus, ad hoc ſua membra nos eſſe voluit, ut per ejus largam caritatem, & fidem unum nos in ſe corpus efficeret.* Et poſt alia multa: *Manifeſta quoque peccata* &c. ut editum eſt, Iſid. & concil. & Anſelm. & Raim. *Manifeſta crimina*, Barcin. *aa* Sic etiam Iſidor. *correctione*, regiſtr. & concil. & Anſelm. & Raim. *occulte*, Barcin. pro utraque voce edita, ego nihil muto. Poſt hujus capitis verba addit Gregorius: *ſed palam ſunt arguendi, qui palam nocent, ut dum aperta objurgatione ſanantur, ii, qui eos imitando deliquerant, corrigantur. Dum enim unus corripitur, plurimi emendantur, & melius eſt, ut pro multorum ſalute unus condemnetur, quam per unius licentiam multi periclitentur.* Eadem fere Iſidorus: *Palam enim ſunt arguendi* &c. *Dum unus* &c. *Utilius eſt enim, ut pro multorum ſalvatione* &c. In conciliis verba Iſidori mendoſa ſunt, nam pro *utilius eſt enim, ut pro* editum eſt, *Neceſſe eſt enim, ut pro*, & in marg. forte, *ut tam pro*, quæ nondum probavi. Surius quoque in margine nihil addidit. *bb* Sic etiam vetus Gregor. *& ſuffraganeis*, addunt Cont. & alii.
*cc Nobilis* pro *nobis*, vetus Tarr. *nobis nobilis*, Barcin. & alii duo Tarr. & Raim. plenius.
*dd* Sic etiam Raim. & Cont. *quod Frederico*, Barcin. optime. *ee Reverteretur*, unus Tarrac. ſolus.
*ff Mediolan.* addit aliena manu vetus Tarrac. incertum autem eſt, an *Mediolano*, vel *Mediolanum*, ſignificetur: ſed magis arbitror, *ab urbe Romana Mediolanum.* *gg Verucæ*, unus Tarrac. *Venire*, vetus Gregor. *Vernicæ*, Cont. & alii. Ab hiſtoricis illorum temporum veritas exquirenda eſt.
*hh Et infra*, Raimund. & Cont. Quid poſtea ſequeretur, mihi ignotum eſt.
*ii* Sic vetus Gregor. & quidam editi: *contingit*, Cont. *Et inde contingit*, vetus Tarrac. non optime.
*kk Deſtitutis*, unus Tarracon. ſolus. *ll* Sic vetus Gregor. *fuerunt*, duo Tarracon. & Cont. & alii.
*mm* Sic etiam vetus Gregor. vox *&*, a Contio, & aliis eſt omiſſa. *nn Et alia*, Raimund. *& alia etiam*, unus Tarrac. *oo Ibi commiſſa*, Raimund. tertia voce omiſſa. *pp* Vox *dignam*, in vet. Tarrac. non eſt: omnibus caret Raim. & Cont. *qq Pr.* addunt duo Tarracon. hæc etiam omittunt Raim. & Cont.
*rr* Hæc etiam ab eiſdem ſunt omiſſa.

UNED

ipſi pœnitentiam, ſecundum quod viſum fuerit, miſericorditer imponatis: attendentes, quod pro libertate ſua, & pro eccleſiæ [a] devotione fecit (b), quia in his talem debeatis (1) (c) diſcretionem adhibere (d), ut alii, & ipſe idem pro auſteritate pœnitentiæ a ſervitio eccleſiæ nullatenus retardentur, nec aliquod ſalutis periculum merito debeat [e] formidare.

CAPUT III.

*Idem Cantuar. Archiepiſc. (f) pars c.*

*In eminenti (g).*

c. 4. eod. QUod autem conſuluiſti (h), utrum remiſſiones, quæ fiunt in dedicationibus eccleſiarum, aut conferentibus [i] ad ædificationem pontium aliis proſint, quam iis, qui remittentibus ſubſunt, hoc volumus tuam fraternitatem tenere (k), quod cum a non ſuo judice ligari nullus valeat, vel abſolvi, remiſſiones prædictas prodeſſe illis tantummodo (l) arbitramur, quibus ut prodeſſet (m), proprii judices ſpecialiter indulſerunt [n], & in hoc (o) eam intelligas quæſtionem ſolutam (p), in qua quæritur, utrum is, qui excommunicato communicat, a ſuo Epiſcopo, vel excommunicati [q], abſolutionis gratiam debeat implorare.

TITULUS XXXIV.

DE SENTENTIIS, ET EXCOMMUNICATIS, ET ABSOLUTIS (r).

CAPUT I.

*Gregorius G. Spoletano Epiſcopo.*

Non ponitur [s]. CUM ſit proprium &c. & infra. Si forte injuſte ſe excommunicatum quis queritur, ſubtili indagatione cognoſce, & ita cognita veritate diſpone, ut nec diſciplinæ vigor frangi valeat, nec diſſolvi, & infra. Supraſcriptus presbyter conqueſtus eſt diaconum quendam duo mancipia manumiſiſſe ſub hac condicione, ut monachi debeant fieri, & in eo monaſterio, ubi ipſe fuerat, permanere, adiiciens, ut ſi quis contra faceret, iterum ſervituti ſubderetur, atque unum ex his hanc condicionem deſpexiſſe, & monaſterium deſeruiſſe, & ſe inter clericos ſociaſſe. Tu ergo ſi ita eſſe repereris, ſic te exhibe, ut nec illi deſerendi monaſterium ſit facultas, & manumittentis voluntas conſervata nihilominus præteriri non valeat.

CAPUT II.

*Alexander III. Exonen. Epiſcopo (t), pars c.*

*Sicut dignum (u).*

SUper eo vero, quod a nobis (x) conſilium poſtulaſti, utrum ſcholares, ſi ſe (y) invicem percuſſerint (z), in plena, vel in minori [aa] ætate clerici, aut religioſi viri in clauſtro ſecundum canonem illum (bb), quo ſtatutum eſt, ut illi, qui in clericos violentas manus iniiciunt (cc), mittantur ad Apoſtolicam ſedem abſolvendi (dd), debeant ad eandem (ee) ſedem pro ſua abſolutione venire. Inquiſitioni tuæ taliter reſpondemus (ff), quod ſi clerici infra puberes annos, ſeſe adinvicem, aut (gg) unus alterum percuſſerit (hh), non ſunt ad Apoſtolicam ſedem mittendi, quia ætas eos excuſat, nec etiam clerici, ſi ſunt (ii) plenæ ætatis, & non  De ſentent. exc. c. 1.

(1) *Debetis*, Gregorius IX.

a *Et eccleſiæ*, vetus Tarracon. & Raim.

b *Hoc fecit*, Gregor. IX. c *Quare* pro *quia*, tres Tarracon. aptius: *quare in his debetis talem*, Raimund. non male. d *Habere*, Raim. e *Debeant*, vetus Gregor. altera voce omiſſa: *debeat*, Cont. & alii.

f Sic etiam Raim. & Cont. & Surius. *Carnoten. Epiſcopo*, concil. prioris edit. parte 35. cap. 4. tit. de pœnitentia. Ante hoc caput eſt in vet. Tarracon. *De indulgentiis eccleſiarum, & pontium.*

g *Nos in eminenti*, Barcinon. & duo Tarracon. plenius. Hæc neque in conciliis ſunt, neque in Gregor. libris. Integra clauſula exſtat ſub titulo de appellationibus cap. 36. in hac collectione.

h *Nos*, addit ſolus Barcin. i Mendoſe in concil. prioris edit. eſt, *& an conferentibus.* Surius ut edidimus.

k Sic etiam Raimund. *hoc tuam diſcretionem volumus firmiter tenere*, concil.

l In uno ſolo Tarrac. deſideratur. m *Ut prodeſſet*, concil. & quattuor Tarrac. ſed in uno eorum *N* deletum eſt: *ut proſint*, Raim. n Sic Raim. *indulſerint*, vetus Tarracon. *paſtores proprii ſpecialiter indulſerunt*, concil. *proprie & ſpecialiter indulſerunt*, alter Tarrac. o Hæc omittunt Raim. & Cont. ſint licet in concil.

p Sic in concil. hæc vox in uno Tarrac. eſt omiſſa. q *Vel ab excommunicati Epiſcopo*, unus Tarrac. *aut Epiſcopo excommunicati*, alter Tarrac. uterque liber olim, quæ edita ſunt, habuerat: *a non ſuo Epiſcopo, vel excommunicatus*, concil. non ſine mendo in priori editione. Surius omiſit duas voces, *vel excommunicatus*, non recte.

r *De ſententia excommunicationis, & abſolutione*, duo Tarracon. *abſolutionis*, tertius, & Barcin. cetera, ut alii Tarracon. *De ſententia excommunicationis*, Raimund. & Contius, aliis omiſſis.

s Scribi in marg. debuit: *De cond. appo. cap.* 2. Vide, quæ diximus lib. 4. tit. 5. cap. 2. in hac collectione. Totidem enim verbis illud cap. & hoc ſcripta ſunt. t *Exonien. Epiſcopo*, concil. aptius parte 14. cap. 7. tit. de illis qui incidunt in canonem datæ ſententiæ, vel incidere videntur, cum non incidant: & qui propter abſolutionem ſint ad ſedem Apoſtolicam mittendi. *Latæ* pro *datæ*, malo. *Senonen. Archiepiſcopo*, Raimund. & Cont. non optime. *B. Exon.* duo Tarracon. & Barcin. non male: ſcribo, *Bartholomæo Exonienſi Epiſcopo*, ut cap. 7. de homicidio, in hac collectione. u Sic etiam in concil. *Pars cap.* DIGNUM. Cont. non recte omittunt omnia ceteri libri Gregor. Integra clauſula exſtat d. cap. 7. de homicid.

x Vox *vero*, in concil. non eſt: duæ aliæ voces *a nobis*, omiſſæ ſunt a Raim. & Contio.

y Recte Cont. addit a Raimund. prætermiſſa: *utrum ſi ſcholares ſeſe*, &c. concil.

z Sic in concil. caret hac voce Contius. aa *Vel minori*, duo Tarrac. & concil. & Cont.

bb Eugenii II. cap. 8. concilii Remenſis ex conciliis, & Innocentii II. in concilio Romano cap. 11. ut exſtat in fine Panormiæ Ivonis lib. 8. tit. 11. cap. 12. & apud Grat. 17. q. 4. cap. 29. SI QUIS SUADENTE: vide cap. 13. cc Sic etiam Cont. *Injecerint*, tres Tarracon. & concil. dd Vox *abſolvendi*, non eſt in Contiano libro: ſunt omnia omiſſa in concil. & in uno Tarrac. & in altero aliquando deſiderabantur.

ee *Hanc* pro *eandem*, duo Tarracon. *ad ſedem Apoſtolicam pro ſua abſolutione venire debeant*, concil. *pro ſua abſolutione debeant venire*, Cont. aliis omiſſis. ff Sic in concil. vox *taliter*, a Contio eſt omiſſa.

gg *Vel* pro *aut*, concil. *ſe* pro *ſeſe*, Raimund.

hh Sic etiam in concil. *percuſſerint*, vetus Tarrac. & duo veteres Gregor. *percuſſerit*, Cont. & alii.

ii *Sint*, concil. *ſi ſint etiam*, tres Tarracon. vox *etiam*, non eſt in duobus veteribus Raim. libris; cetera, ut edidimus: *nec clerici, ſi ſint*, Contius, & alii.

non de odio, vel de invidia [a], vel indignatione, ſed levitate jocoſa ſe adinvicem percutere contingat [b], nec magiſtrum (c), ſi ſcholarem clericum intuitu diſciplinæ, vel correptionis [d], quia non poteſt in ipſis injectio manuum (e) violenta notari (f). Ceterum ſi ex odio idem ſcholares, vel ſæculares clerici, ſeſe (g) percuſſerint, pro ſua abſolutione, debent ad Apoſtolicam ſedem venire.

## CAPUT III.

*Item* (h).

cap. 2. e. Monachi vero, & canonici regulares (i) quocumque modo ſe in clauſtro (k) percuſſerint, non ſunt ad eandem ſedem (l) mittendi, ſed ſecundum providentiam, & diſcretionem [m] ſui Abbatis diſciplinæ ſubdantur, & ſi diſcretio Abbatis non ſufficit (n), ad eorum correctionem (o) eſt diœceſani Epiſcopi providentia adhibenda (p).

## CAPUT IV.

*Item* (q).

c. 3. eod. Si vero aliquis alicujus poteſtatis (r) oſtiarius ſub prætextu officii ſui malignatus clericum læſerit, ab Epiſcopo (s) ſuo poteſt abſolvi, niſi forte eundem clericum vulneravit graviter (t). Officialis pro (u) injectione manuum in clericum poteſt ſine (x) mandato Romani Pontificis abſolutionis beneficium promereri, quia nulli laico ſuper clericum tanta datur auctoritas [y], niſi forte turbam arcendo irruentem, non ex deliberatione, ſed fortuito caſu clericum lædat (z): Si vero clericum (aa) vim ſibi inferentem vi repellat, vel lædat (bb), non debet propter hoc ad Apoſtolicam ſedem tranſmitti, ſi incontinenti (cc) vim vi repellat [dd], cum vim vi repellere omnes leges, omniaque jura permittant (ee). Nec ille compellendus eſt ad Apoſtolicam ſedem venire, qui in clericum cum uxore, matre, ſorore [ff], vel filia ſua propria (gg) turpiter inventum manus injecerit violentas. Ceterum ſi in ſtupro (hh) vel adulterio, quando ea [ii], cum qua ſtuprum, vel adulterium committitur, ipſum ita proxima (kk) conſanguinitatis linea non contingit [ll], ceperit, aut in eum (mm) violentas manus injecit (nn), non a ſententia (oo) illius excommunicationis erit immunis.

## CAPUT V.

*Item* (pp).

Si vero aliquis (qq) in clericum nutrientem comam, ignorans, quod clericus fuerit [rr], manus injecerit violentas, propter hoc non debet Apoſtolico conſpectui præſentari (ſſ) nec etiam excommunicatione notari (tt), dummodo ipſum eſſe clericum ignoravit * [uu], vel ſi hoc (xx) dubium fuerit, propria manu dumtaxat cap. 4. e.

* ignoraverit.

a *Si non de odio*, *aut invidia*, concil. *vel invidia*, unus Tarr. *& non odio*, *vel invidia*, Raimund.
b Sic Raimund. *ſe invicem percuſſerint*, concil.
c Sic vetus Greg. *neque* pro *nec*, alter vetus; *neque magiſter*, Contius, & alii aptius; *nec magiſtri*, concil. non male. d *Percuſſerit*, addit vetus Tarr. *vel correctionis percuſſerint*, concil. *vel correctionis percuſſerit*, Barcin. & alii duo Tarr. & Raim. e Sic etiam Raim. *manus injectio*, concil. f Sic in concil. & in multis Gregor. *vocari*, vetus Raim. liber, & vetus olim Tarrac. g *Iidem* pro *idem*, Raim. *ſeſe iidem ſcholares*, concil. aliis omiſſis. h *Idem*, tres Tarr. & Raim. & Cont. *Idem eidem in eadem epiſtola*, concil. d. parte 14. c. 8. ex quo apparet non male *Item* ſcribi, pro qua voce potuit, *& infra*, poni. i Sic etiam Raim. Verba hujus conſtitutionis refert Innocent. III. in tertia collect. c. 5. hujus tituli, & Honorius III. in quinta collect. quod eſt c. 50. in Greg. *Sæculares* pro *regulares*, concil. k Hæc omittit Honor. III. ſolus.
l *Ad ſedem eandem*, unus Tarr. *ſuper hoc ad ſedem Apoſtolicam*, concil. *ad Apoſtolicam ſedem*, Raim. & Cont. & Innoc. & Honor. m Duo poſteriora verba omittunt Raim. & Cont. *per* pro *ſecundum*, vetus Tarr. *ſecundum diſcretionem*, *& providentiam*, concil. & Innoc. III. & Honor. quamvis Raim. careat in conſtit. Innocentiana illis verbis, *& diſcretionem*. n Sic etiam vetus Greg. *non ſufficiat*, conc. & alter vetus Raim. liber, & Cont. & alii: ut editum eſt, Innoc. III. & Honor. ut eſt in veteri Gregoriano; *non ſufficiat*, Cont. in Honoriana. o *Correptionem*, duo Tarr. ſoli. Hæc verba poſſunt cum prioribus conjungi, *non ſufficit ad eorum correctionem*; quod videntur Innoc. III. & Honor. ſenſiſſe, qui ſcribunt, *ad correctionem non ſufficit*, ſic etiam Cont. ſcripſit, at in concil. poſterioribus conjunguntur, ut in noſtra editione.
p Sic etiam Raim. *diœceſani Epiſcopi providentia erit adhibenda*, concil. *eſt*, Innoc. & Honor.
q *Idem*, Raim. & vetus Tarr. *Idem eidem in eadem epiſtola*, concil. d. parte 14. cap. 9.
r Vox *aliquis* omittitur a Raim. & Cont. *Si vero alicujus potentis*, concil. s Mendoſe Surius: *ab officio*, in concil. t *Graviter vulneraverit*, concil. & Raim. & vetus Tarr. *graviter vulneravit*, duo alii Tarr.
u Sic etiam in concil. d. part. 14. c. 10. *Officialis vero pro &c.* duo Tarr. & Raim.
x Scribendum eſt, *non poteſt ſine*, ut in concil. eſt, & in Greg. & in Barcin. & in tribus Tarrac.
y *Detur* pro *datur*, vetus Tarr. *datur poteſtas*, concil. ut editum eſt, Raim. z Sic multi Gregor. *læſerit*, concil. & vetus Raim. liber. aa Sic etiam Raimund. *Si forte clericum*, conc. non optime.
bb Sic in concil. *vel ſi lædat*, unus Tarracon. *vi quis repellat*, *vel lædat*, Raimund.
cc Sic Raim. *ſed ſi*, pro *ſi*, concil. non optime. dd *Repellit*, vetus Gregor. tantum.
ee Sic etiam Raim. *& omnia* pro *omniaque* unus Tarrac. *& omnia jura permittunt*, concil.
ff Sic etiam Gregor. IX. *matre*, *vel ſorore*, concil. *manentem ſorore*, vetus Tarr. quod nondum prætuli.
gg Sic in conc. *filia propria*, Raimund. & Cont. *filia ſua*, duo Tarracon. aptius.
hh Sic Raimund. vox *in*, deſideratur in vet. Tarracon. *ſi eum in ſtupro*, concil.
ii Sic etiam in concil. *quod committitur cum ea*, *quæ*, Raimund. & Contius.
kk *Ita*, vetus Tarracon. ſolus aliis omiſſis. ll Sic Raimund. *non contigerit*, concil.
mm Sic in Greg. *aut alias in eum*, concil. non male. nn *Injecerit*, tres Tarr. aptius, & conc. & Raim.
oo *Non erit a ſententia illius excommunicationis immunis*, Raim. *a ſententia excommunicationis non erit ille immunis*, concil. pp *Idem*, duo Tarrac. & Raim. aptius. *Alexander III. Baton. & Exonien. Epiſcopis*, concil. d. parte 14. cap. 1. *Bathon.* pro *Baton.* Surius. qq Ante hæc verba in Barcinon. & in Contiano additur, *Pars cap.* DE ILLIS. Integram clauſulam eſſe ſuſpicamur cap. 9. de deſponſatione impuberum, in hac collectione.
rr Hæc omittunt Raim. & Cont. ſunt in concil. ſſ Sic in concil. *præſentari aſpectui*, vetus Gregor. *repræſentari conſpectui*, alter vetus; *præſentari conſpectui*, Cont. & alii. tt Sic in concil. & in duobus veteribus Greg. *nodari*, Cont. & alii. uu *Ignorarit*, concil. & vetus Greg. *clericum ignoraverit*, duo Tarr. omiſſo verbo *eſſe*, quod mox in altero additum eſt; *clericum ignoraverit eſſe*, alter vetus Raim. liber; *eſſe clericum ignoraverit*, Cont. & alii. xx Sic Raim. *&* pro *vel*, concil.

taxat (*a*) præſtare voluerit juramentum (*b*), quod eum clericum ignorabat [*c*]: ab illo autem (*d*), ſi præſtare noluerit juramentum (*e*), quia violentas manus conſtat eum in clericum injeciſſe, ſicut ab excommunicato, donec de mandato ſummi Pontificis abſolvatur, convenit abſtineri (*f*).

CAPUT VI.

*Idem Abbatibus* (*g*) *Prioribus*, & *aliis eccleſiaſticis viris per Eboracen. Epiſcopatum* [*h*] *conſtitutis.*

c. 5. eod. NON dubium eſt vobis, ſicut credimus, vel incertum (*i*), quin ii (*k*), qui violentas manus in clericos, canonicos (*l*), aut cujuslibet religionis converſos iniiciunt (*m*), ex inſtitutione concilii [*n*] ſententiam excommunicationis incurrunt, nec niſi in articulo mortis ſine Romano Pontifice abſolutionis poſſunt beneficium impetrare (*o*).

CAPUT VII.

*Idem B. Exon. Epiſcopo* (*p*).

cap. 6. eod. MUlieres vel etiam aliæ [*q*] perſonæ, quæ ſui juris non ſunt, ab Epiſcopo *r*) diœceſano abſolvi poſſunt, ſi manus in clericum injecerint violentas. De his vero, qui magnæ ſunt potentiæ (*s*), & ita delicati, quod tantum laborem nequeant ſuſtinere (*t*), ſi manus (*u*) violentas injecerint in clericos, tale damus (*x*) petitioni tuæ reſponſum, quod ſtatus perſonæ prius, & veritas negotii eſt intimanda Romano Pontifici, & ſecundum conſilium ejus tales erunt de commiſſo ſcelere corrigendi (*y*). Illi vero, qui non iniiciunt [*z*], ſed alii eorum (1) auctoritate, & mandato (*aa*) violenter iniiciunt manus (*bb*) in clericos, ad ſedem Apoſtolicam ſunt omni ex. ceſ. [*cc*] mittendi, cum is vere committat (*dd*), cujus auctoritate [*ee*] delictum committi probatur.

CAPUT VIII.

*Idem Eboracen. Archiepiſcopo* (*ff*).

COnſuluit nos tuæ diſcretionis prudentia (*gg*), quid tibi faciendum ſit de iis, qui de ſæculo fugientes in monaſterio tuo (*hh* religionis habitum ſuſceperunt, & inter cetera (*ii*) poſtmodum confitentur ſe tale commiſiſſe delictum, quod ipſo (*kk*) actu excommunicationis ſententiam incurrerunt (*ll*): hos autem ſine licentia Romani Pont. nec potes [*mm*], nec debes abſolvere, ſed præſumptionem (*nn*) delinquentium debita animadverſione punire. Non ponit. Poſt conc. Lat. p. 14. cap. 2.

CAPUT IX.

*Idem.*

POrro ſi aliqui (*oo*) violentas manus in fratres tuos iniiciunt (*pp*), & pœnitentia du- cap. 7. eod.

cti

(1) Alii, *aliorum*.

*a* Hæc vox non eſt in concil. eſt in Gregor.

*b Sacramentum*, vet. Tarr. aptius; *voluerit præſtare ſacramentum*, concil. prioris editionis ; *forte ſuffecerit*, in marg. non recte, & *juramentum. Præſtiterit juramentum*, Raim. verbum *ſuffecerit* recte omiſit Surius.

*c Ignoravit*, tres Tarrac. *quod eum eſſe clericum ignoraſſet*, Raim. hæc, & alia, quæ ſequuntur, in concil. deſiderantur. *d* Sic etiam Raim. *alias autem*, unus Tarr. *e Quod eum clericum ignoravit*, additur in Barcin. *quod eum eſſe clericum ignoraſſet*, additur in veteri Gregor. nihil additur in altero veteri, neque apud Cont. & alios. *f* Ante hæc verba in illo Tarrac. libro, in quo ſupra *alias autem*, pro *ab illo autem*, ſcriptum eſt, *ab illo*. *g Idem*, vet. Tarrac. & Raim. & Cont. qui in marg. addit, *Abbatibus*, & *Prioribus*.

*h Archiepiſcopatum*, Barcin. aptius. *Eboracum*, unus Tarrac. *i* Hæc omittunt Raimund. & Cont. *nec* pro *vel*, duo Tarracon. *k Quomodo hi*, Barcin. & tres Tarracon. *quod hi*, Raimund.

*l Vel canonicos*, Raim. *m* Sic Raim. *mittunt*, tres Tarracon. *n Conſtitutione concilii*, Raim. non male: fuit autem Remenſe concilium ſub Eugenio II. & mox Romanum ſub Innoc. II. ut diximus cap. 2.

*o Promereri*, vetus Tarracon. ſolus. *p Bartholomæo* pro *B.* duo Tarrac. quod placet, ut ſupra cap. 2. *Bathon. Epiſcopo*, concil. d. parte 14. cap. 12. *Idem*, Raimund. & Cont. aliis omiſſis. *Exonien. Epiſcopo*, Cont. in marg. *q Mulieres etiam*, *vel aliæ*, concil. & unus Tarrac. vox *etiam*, non eſt in Gregor.

*r* Sic etiam Raimund. *non poſſunt a diœceſano Epiſcopo abſolvi*, concil. prioris edit. non recte: *non* omiſit Surius.

*s* Sic in concil. & in veteribus Gregor. *non ſunt*, Cont. & alii. *t Quod magnum laborem ſuſtinere nequiverint*, concil. & in marg. *tantum* pro *magnum*, quod Surius omiſit: *quod laborem veniendi ad ſedem Apoſtolicam nequeunt ſuſtinere*, Raimund. *nequeunt* pro *nequeant*, duo Tarracon. *u* Ordinem verborum mutant concil. omittunt omnia Raimund. & Cont. *x* Sic in concil. *Reſpondemus*, Raim. & Cont.

*y* Sic etiam Raimund. *de commiſſo ſcelere erunt puniendi*, concil. voce *tales*, omiſſa.

*z Incidunt*, concil. prioris edit. non optime: *mittunt*, vetus Tarrac. *injecerunt*, alter Tarrac. *qui non per ſe ipſos*, Raim. ut editum eſt, Surius. *aa* Vox *alii*, in concil. non eſt: *vel mandato alii*, Raim. *ſed aliorum*, pro *ſed alii eorum*, duo Tarrac. quorum alter mutavit vocem *aliorum* in *alii eorum*: vox etiam *alii*, in tertio Tarr. aliquando deſiderabatur: *alii illorum*, quartus habet Tarrac. *illorum alii*, Barcin. *alii illorum*, hæc eſt vera littera: *alii eorum auctoritate*, Alan. *bb* Sic etiam Raim. *mittunt* pro *iniiciunt*, vetus Tarracon. *manus violentæ iniiciuntur*, concil. *cc Excuſ.* pro *ex.* unus Tarrac. *omni excuſatione ceſſante*, concil. apertius: hæc omittunt Raim. & Cont. *dd Vere mittat*, vetus olim Greg. ſolus non male. *ee* Sic in concil. *vel mandato*, addit Greg. IX.

*ff Abbati de Nexibus*, concil. non male; fortaſſe, ut mox dicemus. *gg Providentia*, conc. Hujus conſtit. mentio fit ab Innocent. III. cap. 5. hoc titulo in 3. collect. & a Bern. Parmenſ. in ſcholiis cap. 32. eod. tit. in Gregor. his verbis: „ Alibi dicatur. Non habes hodie illam, ſed in antiqua compilatione CONSULUIT: tit. „ eod. " Bern. *hh In monaſterium*, *tuæ religionis habitum ſuſceperunt*, conc. non recte; *forte in monaſterio tuo*, in marg. concil. prioris edit. quod Surio diſplicuit: *qui religionis habitum in monaſterium receperant*, Innoc. non optime.

*ii* Sic etiam Innoc. & *intra certum tempus*, conc. *kk* Sic in concil. *per quod ipſo*, Innoc. non male.

*ll* Sic etiam concil. & Innoc. *incurrunt*, Barcin. & duo Tarrac. *incurrat*, tertius Tarrac. non ſine mendo.

*mm Hos autem non potes ſine licentia ſummi Pontificis*, conc. *ſine licentia Romani Pontificis Abbas non poteſt eos*, Innoc. ex his verbis Innocentii apparet non ad Archiepiſcopum, ſed ad Abbatem miſſum eſſe hoc reſcriptum, ut in concil. quoque inſcribitur. *nn* Sic etiam in conc. *quamvis præſumptionem delinquentium debita poſſit animadverſione punire*, Innoc. hæc verba melius ad Archiepiſcopum, quam ad Abbatem referuntur. Hoc eſt caput a Raim. prætermiſſum, propterea quod ſit ab Innoc. III. abrogatum d. cap. 5.

*oo Religioſi*, addit vetus Greg. ſolus. *pp* Sic vetus Gregor. *tuos mittunt*, concil. d. parte 14. cap. 3. & unus Tarrac. *injecerint in fratres tuos*, alter Tarrac. *ſuos iniiciunt*, alter vetus Raim. liber, & Cont. & alii.

UNED

cti non convicti, ſed privatim, ſicut aſſeris (a), a te veniam poſtulant, eos monere debes propenſis (b), & inducere, ut his, quos læſerunt [c], congrue ſatisfaciant (d), & Apoſtolico conſpectui ſe repræſentent [e], cum a te, vel ab alio quolibet (f) ſine ſpeciali mandato Romani Pontificis abſolvi non poſſint [g].

### CAPUT X.

*Idem* [*h*], *pars c. Significaſti* (*i*).

c. 8. eod. NUlli autem monachi templarii (k) ſe poſſunt privilegio Apoſtolicæ ſedis tueri, quominus excommunicatos vitare debeant, & pro violenta manuum injectione in clericos, ſicut excommunicati, vitari (l).

### CAPUT XI.

*Idem Abbati de Neus.* (*m*)

Non ponitur. SI forte poſt converſionem ſuam in aliquem de fratribus ſuis aliquis violenter manus injecerit (n), licitum ſit tibi (o), eos ab excommunicationis (p) ſententia abſolvere.

### CAPUT XII.

*Idem Cant. Archiepiſc.* [*q*] *&* *ejus ſuffraganeis.*

Non ponit. d. p. 14. c. 5. NON ſine dolore, & cordis amaritudine (r) audivimus, quod cum viri eccleſiaſtici per vos, aut per alias perſonas eccleſiaſticas (s) in eccleſiis ſecundum ſtatuta canonum ordinantur; laici, qui (t) forte aliquando eccleſiarum ordinationes [u], ex uſurpatione conſueverant (x) in ſuæ periculum ſalutis habere, in tantam veſaniam, & furorem prorumpunt, quod eccleſiaſticos viros canonice in ipſis eccleſiis ordinandos (y) injuriis multis afficiunt, aliquando affligunt eos verberibus, interdum etiam, quod eſt auditu terribile, occidere non verentur. Quoniam igitur præſumptio quanta ſit, & impietas eorum, qui talia, & tam atrocia facinora, & nefaria committunt, nemo poteſt, qui recte ſapit, ignorare. Ad eos puniendos, & caſtigandos, qui hoc inſtinctu diabolicæ fraudis committunt, & ſpiritualem (z) gladium debetis exercere (aa), & nos (bb) ita volumus in ipſos [cc] exercere rigorem eccleſiaſticæ diſciplinæ, ut nil videamus omittere (dd), quod adverſus hos ex juris diſtrictione fieri poſſit (ee). Inde eſt, quod f. v. per A. s. pr. m. qua. (ff) ſi qui ſe (gg) in tantam veſaniam, & præſumptionem erexerint (hh), quod hac, vel occaſione alia clericos occidant, vel occidi (faciant) ut alii [ii] in eos violentas manus iniiciant (kk), tam malefactores ipſos, quam illos, de quorum mandato id fuerit perpetratum, publice accenſis candelis, & pulſatis campanis (ll) ap. re. [mm] excommunicato denuntietis, & faciatis, ſicut excommunicatos, vitari [nn], donec Deo, & ſanctæ eccleſiæ (oo) ſatisfaciant, & cum litteris veſtris rei veritatem continentibus ad Apoſtolicam ſedem accedant.

### CAPUT XIII.

*Idem* *.

GRaviter oculos divinæ majeſtatis offendunt, qui religioſos viros fatigant moleſtus (pp), & otium (qq) ſuæ perturbant quietis. Sane a ſanctæ memoriæ prædeceſſore noſtro Papa ** K. (rr) in Lateranen. concilio conſtitutum [ſſ] eſt, ut qui violentas manus in clericos, vel monachos, hoſpitalarios, vel templarios, ſeu in viros alterius religionis immittunt (tt) excommunicationi ſubjaceant; nos autem ſtatutum prædeceſſoris noſtri ratum, & firmum tenere volentes, f. v. m. atque pr. qua. (uu) ſi qui parochianorum veſtrorum in fratres hoſpitalis Hieroſolymitani manus violentas injecerit [xx], eos ap. re. publice excom- Non ponitur. d. p. 14. cap. 6.

* *Idem Venerabilibus fratribus Archiepiſcopis, & Epiſcopis per Agliam conſtitutis*, Cujac.
** *Papa A. III.* alias, *Eugenio*, Cujac.

*a* Hæc omittunt Raim. & Cont. ſunt in concil. *b* Sic in concil. vox *propenſius*, in Gregor. non eſt: *admonere* pro *monere*, Barcin. *c* Sic in concil. & in vet. Gregor. & in Cont. & aliis editis: *quos læſerint*, vetus Tarrac. & alter vetus Raim. liber. *d* Mendoſe in concil. prior. edit. tantum eſt, *ſatisfaciunt*.
*e* *Præſentent*, concil. *Apoſto. ſe. conſpectui repræſentent*, vetus Gregor. *Ap. ſe. conſpectui repræſentent*, alter vetus. *Apoſtolico ſe*, &c. Cont. & alii. *f* Vox *quolibet*, non eſt in Gregor. *vel ab aliquo*, eſt in concil. *&*, additum fuit poſt hæc verba in veteri olim Tarracon. *g* Sic multi Gregor. & concil. *non poſſunt*, vetus Raimund. liber, & tres Tarrac. ſed in duobus nutat verbum *poſſunt*, & in *poſſint*, mutatum eſt.
*h* Sic etiam Raimund. & Cont. *Exonienſi Epiſcopo*, additur in concil. d. parte 14. cap. 4.
*i* Hæc neque in concil. ſunt, neque apud Raimund. & Cont. *Ad* pro *Significaſti*, eſt in vet. Tarrac. Integra clauſula quærenda eſt. *k* Sic in concil. *Nulli*, Raimund. & Cont. aliis omiſſis.
*l* Sic etiam Raim. *excommunicatos vitare*, concil. *m* *Nes*, vetus Tarrac. forte *Neub.* ut cap. 6. de decimis in hac collect. *n* *Manum* pro *manus*, tres Tarracon. *o* *Tibi ſit*, tres Tarracon.
*p* *Excommunionis*, unus Tarracon. *q* *Cantuarien. Archiepiſcopo*, concil.
*r* *Non ſine cordis dolore*, *&* *amaritudine*, concil. aptius. *s* Hæc vox in vet. Tarr. ſolo deſideratur.
*t* *Laici vero, qui*, concil. *u* *Ordinationem*, Barcin. *contra eccleſiaſticam ordinationem*, concil.
*x* *Conſueverunt*, concil. & vetus Tarrac. *y* *Ordinatos*, concil. & duo Tarracon. in quorum altero vox *in* deleta eſt. *z* Vox *&*, neque in concil. eſt, neque in trib. Tarrac. quod placet.
*aa* Sic in concil. forte *exercere*, ſed nihil muto. *bb* Sic in concil. prioris edit. *& vos*, Surius.
*cc* *In eos*, concil. *dd* *Videamur omittere*, unus Tarrac. non male; *videamini omittere*, concil.
*ee* Sic in conc. *exerceri poſſit*, Barcin. *ff* *Fraternitati veſtræ &c. quatenus*, concil.
*gg* Vox *ſe*, in vet. Tarr. ſolo non eſt. *hh* Sic in concil. *in tanta veſania*, *& præſumptione erexerint*, Barc. & quattuor Tarrac. *ii* *Occidere faciant*, *vel aliter*, concil. *aut* pro *ut*, tres Tarrac. aptius.
*kk* *Injecerint*, concil. *ll* *Signis*, concil. & in marg. *campanis.* *mm* *Aperte*, concil. mendoſe.
*nn* *Devitari*, concil. *oo* *Sanctæ matri eccleſiæ*, concil. *pp* *Indebitis*, additur in concil. ante hæc verba.
*qq* *Et locum*, conc. quod non æque placet. *rr* *N.* duo Tarracon. *Papa A. III.* concil. *Alex. II. Papa*, Barcin. *Innoc.* Tarrac. tertius, quod Alano recte placet: eſt autem Innocentius ſecundus, ut diximus cap. 2.
*ſſ* *Statutum*, concil. *tt* *Mittunt*, concil. *iniiciant*, Barcinon. *iniiciunt*, vetus Tarracon.
*uu* *F. v. per A. ſ. pr. m. qua.* duo Tarracon. *fraternitati veſtræ &c. quatenus*, concil.
*xx* Scribe *injecerint*, ut eſt in tribus Tarrac. & in concil.

communicatos denuntietis, & ab omnibus (*a*) faciatis cautius evitari, donec prædictis fratribus de illata injuria congrue ſatisfaciant, & cum litteris Epiſcoporum ſuorum (*b*) rei veritatem continentibus Apoſtolico conſpectui ſe repræſentent [*c*].

CAPUT XIV.

*Idem Archiepiſcopis, Epiſcopis* [*d*], *& aliis Prælatis per Galliam* (*e*) *conſtitutis.*

c. 9. eod. PArochianos autem (*f*) veſtros, ſi qui in monachos(*g*), vel converſos præfati ordinis violentas manus injecerint (*h*), ſub. ap. re. (*i*) ſecundum tenorem generalis decreti excommunicatos denuntietis (*k*) ipſoſque [*l*] faciatis ſicut excommunicatos evitari (*m*), donec eis, quos læſerint [*n*], congrue ſatisfaciant, & cum litteris veſtris Apoſtolico ſe conſpectui repræſentent (*o*).

CAPUT XV.

*Idem Januen. Epiſcopo* (*p*).

c. 10. eod. EX tenore litterarum tuarum nobis innotuit, quod B. [*q*] canonicus S. Mariæ de Vineis (*r*), in quendam ſubdiaconum manus injecit (*s*) violentas, &c. & infra (*t*). Mandamus itaque f. tuæ (*u*), qua, recepto ab eo canonico (*x*) juramento, quod tuo debeat mandato parere, ipſum vice noſtra (*y*), a ſententia, qua tenetur (*z*), abſolvas; ſibique in virtute juramenti præcipias, quia de cetero [*aa*] in clericum, monachum, hoſpitalarium (*bb*), vel alicujus religionis converſum, manus non iniiciat (*cc*) violentas, niſi ſe defendendo (*dd*), aut de mandato fecerit ſuorum prælatorum, vel niſi ſuper eum prælationis miniſterium, aut magiſterium habeat, aut cum ipſo ſocius fuerit (*ee*) in eadem eccleſia.

CAPUT XVI.

*Idem Cenomanenſi Epiſc. pars c. Tua nos* (*ff*).

DE cetero noveris, quod ſi laicus (*gg*) pro violenta manuum injectione in clericum, c. 11. eod. vinculo excommunicationis adſtrictus (*hh*), ſi habens capitales inimicitias, vel alias juſtas excuſationes (*ii*), quibus ab itinere rationabiliter excuſetur, ita quod ſine [*kk*] periculo Apoſtolico ſe nequeat (*ll*) conſpectui præſentare, licet diœceſano Epiſcopo (*mm*) recepto (*nn*) juramento, ſecundum morem eccleſiæ, abſolutionis (*oo*) gratiam impertiri, ſed eſt illi ſub juramenti debito injungendum, ut quam citius habuerit opportunitatem, Romanum Pontificem adeundi adeat (*pp*) mandatum Apoſtolicum ſuſcepturus.

TITULUS XXXV.

DE PRESBYTERO NONDUM BAPTIZATO (*qq*).

CAPUT I.

*Ex concilio apud Compendium* [*rr*].

SI quis presbyter ordinatus deprehenderit ſe De presb. nond. bapt. cap. 1. non eſſe baptizatum, baptizetur, & iterum ordinetur (*ſſ*).

CAPUT II.

*Innocentius III. Cremonen. Epiſcopo* [*tt*].

APoſtolicam ſedem venerabilis frater noſter, ut debuiſti [*uu*], conſulere decreviſti, & infra (*xx*). Unde inquiſitioni (*yy*) tuæ c. 2. eod. breviter, & placide reſpondemus, presbyterum



*a* Sic in concil. *ab hominibus*, unus Tarrac. forte, *ab omnibus hominibus.*
*b* *Litteris veſtris*, vetus Tarrac. tantum. *c* *Se præſentent*, concil.
*d* *Idem Epiſcopis*, *Archidiaconis*, *&c.* concil. d. parte 14. cap. 11. *Idem Epiſcopis*, *&c.* aliis omiſſis.
*e* Sic Raim. *per Angliam*, concil. & vetus Tarrac. *f* Vox *autem*, non eſt in Gregor. eſt in concil.
*g* *Vel in monachos*, vetus Gregor. ſolus. *h* *Injecerunt*, idem vetus Gregor. tantum.
*i* Sic vetus Greg. *ſublato ap. remedio*, alter vetus: *ſublato appellationis remedio*, concil. & Cont. & alii.
*k* Sic in concil. *publice nuntietis*, Raim. *l* Sic Raim. & concil. *& ipſos*, duo Tarrac.
*m* *Cautius evitari*, concil. *artius evitari*, Raimund. *n* Sic in concil. *læſis*, Raimund. & Cont.
*o* *Apoſtolico conſpectui ſe præſentent*, concil. *& ſecum litteris veſtris Apoſt. ſe. conſpectui repræſentent*, vetus Greg. ut editum eſt, alter vetus, & Cont. & alii. *p* Sic vetus Gregor. *Archiepiſcopo*, alter vetus. *Genuen. Archiepiſcopo*, Contius, & alii. *q* *H.* vetus Gregor. ſolus. *r* *Sanctæ* pro *S.* tres Tarracon. omnia omittunt Raim. & Cont. *s* *Injecerit*, vetus Gregor. & tres Tarrac. *t* *Et infra*, Raim. Quærendum quid poſtea ſequatur in integra epiſtola. *u* Hæc omittunt Raimund. & Cont. *x* Vox *canonico*, non eſt in Gregor.
*y* *Fretus*, addunt Tarrac. duo: ſed Raim. ut editum eſt. *z* *Teneatur*, vetus Tarrac. ſolus non optime.
*aa* *Quod* pro *quia*, tres Tarrac. *ne*, Raim. & Cont. *bb* Carent hac voce Raimund. & Cont.
*cc* *Iniiciat*, Raim. ſine *non*, quia prius *ne* ſcripſit pro *quia.* *dd* *Se*, omittit vetus Gregor. ſolus.
*ee* *Socius eſſe noſcatur*, Raim. *ff* Hæc neque in conc. ſunt, neque apud Raim. & Cont. Integra clauſula exſtat ſub titulo de clericis peregrinis lib. 1. tit. 14. hujus collect. *gg* Sic in concil. d. parte 14. cap. 13. *quod ſi quis*, Raimund.
*hh* *Eſt excommunicationis vinculo adſtrictus*, concil. & multi Gregor. *Excommunionis*, vet. Gregor. & unus Tarrac. *vinculo eſt*, &c. tres Tarr. *ii* Sic Raim. *juſtas cauſas*, conc. *kk* Sic etiam Greg. IX. *ut ſine*, conc.
*ll* *Nequeat ſe*, concil. *Apoſt. ſe. nequeat ſe*, duo veteres Gregor. ſed in altero vox *ſe* deſideratur. Ut editum eſt, Cont. & alii. *mm* Vox *Epiſcopo*, in vet. Tarrac. ſolo fuit omiſſa. *nn* Sic Raim. *accepto*, concil.
*oo* Sic in conc. *abſolutionis ſibi*, unus Tarrac. ſed vox *ſibi* olim omiſſa fuerat: *ſibi abſolutionis*, Raim.
*pp* Vox *adeundi*, neque in conc. eſt, neque in Gregor. *adibit* pro *adeat*, unus Tarrac. *eum adeat*, alter.
*qq* *Non* pro *nondum*, Raim. & Cont. *rr* Sic etiam Raim. *cap.* 5. addit Burch. lib. 4. c. 74. & Ivo lib. 1. cap. 268. decreti, & lib. 1. tit. 2. cap. 89. Panorm. omnia omiſit Grat. ſive Palea 1. q. 1. cap. 60. *Item ex eodem apud Compendium*, concil. parte 50. cap. 45. non ſine mendo in priore editione: ut editum eſt, Surius.
*ſſ* Poſt hæc verba addunt Burch. & Ivo utrubique & Palea hæc: *& omnes*, *quos prius baptizavit*, quæ recte omiſſa ſunt a Bern. Papienſ. & a Raim. *ipſe* pro *prius*, concil. Poſt hoc primum caput in veteri Tarrac. additum eſt aliena manu, *Alex. III. Si quis ſane puerum* &c. ut cap. 1. de baptiſmo puerorum in 2. collect.
*tt* Scribendum *Innocentius II.* ut eſt in duobus Tarrac. & in uno veteri Gregor. licet in altero veteri, & apud Cont. & alios ut editum eſt. *uu* Hæc omittunt Raim. & Cont. *xx* Sic multi Greg. & Contius: *& infra*, vetus Raim. liber aliis omiſſis. Nondum inveni, quid poſt illa verba ſequeretur.
*yy* *Unde inquiſit. tuæ t. reſpondemus*, vetus Gregor. *tibi reſpondemus*, alter vetus aliis omiſſis. *Inquiſit. t. t. reſ.* Contius, & alii.

rum [a], quem ſine unda baptiſmatis extremum diem clauſiſſe, litteris tuis (b) ſignificaſti, quia in ſanctæ matris eccleſiæ [c] fide, & Chriſti nominis confeſſione perſeveraverit [d], ab originali peccato ſolutum, & cæleſtis patriæ gaudium eſſe adeptum (e), & ſanctorum (f) patrum auctoritate Auguſtini, atque Ambroſii incunctanter aſſerimus. Lege frater VIII. Auguſtini librum de civitate Dei (g), inter cetera legitur (h): Baptiſmus inviſibiliter miniſtratur (i), quem non contemptus religionis, ſed terminus (k) neceſſitatis excludit. Librum beati Ambroſii de obitu Valentiniani (l) idem aſſerentis revolve, ſopitis igitur quæſtionibus (m) doctorum patrum ſententias teneas (n), & eccleſiæ tuæ (o) juges preces, hoſtiaſque pro eo (p) offerre jubeas [q].

## TITULUS XXXVI.

## DE VERBORUM SIGNIFICATIONE [r].

### CAPUT I.

*Hieronymus ſuper Danielem* [s].

NAM Rex Nabuchodonoſor pater tuus (t), ideſt proavus, more ſcripturæ (u), quæ avos, & deinceps, patres appellat. De verbor. ſign. c. 2.

### CAPUT II.

*Idem in parabolis* (x).

NAM, & ego unigenitus fui coram matre mea (y). Quia (1) unigenitum ſe (z) coram matre nominat, quem fratrem uterinum (aa) præceſſiſſe ſcriptura teſtatur, niſi quia ille mox natus ſine nomine, quaſi nunquam (bb) eſſet, de vita deceſſit (cc). cap. 3. e.

### CAPUT III.

*Idem ſuper Matthæum* (dd).

QUod dicitur antequam convenirent [ee], non ſequitur, ut poſtea convenirent (ff); ſed ſcriptura, quod factum non ſit, oſtendit. c. 4. eod.

### CAPUT IV.

*Idem in eodem* (gg).

JOſeph non cognovit, donec peperit filium ſuum c. 5. eod.

(1) *Quare*, forte.

*a* Sic Raim. *ut presbyterum*, unus Tarrac. *b* Hæc omittunt Raim. & Cont.

*c* Sic etiam Raim. vox *eccleſiæ*, in veteri Tarrac. non eſt. *d Perſeveravit*, duo Tarracon. & duo veteres Gregor. ut editum eſt, Cont. & alii. *e* Sic in omnibus libris veteris, & Gregor. collectionis: *potuiſſe adipiſci*, malim: quid enim, ſi alicujus occulti peccati reus mortuus eſt? quid ſi non ſatisfecit pro aliis etiam confeſſus? *f Ex* pro *&*, Barcin. & duo Tarrac. non male: hæc etiam a Raim. & Contio ſunt omiſſa.

*g Lege ſuper VIII. libro Auguſt.* &c. vetus Gregor. *librum* pro *libro*, alter vetus, cetera eodem modo; *lib.* Cont. & alii: *ſuper* pro *frater*, duo Tarrac. in quibus etiam duobus eſt *libro* pro *librum*. Videndum eſt, utrum ſcholia ſignificentur: verba enim Auguſtini in eo libro nulla invenire potui huic ſententiæ apta. *XIII.* pro *VIII.* ſcribo, nam in eo libro cap. VII. hac de re agitur: ejus capitis verba refert Ivo lib. 1. tit. 2. cap. 99. Panormiæ. *h Ibi*, additur in uno Tarrac. manu recenti: *ubi*, ante hæc verba eſt in Gregor. ego utramque vocem reiicio. *i* Sic etiam Raim. Sumuntur hæc verba, ut recte ſuſpicatur Vincent. vetus interpres, ex Auguſtino lib. 4. cap. 22. de baptiſmo contra Donatiſtas: refert Ivo d. tit. 2. cap. 102. Panormiæ, & lib. 1. cap. 177. decreti, & Grat. de conſecr. diſt. 4. cap. 34. BAPTISMI VICEM. Aurelii Auguſtini verba ſunt hæc: *ſed tunc impletur inviſibiliter, cum myſterium baptiſmi non contemptus* &c.

*k* Sic multi Gregor. *ſed tantum vis*, vet. Raim. liber: *ſed articulus*, Aug. & Ivo utrubique, & Grat.

*l* Vox *beati*, in duobus Tarrac. non eſt: *librum etiam beati* &c. Raim. ex eo libro refert in ſcholiis Laurent. vetus interpres quædam verba, quæ nos ex fonte hauſimus: *Ventrem meum doleo, ut prophetico utar eloquio, quoniam quem in evangelio eram generaturus, amiſi: ſed ille non amiſit gratiam, qua popoſcit, qui mihi in ſermone, quo utebar ad plebem, hodie ſurrexit.* Et poſt alia: *Sed audivi vos dolere, quod non acceperit ſacramenta baptiſmatis. Dicite mihi, quid aliud in nobis eſt, niſi voluntas, niſi petitio?* Et poſtea: *Aut ſi quia ſollenniter non ſunt celebrata myſteria, hoc movet; ergo nec martyres; ſi catechumeni fuerint, coronantur? non enim coronantur, ſi non initiantur? Quod ſi ſuo abluuntur ſanguine, & hunc ſua pietas abluit, & voluntas.* *m Rationibus*, vetus Gregor. ſolus.

*n Tene*, duo Tarrac. *ſententiam teneas*, Raimund. *o Et in eccleſia tua*, Raimund. aptius.

*p Hoſtias*, vetus Tarrac. aliis omiſſis: *hoſtiaſque Deo*, Raim. *q Pro presbytero memorato*, addit Raim.

*r Significationibus*, vetus Gregor. ſolus. *s* Sic etiam Raimund. & Cont. adde *cap. V.*

*t* Sic vetus Gregor. *Nam etiam Rex*, alter vetus. *Nam & Rex*, duo Tarrac. & Cont. & alii: ſic etiam Complut. Lat. & Hieron. ϰ὇ ὁ βασιλεὺς Ναβȣχοδονόσωρ ὁ πατήρ σȣ. LXX. *Et Rex Nabuchodonoſor pater tuus*, Compl. Integra clauſula his verbis efficitur: *principem magorum, incantatorum, Chaldæorum, & aruſpicum conſtituit eum*: ſic Complut. Lat. & Hieron. Ἄρχοντα ἐπασιδῶν μάγων χαλδαίων γαζαρηνῶν κατέστησεν αὐτόν. LXX. *u* Sic etiam Raim. & ſcholium ſacrorum librorum, quæ gloſſa inter lineas dicitur. Hieronymi verba ſunt initio d. cap. 5. *Quod autem Balthaſaris patre Nabuchodonoſor vocat, non facit errorem ſcientibus ſanctæ ſcripturæ conſuetudinem, qua patres omnes proavi, & majores vocantur*; & poſtea: ET IN DIEBUS PATRIS TUI. *Patrem vocat Nabuchodonoſor, ut ſupra diximus, proavum ejus, ſecundum conſuetudinem ſcripturarum.*

*x* Sic etiam Raimund. & Cont. qui recte in marg. addit, *Proverb. cap.* 4.

*y* Vox *mea*, non eſt in duobus veteribus Gregor. in quorum altero vox *&*, deſideratur: ut editum eſt, Contius, & alii. *Nam & ego filius ſui patris mei tenellus, & unigenitus coram matre mea*, Compl. Lat. & Hier. ὑὸς γὰρ ἐγενόμην κἀγὼ πατρὶ ὑπήκοος ϰ὇ ἀγαπώμενος ἐν προσώπῳ μητρός. LXX. *Filius enim & ego patri obediens, & dilectus in facie matris*, Compl. Apud Pollucem ἀγαπητὸς *unigenitum* ſignificat & *dilectum*. *z Quare* pro *Quia*, tres Tarrac. & Barcin. *Quare autem ſe Salomon unigenitum coram matre nominat*, Hieron. *Salomon ſe*, gloſſa ordin. *Quare unigenitum ſe nominat*, Raimund. & Cont. aliis omiſſis.

*aa Unum*, Tarracon. unus, & ſolus. *bb Quaſi qui numquam*, Barcinon. tantum.

*cc Receſſit*, Barcin. ceteri, ut edidimus. *dd* Sic etiam Raim. *cap.* 1. addit in marg. Cont. non male.

*ee* Sic Raim. *Quod autem dicitur* &c. Hieron. Matthæi verba ſunt hæc: Μνηστευθείσης γὰρ τῆς μητρὸς αὐτȣ̃ Μαρίας τῷ Ἰωσὴφ πρὶν ἢ συνελθεῖν αὐτȣ̀ς εὑρέθη ἐν γαστρὶ ἔχȣσα ἐκ πνεύματος ἁγίȣ. *Cum eſſet deſponſata mater ejus Maria Joſeph, antequam convenirent, inventa eſt in utero habens de Spiritu ſancto.*

*ff Convenerint*, Hieron. aptius. *Quod* pro *ut*, vetus Gregor. ut editum eſt, alter vetus, & Cont. & alii. Hæc pluribus verbis idem Hieron. tractat in libro adverſus Helvidium, ubi ait: ANTE *præpoſitio licet ſæpe conſequentia indicet, tamen nonnumquam ea tantum, quæ prius cogitabantur, oſtendit.*

*gg* Sic etiam duo veteres Gregor. mendoſe Contius, & nonnulli editi repetunt, *Hieronymus ſuper Matthæum*: ſunt autem hæc in eodem capite ſcripta; ut conjungi potuerint hæc duo capita.

UNED

ſuum primogenitum (*a*), ex hoc quidam loco perverſiſſime (*b*) ſuſpicantur, & alios filios habuiſſe Mariam, dicentes primogenitum (*c*), cum primogenitus non debeat dici, niſi qui habeat fratres. Cum hic mos (*d*) divinarum ſit
* &. ſcripturarum, * ut primogenitum non eum vocent, quem fratres ſequantur (*e*), ſed eum qui primo natus ſit (*f*).

## CAPUT V.

*Hilarius* (*g*).

cap. 6. eod. INtelligentia dictorum (*h*) ex cauſis eſt aſſumenda (*i*) dicendi (*k*): quia non (*l*) ſermoni res, ſed rei eſt ſermo ſubjectus.

## CAPUT VI.

*Auguſtinus ſuper Matthæum* (*m*).

ap. 7. eod. NIhil obſtat narrandi diverſitas, ut eadem dicantur (*n*), maxime cum quiſque evangeliſtarum eo ordine credit ſe debere ire (*o*), quo Deus voluit (*p*).

## CAPUT VII.

*Gregorius* (*q*).

c. 8. eod. PRopterea ſi prolixam (*r*) epiſtolam meam (*s*) ad interpretandum accipere fortaſſe (*t*) contigerit, rogo non verbum ex verbo, ſed ſenſum ex ſenſu transferre (*u*), quia plerumque dum proprietas verborum attenditur (*x*), ſenſus veritatis amittitur (*y*).

## CAPUT VIII.

*Idem* (1) *Iſidorus de præpoſitis* (*z*).

QUamvis omnes, qui præſint (*aa*), præpoſi- c. 9. eod.
ti rite vocantur (*bb*), uſus tamen obtinuit, eos vocari præpoſitos, qui quandam prioratus curam ſuper alios gerant (*cc*).

## CAPUT IX.

*Alexander III.* (*dd*)

QUæſivit a nobis (*ee*) tua fraternitas, utrum cap. 14. e.
ſacerdos uno clerico tantum præſente infirmum debeat ungere (*ff*), & quando [*gg*] feſtum beati Matthiæ in anno biſſextili debeat obſervari, præſertim cum quidam inter vigiliam, & feſtum velint diem interponere. Nos itaque (*hh*) tibi duximus reſpondendum, ſacerdos (*ii*) uno præſente clerico, & etiam ſolus in-

X x 2

(1) *Item*, forte.

*a* Sic etiam duo veteres Gregor. *Mariam*, poſt verbum *cognovit*, addunt manu recenti duo Tarracon. item Cont. & alii. Matthæi verba ſunt: *& accepit conjugem ſuam, & non cognoſcebat eam, donec peperit filium ſuum primogenitum.* κ̀ παρέλαβε τὴν γυναῖκα αὐτοῦ, καὶ οὐκ ἐγίνωσκεν αὐτὴν ἕως οὗ ἔτεκε τὸν υἱὸν αὐτῆς τὸν πρωτότοκον. ſic Complut. *cognovit* pro *cognoſcebat*, habet Hier. utriuſque vero mentionem facit in libro adverſus Helvidium, in quo etiam de voce *donec* reſpondet. *b* Sic Hieron. & Raimund. *perverſe*, duo Tarracon. *c* Hæc uſque ad illa, *cum hic mos*, omittunt Raimund. & Cont. *dicentes primogenitum non dici, niſi qui habeat & fratres*, Hieron. & vetus Tarrac. Excepta voce *dici*, & voce *&*, Barcin. ut Hieron.

*d* Sic Hieron. *is* pro *hic*, vetus Tarrac. omittitur in aliis duobus Tarrac. & in Gregor.

*e* Sic Hieron. *ſequuntur*, Raimund. qui omittit vocem *eum*. Apertius adverſus Helvidium: *Primogenitus eſt*, inquit, *non tantum poſt quem & alii, ſed ante quem nullus*; & in ſcholiis inter lineas, *ante quem nullus, nec poſt quem alius.* *f* Sic etiam Hieron. *fuit* pro *ſit*, Raim. *primus* pro *primo*, duo Tarrac. *Primogenitum dicitur omne, quod aperit vulvam*, ſchol. gloſſ. ord. *g* Sic etiam Raim. & Cont. adde *lib. 4. de Trinitate.*

*h* Sic Raim. *doctorum*, vetus Tarracon. non recte. Altius repetere Hilarii verba operæ pretium eſt: *Sequamur ergo adverſus irreligioſas, & impias de Deo inſtitutiones, ipſas illas divinorum dictorum auctoritates, & unumquemque eo ipſo, de quo quæritur, auctorem* (forte *auctore*) *tractabimus; non ad fallendam audientium imperitiam, & male imbuendam, quaſdam verborum enuntiationes, ſubtractis eorum cauſis coaptantes. Intelligentia enim dictorum* &c.

*i Eſt intelligenda, vel aſſumenda*, Barcin. ſolus. *k* Hæc vox in ſolo vet. Tarracon. non eſt. *l Quoniam non*, unus Tarrac. tantum. Poſt hujus capitis verba addit Hilarius: *Verum omnia editis ſimul, & dicendi cauſis, & dictorum virtutibus proſequemur.* *m* Sic etiam Raim. & Cont. *Eug.* pro *Aug.* Barcin. *Gug.* unus Tarrac. mendoſe, nondum hujus capitis fontem invenimus. Fortaſſe ex libris de conſenſu Evangeliſtarum hæc ſumpta ſunt; vide Auguſt. lib. 2. c. 12. & cap. 21. & c. 28. *n Ubi eadem dicuntur*, Barcin. & tres Tarracon. & Raim.

*o Dicere* pro *ire*, Barcin. *credat ſe dicere*, Raimund. *p* Tractatur hic locus ab Aurelio Auguſtino d. lib. 2. cap. 21. & cap. 66. ubi de varietate LXX. interpretum ab Hebræorum libris etiam agit, & lib. 3. cap. 7. & cap. 13. *q* Sic etiam Raimund. & Cont. adde, *Ariſtobolo Expræfecto, & antigrapho*, ut eſt lib. 1. epiſt. 28. regiſtri. *r* Ante hæc verba addi potuit, *Pars cap.* AD EXPLENDUM: ex regiſtro. Integram clauſulam infra ſcripſimus: *Ad explendum affectum meum, fateor, lingua non ſufficit; ſed quidquid de vobis ſentio, veſter vobis melius affectus dicit.* Et poſt alia: *Præterea ſi prolixam* &c. ſic etiam in duobus Tarracon. eſt, *Præterea*, non *Propterea.* *s* Sic in veteri regiſtro, & apud Raim. vox *meam*, in edito regiſtro deſideratur. *t* Sic in regiſtr. *forte*, duo Tarr. *te fortaſſe*, Raim. *u Transferri*, Raim. *transferre*, regiſtr. Sic lib. 6. Indict. 15. epiſt. 26. c. 191. *Bene ſcit dulciſſima veſtra Magnitudo, quia hodie in Conſtantinopolitana civitate, qui & de Latino in Græcum dictata bene transferant, non ſunt. Dum enim verba cuſtodiunt, & ſenſus minime attendunt, nec verba intelligi faciunt, & ſenſus frangunt.* Et Horat. in arte: *Nec verbum verbo curabis reddere fidus interpres.*

*x* Sic Raim. *intenditur*, vetus regiſtr. liber; *tenet*, editus, *tenetur*, forte ſcribere voluit, *attenditur*, eſt in altero edito. *y* Sic etiam Raim. *ſenſuum virtus amittitur*, vetus regiſtr. & unus ex editis non male: *ſenſum virtus amittit*, alter editus non recte. *z Item Iſidorus*, Barcin. aliis omiſſis, aptius: *Iſidorus*, tantum Raim.

*aa Præſunt*, malo, ut eſt in Barcin. & in trib. Tarr. & in Gregor. Verba Iſidori ſunt lib. 10. etymolog. *Præſul vocatus, quia præeſt ſollicitudine. Præpoſitus appellatus, eo quod ſit ſubjectorum, ac famulantium ordinator, vel rector. Qui* pro *quia*, eſt in veteri libro; *quod*, in altero. *bb Recte* pro *rite*, vetus Tarr. non male: *jure vocetur*, vetus Gregor. *rite vocantur*, alter vetus, & Cont. & alii. *cc Gerunt*, unus Tarrac. & Raim. Hujus capitis nullam utilitatem adgnoſco. *dd* Sic etiam Raim. & Cont. *Carnoten. Epiſcopo in 14. libro regiſtri*, addi potuit ex concil. parte 50. c. 21. & 22. Ante verba hujus capit. eſt in vet. Tarr. *De unctione infirmorum, & de biſſexto.* *ee* Ante hæc verba addi potuit, *Pars cap.* CUM SACROSANCTA ROMANA, ut eſt ſcriptum in concil. d. cap. 21. Idem initium eſt cap. 4. de ætate, & qualitate præficiend. collect. 2. in quo tantum additur ſupraſcriptis verbis vox *eccleſia*: eſt autem Clementis III. Itaque adhuc quæſito opus eſt. Tantum hoc certum eſt verba cap. 6. de adulteriis hujus collect. ante verba hujus capitis collocari in conciliis d. cap. 21. & 22. *Quæſivit, & infra*, vetus Gregor. *Quæſivit t. fr. & infra*, alter vetus, & Cont. & alii.

*ff Inungere*, concil. *gg Et qua die*, concil. *hh* Sic Raim. *utique* pro *itaque*, Barcin. & duo Tarr. ante hæc verba eſt in conc. *& utrum mulier pro latrocinio &c.* ut cap. 2. de divortiis dictum eſt. *ii Tibi duximus taliter reſpondendum, quod ſacerdos*, conc. plenius; *tibi taliter duximus* &c. duo Tarrac. *tibi taliter reſpondemus, ſa-*

infirmum ungere poteſt (*a*), feſtum beati (*b*) Mathiæ juxta conſuetudinem (*c*) eccleſiaſticam vigilia eatenus præcedat, ut nec pro biſſexto, nec quolibet (*d*) alio modo inter ſe, & ſollemnitatem aliam diem admittat. In qua utique niſi vigiliaverint (*e*) in dominica die (*f*), jejunium celebretur (*g*). Ipſum autem feſtum, ſive fiat in præſenti (*h*) die, vel in (*i*) ſequenti, qui duo quaſi pro uno (*k*) reputantur, nullus error (*l*), ſed eccleſiæ conſuetudo teneatur.

## CAPUT X.

*Iſidorus in libro etymologiarum* [*m*].

c. 10. eod. FOrus eſt exercendarum [*n*] litium locus, a fundo dictus, ſive a Phoronæo Rege, qui primus Græcis legem dedit (*o*): hæc loca, & proroſtra [*p*] vocantur, ab eo, qui (*q*) ex bello Punico (*r*), captis navibus Carthaginienſium roſtra ablata (*s*) ſunt, & in foro Romano præfixa, ut eſſent in ſigno hujus victoriæ (*t*). Conſtat autem forus cauſa, lege, & judicio (*u*), cauſa vocata a caſu, quo venit (*x*), eſt enim [*y*] materia, & origo negotii, nec dum (*z*) diſcuſſionis examine patefacta, quæ dum proponitur (*aa*), cauſa eſt; dum diſcutitur, judicium [*bb*]; dum finitur (*cc*), juſtitia (*dd*). Vocatur autem (*ee*) judicium, quaſi juriſdictio, & juſtitia, quaſi juris ſtatus (*ff*): judicium autem prius inquiſitio [*gg*] vocabatur, unde & auctores (*hh*) judiciorum, & præpoſitos [*ii*] quæſtores, vel quæſitores (*kk*) vocamus: negotium multa ſignificat (*ll*), modo actum rei alicujus, cui (*mm*) contrarium eſt otium, modo actionem cauſæ (*nn*), quod eſt (*oo*) jurgium litis, & dictum (*pp*) negotium, quaſi nec otium (*qq*), ideſt ſine otio (*rr*). Negotium autem in cauſis, negotiatio in commerciis dicitur, ubi aliquid datur, ut majora lucrentur. Jurgium dicitur [*ſſ*] quaſi juris garrium, eo quod ii, qui cauſam dicunt [*tt*], jure diſceptant [*uu*]. Lis (*xx*) a contentione limitis prius nomen ſumpſit; de qua (*yy*) Vergilius: *Limes erat poſitus, litem ut diſcerneret agri.* Cauſa autem, aut (*zz*) argumento, aut pro-

*ſacerdos*, tert. Tarr. *tibi taliter duximus reſpondendum*, *quod ſacerdos*, multi Greg. vox *tibi* in uno vet. deſideratur.

*a Poteſt ungere*, tres Tarr. *poteſt infirmum inungere*, concil. & vetus Gregor. *poteſt infirmum ungere*, alter vetus, & Cont. & alii. *b* Scribe, *feſtum vero beati*, ut eſt in Barc. & in duob. Tarr. & in concil. & in Gregor. *c* Sic etiam Raim. *juxta regulam*, concil. *d* Sic in concil. & in duobus veteribus Gregor. *nec pro quolibet*, Cont. & alii. *e Vigilia niſi venerit*, tres Tarr. & Raim. *vigilia*, *niſi eveniat*, concil.

*f* Vox *die* omittitur in Greg. eſt in concil. *g* Sic Greg. IX. *Celebrantur*, concil.

*h* Sic etiam in concil. & in duobus veteribus Gregor. *in præcedenti*, Cont. & alii. *i* Malo, *ſive in*, ut eſt in concil. & in Gregor. *k* Sic in concil. *quaſi de uno*, vetus Gregor. vox *quaſi* in duobus Tarr. non eſt: ut editum eſt, alter vetus Raim. liber, & Cont. & alii. *l Eſt*, additur alia manu in uno Tarr. non male. Poſt hujus capitis verba eſt in concil. *Quod autem mulier pro furto* &c. ut d. c. 2. de divortiis. Illud non omittam, mihi videri partem hujus capitis poni debuiſſe ſub titulo de ſacra unctione, cetera ſub titulo de obſervatione jejuniorum. *m* Sic etiam Raim. & Cont. *III.* pro *in*, eſt in vet. Tarr. non recte: *lib.* 5. addit Cont. in marg. mendoſe, ſcribe, *lib.* 18. *cap.* 15. *n* Sic etiam Iſid. editus, excepto verbo *eſt*, quod in veteribus libris exſtat. *Forum* pro *Forus*, Barcin. & unus ex veteribus Iſidori libris aptius, dicebatur enim *Forum Romanum*, de quo agere videtur, cum de roſtris mox loquatur. Melius Varro lib. 4. *Quo conferent ſuas controverſias*, *& quæ vendere vellent*, *& quo quæque ferrent*, *forum appellarunt*, *ubi quid generatim additum*, *ab eo cognomen*, *ut boarium forum*, *forum olitorium*. Eſt igitur a ferendo forum, ut a tegendo toga, & ut ciſtophorus, œnophorus, Chriſtophorus ἀπὸ τοῦ φέρειν, ut alia permulta, non a fando, nec litium tantum cauſa, ſed etiam legum, & comitiorum, & concionum, & aliarum rerum gratia. *o Leges*, *judiciaque conſtituit*, idem Iſidor. lib. 5. c. 1. apud Grat. diſt. 7. cap. 1. Hæc etiam origo inepta eſt, cum forum a Romulo, & Tatio inſtitutum nihil habeat commune cum Græcorum Regibus. *Leges dedit*, eſt in veteribus Iſid. libris aptius: ut editum eſt, Raim. *p* Omittunt omnia hæc Raim. & Cont. *qui locus & roſtra vocatur*, Iſid. edit. aptius, quam *pro roſtra*, quod tamen in veteribus libris ſic eſt, & *pro roſtris* habitam orationem, aut ſtatuam poſitam dicimus: ineptum autem eſt forum dici appellatum eſſe *roſtra*, ſive *proroſtra*; verius dicemus in foro roſtra fuiſſe; ante roſtra comitium partem fori, ubi aliquando judicia habebantur. *q* Scribe *quod* pro *qui*, ut eſt in Barcin. & tribus Tarr. & apud Iſid. *r* Sic etiam Iſid. ſed apud Livium antiquiora ſunt roſtra bellis Punicis ex Antiatum, ni fallor, navibus. *s Roſtra earum ablata*, veteres Iſidori libri ſoli non male.

*t Eſſet* pro *eſſent*, vetus Tarr. *ut eſſet hujus inſigne victoriæ*, Iſid. *u* Sic Raim. *judice* pro *judicio*, Iſid. optime: ut editum eſt, Raim. & Cont. *forum* pro *forus*, iterum Barcin. aptius, & vetus Greg.

*x Evenit*, veteres Iſid. libri: verbum *vocata* non eſt in duobus veteribus Greg. *dicitur*, addit Cont. & alii. *Cauſa vocatur a caſu*, *quo evenit*, Iſid. editus; verbum *eſt* additur aliena manu poſt verbum *vocata* in uno Tarr.

*y* Hæc in vet. Tarr. ſolo deſiderantur. *z* Sic Iſid. & duo veteres Greg. *nedum*, Cont. & alii quidam non recte. *aa Præponitur*, vetus Iſidori liber ſolus. *bb Eſt*, addit Iſid. tantum.

*cc Dum definitur*, vet. Tarr. ſolus. Mihi hæc etiam verba minus placent: tam enim cauſa eſt, dum diſcutitur, quam judicium; & cum finitur, cauſa, & judicium finitur, nec minus juſtitiæ locus eſt in quacumque parte judicii, quam in fine. *dd Eſt*, additur in veteri Iſid. libro. *ee* Sic Raim. & vetus Iſid. *Vocatum autem*, alter vetus, & editi libri: omnia in veteri Tarr. deſiderantur. *Vocatum eſt autem*, tertius Iſid. vetus liber. *ff Statio*, vetus Tarrac. ſolus. *gg* Sic omnes libri: ego *anquiſitio*, ut apud Varronem lib. v. de lingua Latina. *hh Et actores*, duo Tarr. & Iſid. & duo veteres Gregor. ut editum eſt, Cont. & alii.

*ii* Sic etiam Iſid. & vetus Gregor. vox *&* non eſt in altero veteri Raim. libro, neque in Contiano, & aliis. *kk* Sic Iſid. & Raim. *&* addunt ante hæc verba duo Tarr. non recte. De Quæſtoribus hæc Varro lib. 4. „ Quæſtores a quærendo, qui conquirerent publicas pecunias, & maleficia, quæ Triumviri capitales „ nunc conquirunt: ab his poſtea, qui quæſtionum judicia exercent, Quæſtores dicti “.

*ll* Sic etiam Iſid. editus, & vetus Greg. *multam* pro *multa*, alter vetus non recte; *ſignat* pro *ſignificat*, Cont. & alii mendoſe. *Negotium autem multa ſign. complectitur*, veteres Iſid. libri. *mm* Sic Iſid. & duo veteres Greg. *alicujus rei*, *cujus*, Cont. & alii. *nn Actum cauſæ*, Barcin. tantum. *oo Quæ eſt*, veteres Iſidori libri, & vetus Greg. tantum. *pp* Sic Iſid. *eſt*, addit unus Tarr. & Raim. *qq* Sic etiam Iſid. hæc omittunt Raim. & Cont. *rr* Sic Iſid. & Raim. *quod ſit ſine otio*, vetus Tarr. non male. *ſſ* Sic Raim. *dictum*, Iſid.

*tt Ducunt*, vetus Iſid. liber. *uu* Sic etiam Raim. *diſceptent*, Iſid. non male. *xx* Sic Iſid. *Lis autem*, Raim. *yy De quo*, unus ex veteribus Iſid. libris. *zz* Vox *autem* neque apud Iſid. eſt, neque in duobus Tarr.

probatione conſtat: argumentum numquam teſtibus numquam tabulis dat probationem, ſed ſola inveſtigatione invenit veritatem. Unde * dictum eſt [*a*] argumentum, ideſt argutum inventum (*b*), probatio autem teſtibus, & fide tabularum conſtat (*c*). In omni autem negotio ſex perſonæ quæruntur (*d*), judex, accuſator, reus, & tres teſtes [*e*]. Judex dictus eſt (*f*), quaſi jus dicens populo (*g*), ſive quod jure diſceptet [*h*]. Jure autem diſceptare eſt juſte judicare, non eſt autem (*i*) judex, ſi non eſt in eo juſtitia. Accuſator vocatus (*k*) quaſi accuſator (*l*), quia ad (*m*) cauſam vocat eum quem (*n*) appellat. Reus a re, quæ petitur (*o*), nuncupatus (*p*), quia quamvis (*q*) conſcius ſceleris non ſit: reus dicitur tamen, quamdiu judicium (*r*) pro re aliqua petitur: teſtes antiquitus ſuperſtites dicebantur (*s*), eo quod ſuper ſtatum cauſæ (*t*) proferebantur; nunc parte ablata nominis, teſtes vocantur (*u*). Teſtes autem conſiderantur (*x*) condicione, natura, & vita: condicione, ſi liber, non ſervus [*y*], nam ſæpe ſervus (*z*) metu dominantis teſtimonium ſupprimit (*aa*) veritatis. Natura, ſi vir, non femina; nam varium, & mutabile ſemper femina (*bb*). Vita, ſi innocens, & integer actu: nam ſi vita bona defuerit, fide non creditur [*cc*], non enim poteſt juſtitia cum ſcelerato habere commercium (*dd*). Duo ſunt (*ee*) genera teſtium, aut dicendo id, quod viderunt, aut proferendo id, quod audierunt. Duobus autem modis teſtes delinquunt, cum aut falſa promunt, aut vera ſilentio obtegunt (*ff*).

## CAPUT XI.

*Idem in eodem (gg).*

PActum dicitur inter partes ex pace conveniens ſcriptura [*hh*], legibus ac moribus (*ii*) probata (*kk*), dictum pactum (*ll*), quaſi ex pace factum. cap. 11. e.

## CAPUT XII.

*Idem in eodem (mm).*

JUS dictum eſt a juſte poſſidendo [*nn*], hoc enim jure poſſidetur, quod juſte, hoc ju- c. 12. eod.

* *Unde eſt argumentum.*

Tarr. neque in Greg. *Cauſa*, vetus Raim. liber aliis omiſſis. *a* Sic etiam Raim. *Unde & dictum*, Iſid.
*b* Sic Iſid. editus: *quaſi* pro *ideſt*, vetus liber: vox *ideſt* non eſt in duobus veteribus Gregor. *argute inventum*, Cont. & alii: mihi neutrum placet, eſt enim *mentum* productio verbi; ſic *teſtamentum*, & *pavimentum*, & *calciamentum*. *c* *Conſtitit*, vetus Tarr. ſolus: *conſiſtit*, forte. *d* *Judicio* pro *negotio*, & *requiruntur* pro *quæruntur*, Iſid. edit. *In omne autem judicium ſex perſonæ quæruntur*, vetus liber; *judicio* pro *negotio*, cetera, ut edidimus, duo alii veteres libri. *In omni quoque negotio hæc perſonæ quæruntur*, Raimund.
*e* Quattuor genera perſonarum enumerantur a Fabiano Papa epiſt. 2. judices electi, accuſatores idonei, defenſores congrui, atque teſtes legitimi; viden. Ivo lib. 4. tit. 7. cap. 27. Panorm. & part. 6. c. 321. decreti, & Anſelm. lib. 3. tit. 72. & Grat. 4. q. 4. c. 1. Ego non video, cur accuſator potius dicatur, quam actor; neque cur tres teſtes ſint neceſſarii, cum in multis cauſis nullis teſtibus ſit locus, & in aliis duobus teſtibus probatio fiat. Nullis teſtibus opus eſt, cum probatio vel tabulis, vel confeſſione reorum conſtat: item cum in jure controverſia eſt, aut quia lex obſcura eſt, aut quia alteri legi eſt contraria. *Accuſator*, *alias actor*, eſt in vet. Gregor.
*f* Verbum *eſt*, omittitur ab Iſid. & a Raim. non eſt in uno Tarrac. eſt apud Ivon. lib. 8. tit. 4. cap. 36. Panorm. ex lib. 20. cap. 3. mendoſe, & apud Gratian. 23. q. 2. cap. 1.
*g* Sic Iſid. editus, & veteres duo, & Raim. *quia jus dictat populo*, Ivo, & Grat. *dicat* pro *dictat*, mutari poſſet, ut vidi in veteri Grat. libro: vox *populo*, in tertio Iſid. libro veteri non eſt.
*h* Sic omnes uno excepto veteri Iſid. libro, in quo eſt, *in jure* pro *jure*; ego malim, *ſive his, qui jure diſceptent*, ſed Iſidorus edita ſcripſit: at prius dixerat *de jurgio*; quod hi, qui cauſam dicant, jure diſceptant, de quibus falſum eſt, quod ſequitur: *jure diſceptare eſt juſte judicare.* *i* Sic Iſid. editus: *enim*, vetus liber, & Ivo, & Grat. *ergo*, Raim. *k* Sic Iſid. editus: *eſt*, addit Raim. *Accuſator dicitur*, duo Tarrac. *vocatur*, vet. Iſid. liber. *l* Sic etiam Iſid. & duo veteres Gregor. ſed in altero vox *quaſi*, aliena manu addita eſt: *quaſi cauſator*, Cont. & alii. *m* *Qui ad*, vetus Iſidori liber tantum. *n* Vox *eum*, non eſt in veteri Tarrac. ſolo. *o* Sic multi Gregor. & veteres Iſid. *qua* pro *quæ*, Iſid. editus, & vetus Raim. liber.
*p* Sic vetus Iſid. liber: *eſt nuncupatus*, unus Tarracon. *nuncupatur*, alter Tarrac. & Iſid. editus, & Raim.
*q* *Qui* pro *quia*, unus ex veteribus Iſid. libris. *r* *Quamdiu in judicium*, duo Tarrac. *quamdiu in judicio*, Iſid.
*s* *Vocabantur*, unus Tarracon. ſolus. *t* Sic etiam Iſid. *ſuper cauſæ ſtatu*, Raimund.
*u* Sic Iſid. editus: *vocari*, vetus liber, & vetus Tarrac. *vocati ſunt*, Barcin. *ſunt vocati*, alii duo veteres Iſidori libri. *x* Sic etiam Raim. *Teſtis autem conſideratur*, Iſid. editus: *enim* pro *autem*, veteres Iſid. libri: cetera, ut editus. *y* *Et non ſervus*, unus Tarrac. tantum. *z* Vox *ſæpe*, deſideratur in vet. Tarrac. & in vet. Gregor. ceteri habent. *aa* *Supponit*, vetus Tarrac. ſolus. *bb* Sic Iſid. editus: *mutabile genus*, vetus liber non recte: *producit*, addit unus Tarrac. alia manu non recte, & duo veteres Gregor. *teſtimonium ſemper femina producit*, Cont. & alii, quod plenius eſt, ſed non verius. Verba enim ſunt Maronis in IV. ut edidimus.
*cc* *Fide carebit*, Barcin. & Iſid. & Raimund. *fidei ejus non creditur*, duo Tarracon.
*dd* Sic etiam vetus Gregor. *cum ſcelerato homine*, &c. Barcin. & alter vetus Gregor. & Cont. & alii: *ſocietatem* pro *commercium*, Iſid. editus; cetera, ut edita ſunt: *cum ſceleritate habere ſocietatem*, unus ex veteribus Iſid. libris. *ee* Hæc omittunt Raim. & Cont. *duo ſunt autem* &c. tres Tarrac. & Iſid. editus. *Duo autem ſunt*, veteres libri. *ff* Sic Iſid. *ſilendo* pro *ſilentio*, Barcinon. *protegunt*, vetus Tarracon.
*gg* *Idem*, Raimund. & Contius, aliis omiſſis: adde *lib. V. cap. XXIV.*
*hh* Sic omnes: ſed mihi hæc non placent: poteſt enim pactum fieri extra pacem, & ſine ſcripto.
*ii* *Aut* pro *ac*, unus ex veteribus Iſid. libris. *kk* *Comprobata*, Barcin. & duo Tarracon. & Iſid. & Raim.
*ll* Sic etiam Raimund. *& dictum eſt pactum*, Iſid. editus: verbum *eſt*, in veteribus libris non eſt. Poſt verba hujus capitis addit Iſidorus: *ab eo, quod eſt pango: unde & pepigit fœdus. Placitum quoque ſimiliter ab eo, quod placeat. Alii dicunt pactum eſſe, quod volens quiſque facit, placitum vero etiam nolens compellitur*, &c. *Paco* pro *pango*, eſt in veteri libro: *pango*, in aliis duobus: & *placet*, pro *placeat*, & *quid* pro *quiſque*, in uno: *quis*, in altero. *mm* Sic etiam Raim. & Cont. *Idem*, Barcin. aliis omiſſis: adde *cap.* 25.
*nn* *Eſt autem jus a juſtitia appellatum*, Ulpian. cap. 1. de juſtitia, & jure: neutrum placet, cum hæc nomina, *juſtus*, *juſte*, *juſtitia*, originem ducant ab hac voce *jus*. *Jure* pro *juſte*, duo Tarrac. & Raim. *jure*, olim tertius Tarrac. mox additum, *vel juſte*. Iſidori verba repeti altius debent. *Res ſunt, quæ in noſtro jure conſiſtunt.*
*Jura*

UNED

juſte, quod bene [a]: quod autem male poſſidetur, alienum eſt [b], male autem poſſidet, quod (1) vel ſuis male utitur [c], vel aliena præſumit.

CAPUT XIII.

*Paſchaſius Papa II. (d) canonicis S. Martini (e).*

c. 13. eod. CAuſa Carpen. plebis &c. & infra [f]. Ceterum primitiæ (g), decimæ, oblationes (h) in ſolis eccleſiarum bonis [i] præcipue numerantur; oblationes vero dicimus quæcumque de propriis, & licitis rebus eccleſiæ a fidelibus offeruntur [k]. Quicumque igitur eas per manum, vel poteſtatem (l) obtinet ſæcularem, proculdubio contra domini (m), & contra ſanctorum patrum nititur inſtitutiones (n), quinimmo, & qui accipit, & qui tradit, raptor, & ſacrilegus judicatur.

(1) *Qui*, forte.

CAPUT XIV.

*Hieronymus ſuper Oſee (o).*

INnovate novale (p): novale eſt ager nunc primum præciſus (q). cap. 1. eod.

TITULUS XXXVII.

DE REGULIS JURIS.

CAPUT I.

† †

OMnis (r) res per quaſcumque cauſas naſcitur (s), per eaſdem diſſolvitur (t). De reg. jur. c. 1.

CAPUT II.

† †

OMnis vero qui (u) pulſatus fuerit, ſi judicem Non ponitur.

*Jura autem ſunt, quæ a nobis juſte poſſidentur, nec aliena ſunt. Dicta autem res a recte habendo, jus a juſte poſſidendo.* Veteribus inter bona, & res hæc differentia fuit: ut in bonis multa bona fide poſſeſſa numerarent; at quæ jure Quiritium haberent, res potius, & jura dicerent, quam bona. Vidend. Theophilus tit. de libertinis in fine lib. 1. Inſtit. *a* Sic etiam Raimund. *quod recte; hoc recte, quod bene*, Iſid. editus: ſed in veteribus eſt *quod recte; hoc recte, quod iuſte; hoc juſte, quod bene*, plenius. Sumpſit hæc Iſid. ex verbis Aurelii Auguſtini epiſt. 54. quæ Grat. refert 14. q. 4. cap. 11. *Hoc enim certe alienum non eſt, quod jure poſſidetur; hoc autem jure quod juſte; & hoc juſte, quod bene:* ſic etiam Grat. ſed poſt illa, *hoc autem juſte*, addit, *poſſidetur.*

*b* Sic etiam Raimund. *omne igitur, quod male poſſidetur, alienum eſt*, Auguſt. & Grat.

*c Qui* pro *quod*, Barcin. aptius, & duo Tarrac. & Iſid. & Raim. *male autem poſſidet, qui male utitur*, Aug. & Grat. Abutitur is quidem ſuis, non utitur; ſed non ideo male poſſidet. Poſt hujus capitis verba addit Iſidorus: *Poſſidet autem juſte, qui non irretitur cupiditate: qui autem cupiditate tenetur, poſſeſſus eſt, non poſſeſſor. Bona ſunt honeſtorum, ſeu nobilium, quæ proinde bona dicuntur, ut non habeant turpem uſum, ſed eis homines ad res bonas utantur.* Hæc Iſidorus ſatis pie, ſed parum ex ſententia juriſconſultorum. Vetus autem eſt: „ Quam quiſque norit artem, in ea ſe exerceat “. *d Paſchaſius*, vetus Gregor. aliis omiſſis. *Paſchalis*, alter vetus, & Cont. & alii. *Paſchalis Papa II.* Barcinon. & tres Tarrac.

*e Sancti Martini*, tres Tarracon. & Raimund. *ſancti Marini*, quartus Tarracon.

*f* Sic etiam Raim. & Cont. excepta voce *&c. Carda Tarpen. plebis*, Barcin. mendoſe. Integram clauſulam nondum inveni. *g* Vox *Ceterum*, in vet. Tarrac. ſolo deſideratur. *h Decimæ, & oblationes*, Raim.

*i* Alberici, & Hugonis veterum interpretum opiniones Ricardus Anglus refert, cujus intelligantur eſſe bona eccleſiarum. Ricardi verba invenies in ſcholiis Gregorianæ collectionis.

*k* Sic Raim. *conferuntur*, Barcin. *l Per poteſtatem*, Raim. & Cont. aliis omiſſis.

*m Contra Deum*, Raim. & tres Tarracon. *n Sanctiones*, tres Tarrac. & Gregor. IX.

*o* Sic etiam Raim. & Cont. *cap.* 10. addit Cont. & alii in marg. ſed non ſunt Hieronymi verba, ſed ſcholii veteris, quam gloſſam inter lineas dicunt; & ſumpta potius videntur a Servio lib. 1. Georgicor. Vergilii.

*p* Sic Raim. Verba prophetæ interprete Hieronymo hæc ſunt: *Arabit Judas, confringet ſibi ſulcos Jacob. Seminate vobis in juſtitia, & metite in ore miſericordiæ; innovate vobis novale.* At LXX. his verbis uſi ſunt: καὶ παρασιωπήσομαι Ἰούδαν, ἐνισχύσει αὐτῷ Ἰακώβ. σπείρατε ἑαυτοῖς εἰς δικαιοσύνην, τρυγήσατε καρπὸν ζωῆς. φωτίσατε ἑαυτοῖς φῶς γνώσεως. Quorum verborum vetus interpretatio a Hieronymo relata hæc eſt: *Et reticebo Judam, roborabitur ſibi Jacob. Seminate vobis in juſtitia, vindemiate fructum vitæ: illuminate vobis lumen ſcientiæ.* Hæc interpretatio LXX. aufert a nobis novalia: ſed ea repetamus ex Hieremia cap. 4. *Novate vobis novale, & nolite ſerere ſuper ſpinas.* Νεώσατε ἑαυτοῖς νεώματα, καὶ μὴ σπείρετε ἐπ' ἀκάνθαις.

*q* Sic etiam Raim. *cum* pro *nunc*, Barcin. & duo Tarrac. quorum alter habet, *præſcinditur* pro *præciſus. Eſt*, additur in Barcin. *tunc primum prociſus*, gloſſa inter lineas. Servius in bucolicis eclog. 1. cum Maro dixiſſet: „ Impius hæc tam culta novalia miles habebit “. *Novalia nova rura, quæ per ſingulos annos renovantur per ſemina; vel novalia dicuntur, ubi ſilva tollitur*, & lib. 1. georg. ad illa carmina: „ Alternis idem tonſas ceſſare „ novales, Et ſegnem patiere ſitu dureſcere campum “. *Tonſas novales, ideſt agros meſſos.* Dicimus autem has novales, & hæc novalia. Proprie novales ſunt tunc primum arva proſciſſa.

*r* Ante hæc verba adde, *Joannes Chryſoſtomus*, ut eſt in Barcin. & tribus Tarrac. & in Gregor. *Chryſoſtomus ſuper Matthæum*, Grat. ſive Palea 27. q. 2. cap. 4. Eiſdem verbis addit Ivo parte 8. cap. 233. decreti, cap. 109. & in marg. *homilia 32. in Matth. in opere imperfecto*, quod placet: ſed id opus incerti eſſe dicitur: eadem homilia exſtat in extremo volumine 2. ejuſdem Chryſoſtomi, ubi aliæ 27. homiliæ exſtant, hac inſcriptione: *In inventione ſanctæ Crucis homilia 21. In illo tempore acceſſerunt ad Jeſum &c. Matth. cap. 19.* In Contiana editione Gratiani additur in marg. *homilia* 16. non recte, & cap. 1. ejuſdem quæſt. quod eſt ex eadem homilia, & a Contio *cap.* 2. appellatur, adſcriptum eſt, *homilia* 26. Idem erratum eſt in libris Antonii Democharis. Sunt autem hæc verba addita poſt illa Chriſti: *Amen, amen dico vobis, quicumque dimiſerit uxorem ſuam excepta cauſa fornicationis, mæchatur.* *s* Sic Palea, & Raim. *naſci ſolet*, vetus Tarracon. *quas* pro *quaſcumque* Chryſ. utrubique, & Ivo. Græcis verbis caremus. *t* Sic etiam Palea, & Raimund. *diſſolvi meretur*, vetus Tarrac. *per ipſas abſolvitur*, Chryſ. utrubique & Ivo. Poſt hæc verba addit Chryſoſt. *Matrimonium enim non facit coitus, ſed voluntas: & ideo non illud ſolvit ſeparatio corporis, ſed ſeparatio voluntatis* &c. ſic d. hom. 21. *illud non ſolvit*, d. hom. 32. & Ivo, qui omittit vocem *ſeparatio* poſteriorem: *non ſolvit illud*, Palea, qui etiam omiſit eandem vocem *ſeparatio*. Eadem verba refert Grat. d. cap. 1. ejuſdem quæſt. *Matrimonium quidem non facit* &c. cetera, ut Palea. *u* Adde ante hæc verba, *Eleutherius Papa*, ut eſt in Barcin. & in tribus Tarrac. eſt autem hæc ſententia in epiſt. 1. ad univerſas eccleſias Galliæ: ejus verba refert Ivo parte 6. cap. 318. decreti, qui hunc appellat XII. Petri ſucceſſorem, cap. 316. eadem refert Anſelm. lib. 3. cap. 28. Eiſdem verbis utitur Felix epiſt. 1. ad Paternum Epiſcopum, cujus partem refert Ivo d. parte 6. cap. 329. & 330. Eadem verba inveniuntur, ut ex concilio Nicæno ſumpta in epiſta Julii Papæ ad Orientales cap. 25. in conciliis:

ea-

UNED

cem ſuſpectum habuerit (a), liceat appellare (b).

## CAPUT III.

*Auguſtinus in Epiſtola ad Romanos* (c).

Non ponit. QUI autem infirmus eſt, olus manducet (d). Infirmum, qui cibum diſcernit (e), ſuo relinquendum judicio dicit, ne cum (f) ſcrupulo edat: de manifeſtis autem indicandus eſt (g), ſed ea, quæ dubium eſt [h], quo animo fiant, in meliorem partem interpretemur (i) ut de cibis, & infra (k). Stabit autem hic. innuit, quod (l) ambigua debemus in meliorem partem vertere [m].

## CAPUT IV.

*Gregorius VII.* [n]

QUod latenter (o) per vim, & illicite [p] introductum [q] eſt, nulla debet ſtabilitate ſubſiſtere (r). cap. 5. eod.

## CAPUT V.

*Idem Parmenſi* (s).

CUM in contemplatione &c. & infra [t]. In ipſo initio non eſt a quæſtionibus inchoandum (u). cap. 6. eod.

## CAPUT VI.

*Idem Clerico, & or. Mediolanen.* (x)

QUotiens res aliqua agenda pluribus committitur, dum quiſque (y) diſſentit ab al- Non ponit.

eadem poſuit Hadrianus Papa in epiſt. ad Epiſcopum Mediomatric. cap. 8. ut apparet in concil. & refert Anſelm. lib. 3. cap. 88. Denique eiſdem fere verbis utitur Anianus interpres Codicis Theodoſiani in novella Valentiniani, & Marciani Imperatorum, titulo *neminem exhiberi* &c. Sed in his vox *Omnis*, omittitur, pro qua apud Eleuther. & alios ſcriptum eſt, *Illi vero qui*, &c. vox *vero*, in veteri Tarrac. & in Barcin. deſideratur. *Ille vero*, habet Julius, & Hadr. & Ivo d. cap. 330. & Anſelm. d. cap. 28. Julius apud Surium *Illi* non *Ille* habet. *De judice ſuſpecto*, vetus Tarrac. ante hoc caput habet miniatulis litteris.

*a* Sic Eleuth. & Hadr. & Ivo d. cap. 318. & Anſelm. utrubique & Anianus: *habuit*, vetus Tarrac. *ſi judices ſuſpectos habuerit*, Felix, & Julius, & Ivo d. cap. 330. *b Primates*, addit ſolus Felix. *Primatem*, Julius in veteri epitome canon. Initio hujus capitis addi potuit, *Pars cap.* SI QUIS SUPER QUIBUSLIBET. Integra clauſula exſtat in concil. apud Eleuth. & Felicem, & Julium, & Ivon. d. cap. 318. & 329. & Anſelm. d. cap. 28. *Si quis clericus ſuper quibuslibet*, habet Hadr. in concil. & apud Anſelm. d. cap. 88. *Si quis adverſarium*, Anian. At Grat. 3. q. 6. cap. 17. ut Hadr. omiſſis verbis hujus capitis, Sixto relata verba adſcribens non ſine mendo. *c* Adde *cap.* 14. quamquam ego hæc non legi apud Aurel. Auguſtin. ſed in ſcholiis, quæ gloſſa ordinaria dicuntur. *d* Verba Latina Pauli hæc ſunt: *Infirmum autem in fide aſſumite non in diſceptationibus cogitationum. Alius enim credit manducare ſe omnia. Qui autem* &c. Τὸν δὲ ἀσθενοῦντα τῇ πίστει προσλαμβάνεσθε, μὴ εἰς διακρίσεις διαλογισμῶν. ὅς μεν πιστεύει φαγεῖν πάντα, ὁ δὲ ἀσθενῶν λάχανα ἐσθίει.

*e Cibos* pro *cibum*, Barcin. & tres Tarrac. *Infirmus. Qui cibos diſcernit, putans alios mundos, alios immundos; eo quod Judæi prohibiti ſunt edere; hunc*, ſcholium plenius. *f Nec cum*, vetus Tarracon. ſolus.

*g Judicandum eſt*, Barcin. & tres Tarracon. *De manifeſtis judicandum, & non occultis:* ſchol. aliis omiſſis: ſunt autem hæc poſita poſt alia verba Pauli: *Et qui non manducat, manducantem non judicet.* καὶ ὁ μὴ ἐσθίων τὸν ἐσθίοντα μὴ κρινέτω. Poſt edita verba additur in ſcholiis: *Manifeſta vero ſunt, quæ non poſſunt bono animo fieri, ut ſunt ſtupra, blaſphemiæ, furta, & hujuſmodi; de quibus judicare nobis permittitur.* Eadem fere verba ſunt Bedæ cap. 7. hoc titulo. *h Dubia ſunt*, unus Tarr. ſolus. *i Interpretamur*, Barcin. tantum.

*k Ut de cibis, quia poſſunt bono animo, & ſimplici corde ſine vitio concupiſcentiæ quicumque humani cibi indifferenter ſumi*, ſchol. plenius: hæc, & ea, quæ ſequuntur, in Barcin. omiſſa ſunt.

*l* Mendoſe punctum, quod poni debuit poſt vocem *autem*, poſitum eſt poſt vocem *hic:* ſunt vero Pauli verba, *Stabit autem*; cetera Auguſtini, ſive alterius interpretis: „ Tu quis es, *inquit Apoſtolus*, qui judicas alie- „ num ſervum? domino ſuo ſtat, aut cadit. Stabit autem, potens eſt enim Deus ſtatuere illum “. σύ τίς εἶ ὁ κρίνων ἀλλότριον οἰκέτην; τῷ ἰδίῳ κυρίῳ στήκει ἢ πίπτει, σταθήσεται δέ, δυνατὸς γάρ ἐστιν ὁ θεὸς στῆσαι αὐτόν: pro *ſtatuere*, *ſtare facere*, dici poſſet. *m* Poſt hoc verbum addunt ſcholia, *& plus ſalutem, quam mortem reorum optare; & in futuro ſpem boni habere, & ſi aliter ſit in præſenti.*

*n* Sic etiam Raim. & Cont. ſcribendum eſt, *Gregorius Joanni Epiſcopo Ravennati*, ut lib. 2. epiſt. 54. cap. 93. Indict. 11. regiſtri B. Gregorii. Hoc autem eſt *cap.* 5. in Barcin. & tribus Tarr. in quibus eſt *caput* 4. quod nobis eſt *octavum*. *o* Ante hæc verba potuit addi, *Pars cap.* NON MULTUM, ex regiſtro, ubi integra clauſula videnda, & apud Grat. ſive Paleam diſt. 100. cap. 7. & 8. & Anſelm. lib. 6. cap. 87. Reprehenditur Joannes, quod pallio extra miſſarum tempus uteretur; ille ſe conſuetudine ſuæ eccleſiæ defendere ſolebat. De hac igitur conſuetudine poſt alia ſic ait: *Nam & de ipſa conſuetudine tuæ, quam opponis, eccleſiæ, quæ vobis olim, ut a partibus veſtris probaretur, ſcripſimus; jam nos ſatis ſollicitudinem geſſiſſe cognoſcite, inquirentes filios noſtros Petrum diaconem, atque Gaudioſum Primicerium, nec non & Michaelium Defenſorem ſedis noſtræ, vel alios, qui pro diverſis reſponſis Ravennam a noſtris deceſſoribus ſunt tranſmiſſi; & hæc te in præſentia ſua egiſſe, diſtrictiſſime negaverunt. Apparet igitur ſecreto non potuiſſe geri, niſi quod uſurpabatur illicite*: *unde quod latenter* &c. ſic in edito libro: *ſecretiſſime* pro *ſecreto*, eſt in veteri, & *non poſſe* pro *non potuiſſe*.

*p Aut per vim, vel alias illicite*, Raim. hæc nulla ſunt in regiſtro. *q* Sic Raim. *ſubintroductum*, regiſtr.

*r Perſiſtere*, regiſtr. ut editum eſt, Raim. Quæ poſt verba hujus capitis in regiſtro ſequantur, illic videri poterunt: & in extrema epiſtula ſunt verba, quæ Grat. refert diſt. 93. cap. 22. ILLUD AUTEM: & Anſelm. lib. 7. cap. 160. *s Idem*, Barcin. & vetus Tarrac. altera voce omiſſa. *Narnienſi Epiſcopo*, duo alii Tarrac. *Nariven. Epiſcopo*, vetus Raim. liber. *Varien.* Cont. & alii. Sed ſcribendum eſt, *Narſi Patricio*, ut eſt lib. 1. epiſt. 6. regiſtri B. Gregorii. Hoc eſt *cap.* 6. in Barcin. & tribus Tarrac. vox *Patricio*, in veteri regiſtro non eſt.

*t* Sic etiam Raim. & Cont. excepta voce *&c.* Integra clauſula ex regiſtro hæc eſt: *Dum contemplationis alta deſcripſiſtis; ruinæ meæ mihi gemitum renovaſtis qui audivi, quid intus perdidi, dum foras ad culmen regiminis aſcendi immeritus*, ſic in uno edito: *deſcribitis* pro *deſcripſiſtis*, eſt in veteri libro. *Dum contemplationis dulcedinem alte deſcripſiſtis*, eſt in altero edito: & *foris* pro *foras*, aptius. *u* Sic etiam Raim. & Cont. Omnes interpretes *quæſtiones*, tormenta interpretantur: at Gregorius *queſtibus*, hoc eſt *querellis* ſcripſit. Altius ejus verba referam: *De cauſa autem fratrum noſtrum, ut ſcripſiſti, ita futurum, ſi Deus adjuvet, æſtimo, de qua modo ſereniſſimis rerum dominis ſcribere omnino non debui: quia in ipſo initio non eſt a queſtibus inchoandum: ſed dilectiſſimo filio meo Honorato diacono ſcripſi, ut opportuno tempore eis congrue ſuggerat, & mihi reſponſum ſub celeritate indicet.* Hæc in altero edito libro mendoſa ſunt: *exiſtimo* pro *æſtimo*, eſt in altero edito.

*x Clero, & ordini*, pro *clerico, & or.* duo Tarrac. aptius. *Clero* pro *clerico*, Barcin. *Clero, & ordini, & plebi Vianenſis eccleſiæ*, regiſtr. lib. 1. epiſt. 78. ſed in indice eſt, *Vienenſis* pro *Vianenſis*. *Mevianenſis*, vetus habet regiſtri liber. Hoc eſt *cap.* 7. in Barcin. & in tribus Tarrac. *y Si alter*, vetus Tarrac. *dum quiſquis*, regiſtr. non

altero, diſpendiis potius, quam utilitatibus aditus reſeratur.

CAPUT VII.

*Beda in homilia* (*a*).

c. 2. eod. ESTote miſericordes &c. [*b*] Hoc loco nobis nihil aliud præcipi exiſtimo (*c*), niſi ut ea facta, quæ dubium eſt, quo animo fiant, in meliorem partem interpretemur, quod enim ſcriptum eſt, *ex fructibus eorum cognoſcetis eos* (*d*), de manifeſtis dictum eſt, quæ non poſſunt bono animo fieri, ut ſtuprum (*e*), blaſphemiæ, furta [*f*], ebrietas (*g*), & ſimilia [*h*], de quibus nobis (*i*) permittitur judicare.

CAPUT VIII.

*Idem* (*k*).

cap. 7. e. QUÆ multotiens uſurpantur [*l*], neceſſe eſt, ut multotiens prohibeantur [*m*]; nam quidquid in ſacratis Deo rebus & Epiſcopis (*n*) injuſte agitur, pro ſacrilegio reputatur [*o*], quia ſacra ſunt, & violari (*p*) non debent.

CAPUT IX.

*Idem* (*q*).

QUI ſcandaliz. &c. *r*) utilius ſcandalū naſci permittatur (*s*), quā veritas relinquatur (*t*). cap. 3. eod.

CAPUT X.

*Auguſtinus* [*u*].

QUI ex timore facit præceptum, aliter, quam debeat, facit [*x*], & ideo jam non facit. cap. 8. eod.

CAPUT XI.

*Idem in libro de pœnitentia* (*y*).

DEfleat peccator, quia offendens in uno præcepto (*z*), factus eſt omnium reus (*aa*). c. 9. eod.

CAPUT XII.

*Beda ſuper Marcum* (*bb*).

QUod non eſt licitum in lege, neceſſitas licitum facit (*cc*), nam & ſabbatum cuſto- cap. 4. eod.

non recte. Poſt verba hujus capitis eſt in regiſtro: *Quod nos providentes, ne hoc veſtræ contingere poſſit eccleſiæ, ejus curam, utilitateſque Honorato presbytero ad præſens committendas elegimus, quatenus res, utilitatesque eccleſiæ per eum procurari valeant, & modis omnibus cuſtodiri*: ſic in veteri libro eſt: *eum procuratori*, eſt in altero edito: *eum procurari*, in altero non male. Cetera in regiſtro videantur. *a Omel.* vetus Gregor. non recte: *homiliis*, duo Tarrac. & Cont. & alii non male. Beda in Lucam lib. 2. cap. 24. hæc ſcripſit. Hoc eſt *cap.* 8. in Barcin. & in tribus Tarrac. *b* Sic etiam Raim. & Cont. Integra clauſula Lucæ cap. 6. hæc eſt: *Eſtote ergo miſericordes, ſicut & pater veſter miſericors eſt.* Γίνεσθε οὖν οἰκτίρμονες καθὼς καὶ ὁ πατὴρ ὑμῶν οἰκτίρμων ἐστί. Apud Bedam hæc non ſunt, ſed quæ ſequuntur: *Nolite judicare, & non judicabimini: nolite condemnare, & non condemnabimini.* καὶ μὴ κρίνετε καὶ οὐ μὴ κριθῆτε. μὴ καταδικάζετε καὶ οὐ μὴ καταδικασθῆτε.

*c Æſtimo*, vetus Gregor. ſolus. *d* Sic Beda, & Raim. *a* pro *ex*, vetus Tarrac. utrumque eſt Matthæi cap. 7. *Attendite a falſis prophetis, qui veniunt ad vos in veſtimentis ovium, intrinſecus autem ſunt lupi rapaces: a fructibus* &c. Προσέχετε δὲ ἀπὸ τῶν ψευδοπροφητῶν, οἵτινες ἔρχονται πρὸς ὑμᾶς ὑμᾶς ἐνδύμασι προβάτων, ἔσωθεν δὲ εἰσὶ λύκοι ἅρπαγες. ἀπὸ τῶν καρπῶν αὐτῶν ἐπιγνώσεσθε αὐτούς. & poſt arborum exemplum, quæ bonæ bonos, malæ malos fructus faciunt, addit: *Omnis arbor, quæ non facit fructum bonum excidetur, & in ignem mittetur. Igitur ex fructibus* &c. Πᾶν δένδρον μὴ ποιοῦν καρπὸν καλὸν ἐκκόπτεται, καὶ εἰς πῦρ βάλλεται ἄραγε ἀπὸ τῶν καρπῶν αὐτῶν ἐπιγνώσεσθε αὐτούς. Græce bis *A* dicitur, non *Ex*.

*e* Sic etiam Raim. *ut ſtupra*, tres Tarr. *ſicuti ſunt ſtupra*, Beda. *f* Sic Greg. IX. *vel blaſphemiæ, vel furta*, Beda. *g Vel ebrietas*, Beda; *ebrietates*, Barc. & tres Tarr. & Raim. *h* Sic Raim. *& ſi qua ſunt talia*, Beda; *& his ſimilia*, duo Tarr. *i* Vide cap. 3. *k* Scribendum, *Stephanus Papa*, ut eſt in Barc. & tribus Tarr. & in Greg. eſt autem in concil. epiſt. 2. *omnibus Epiſcopis*. Hoc autem eſt *cap.* 4. in Barcin. & tribus Tarrac. ſic rectius caput nonum Bedæ conjungitur cum cap. 7. ejuſdem Bedæ. *l* Recte Contius addit a Raimund. prius omiſſa, ſunt autem in concil. ex quibus addi potuit, *Pars cap.* PLURIMUM GAUDEMUS, hoc enim eſt ejus epiſt. initium, nos huic loco apta referemus: *Audivimus enim vos a quibuſdam accuſari non tam pro veſtra culpa, quam pro eorum libitu, ut veſtra rapere poſſint: & ideo vos nimis affligi, & concuti, in tantum, ut etiam a ſedibus propriis pellamini, & tali occaſione eccleſiæ facultates, veſtræque vaſtentur, ac deprædentur. Illa cariſſimi non oportet fieri, nec denuo replicari, tamen neceſſe eſt, quæ totiens uſurpantur &c.* ſic veteres editiones concil. *facultateſque veſtræ*, Suriana non recte, & *neceſſe eſt, ut quæ*, non male. *m* Sic etiam Cont. *ſæpius replicentur, & prohibeantur*, concil. *n* Sic in concil. & in Greg. *ab Epiſcopis*, Barc. & unus Tarr. manu recenti non recte.

*o* Sic Raim. *reputabitur*, concil. *p A quoquam*, addunt concil. & Barc. & tres Tarr. *& a quoquam violari*, Raim. Poſt hujus capitis verba eſt in concil. *Nullus enim Epiſcoporum* &c. ut apud Burch. lib. 1. cap. 142. & Ivon. parte 5. cap. 255. decreti, & lib. 4. tit. 6. cap. 6. Panorm. & Grat. 2. q. 2. cap. 3.

*q* Sic etiam Raim. & Cont. ordine horum capitum mutato, refertur autem vox *Idem* ad Bedam, qui cap. 9. ad Marci evang. hæc ſcripſit. *r Scandalizaverit*, tres Tarr. & Raim. aptius. Integra clauſula Marci cap. 9. eſt hæc: *Et quiſquis ſcandalizaverit unum ex his puſillis credentibus in me; bonum eſt ei magis, ſi circumdaretur mola aſinaria collo ejus, & in mare mitteretur.* καὶ ὃς ἐὰν σκανδαλίσῃ ἕνα τῶν μικρῶν τούτων τῶν πιστευόντων εἰς ἐμέ, καλόν ἐστιν αὐτῷ μᾶλλον εἰ περίκειται λίθος μυλικὸς περὶ τὸν τράχηλον αὐτοῦ, καὶ βέβληται εἰς τὴν θάλασσαν. *s Permittitur*, Raim. & duo Tarr. *utilius eſt*, tertius Tarr. Bedæ verba ſunt hæc: *Notandum ſane, quod in noſtro bono opere aliquando cavendum eſt ſcandalum proximi, aliquando vero pro nihilo contemnendum. In quantum enim ſine peccato poſſumus, vitare proximorum ſcandalum debemus. Si autem de veritate ſcandalum oritur, utilius permittitur ſcandalum naſci.* *t* Sic Beda, & Raim. *quam ut* pro *quam*, duo Tarr. Cetera apud Bedam videantur. *u* Sic etiam Raim. & Cont. Fontem, qui digito demonſtret, nondum inveni. *x Facit, quam debeat*, vetus Tarrac. *artius*, addit editis Barcin. *debet* pro *debeat*, vetus Gregor. ut editum eſt, Cont. & alii. *y* Sic etiam vetus Greg. *ſapientia*, Cont. & alii non recte; *pœnitentia* in marg. Cont. ut editum eſt, Grat. de pœnit. diſt. 1. cap. 1. ſumitur ex libro de vera, & falſa pœnitentia cap. 14. ut recte notat Ant. Demochares. *z* Vox *præcepto* non eſt in Greg. *Defleat etiam, quoniam in uno offendens*, Auguſt. *quoniam offendens in uno*, Grat. cetera, ut Aug. *aa* Sic etiam Grat. & Raim. *factus eſt omnium per ingratitudinem reus*, Auguſt. plenius, ſumuntur hæc ex epiſt. Jacobi cap. 2. *Si autem perſonam accipitis, peccatum operamini redarguti a lege quaſi tranſgreſſores, quicumque autem totam legem ſervaverit, offendat autem in uno, factus eſt omnium reus.* εἰ δὲ προσωποληπτεῖτε ἁμαρτίαν ἐργάζεσθε ἐλεγχόμενοι ὑπὸ τοῦ νόμου ὡς παραβάται ὅστις γὰρ ὅλον τὸν νόμον τηρήσει, πταίσει δὲ ἐν ἑνὶ γέγονε πάντων ἔνοχος. Hæc quo pacto intelligi debeant, docent B. Jacobus, & Aur. Aug. vide etiam cap. ult. de pœnit. diſt. 5.

*bb* Sic etiam Raim. & Cont. adde *cap.* 2. *in fine*: verba tamen Bedæ ſunt alia, ut mox dicemus.

*cc* Sic etiam vetus Gregor. *facit licitum*, Cont. & alii: ut editum eſt, ſcholia, ſive gloſſa ordin. ex Beda.

*Sic*

ſtodiri præceptum eſt (*a*), Machabæi tamen ſine culpa in ſabbato pugnant (*b*), ſic & hodie ſi quis jejunium fregerit ægrotus, non tenetur [ *c* ].

## CAPUT XIII.

† †

c. 11. eod. INdignum eſt (*d*), & a Romanæ eccleſiæ conſuetudine alienum, ut pro ſpiritualibus facere quis homagium ( *e* ) compellatur.

## CAPUT XIV.

*Gregorius in regiſtro (f)*.

QUamvis cauſæ &c. & infra [*g*]. Quid eſ- c. 10. eod. ſe deterius (*h*) poteſt, quam ut agantur taliæ erga (*i*) ſervos Dei, & ipſe ( *k* ) neſciat, qui præeſt (*l*)? non enim poteſt (*m* eſſe paſtoris excuſatio, ſi lupus oves comedit (*n*), & paſtor neſcit.



*Sic enim & mandatum eſt ſabbatum cuſtodiri; ut tamen, ſi neceſſitas eſſet, reus non eſſet, qui ſabbatum violaſſet. Ideo ſabbato circumcidi non eſt probibitum, quia neceſſe erat fieri. Nam & Joſue muros Hiericho ſeptem diebus cum exercitu circuivit, & Machabæi neceſſitate inſtante ſabbato pugnabant. Unde diſcipulis eſurientibus quod licitum non erat in lege, neceſſitate famis factum eſt licitum*, Beda. *a* Sic etiam Raim. & Cont. vox & in duobus Tarr. fuerat omiſſa, in altero addita eſt, apud Bedam hæc non leguntur, ſed ea, quæ ſupra ſcripſimus.

*b* Sic etiam vetus Gregor. *culpa ſua*, Contius, & alii, item *pugnabant*, pro *pugnant*, quod etiam eſt in uno Tarrac. *autem* pro *tamen*, habet vet. Tarr. *Machabæi in ſubbato pugnant*, gloſſa. Verba Bedæ retulimus.

*c Habetur*, vetus Greg. olim, mox *reus voti non habetur*, quod eſt in Contiano, & aliis; *reus voti*, additur editis in fine, in Barcin. *reus non tenetur*, eſt in vet. Tarr. *reus voti non tenetur*, eſt in aliis duobus Tarracon. *ſic, & hodie in jejuniis ſi quis jejunium fregerit ægrotus, reus non tenetur*, gloſſa ord. *Talis hæc cauſa eſt, qualis hodie in jejuniis legitimis, ubi ſi quis æger jejunium corruperit, nulla ratione reus tenetur*, Beda.

*d* Adde ante hæc verba, *Lucius III. Decano Lundon.* ut eſt in Barcin. *Lundun.* in uno Tarr. *Ludon.* in altero Tarr. non recte. *Lucius III.* Raimund. & Cont. aliis omiſſis, & Barcin. cap. 2. de exceſſibus prælat. collect. 2. *Eboracen. Archiepiſcopo, & Lendon. Decano, & Abbati de Filien.* d. cap. 2. editum eſt ex uno libro Tarr. *Lundon.* ſive *Lund.* pro *Lendon.* ex altero Tarr. & *Decano Biden.* eſt in tertio Tarrac. *Abbati Diſi.* pro *de Filien.* eſt in d. altero Tarr. *de Fi.* in d. tertio. Addi etiam potuit, *Pars cap.* RETULIT NOBIS, ex d. cap. 2. ubi integra clauſula exſtat, illic etiam legitur, *Indignum ſiquidem eſt* &c. ut edidimus, Raim. & Cont. verbum *eſt* in uno Tarr. aliquando deſiderabatur. *e* Sic etiam Raim. *facere homagium quiſquam*, d. cap. 2. *quis facere homagium*, Barcin. d. cap. 2. Eſt autem operæ pretium totum illud caput 2. perlegere.

*f* Sic etiam Raim. & Cont. *Gregorius Papa Joanni Epiſcopo Conſtantinopolitano*, Anſelm. Lucenſ. lib. 6. cap. 157. decreti, & regiſtr. lib. 2. epiſt. 52. cap. 91. Indict. 11. *g* Sic etiam Raimund. & Cont. excepta voce *&c.* Integra clauſula in regiſtro eſt hæc: *Quamvis cauſæ conſideratio me monet ad ſcribendum; tamen & caritas impellit; quia & ſemel, & bis ſanctiſſimo fratri meo domino Joanni ſcripſi; ſed non ejus epiſtolas recepi, alter enim mihi ſæcularis quidam ſub ejus nomine loquebatur.* In veteri libro pro *me monet*, eſt *movet*, ſolum: & pro *tamen &* eſt, *tamen me*: & pro *quia &*, eſt, *quia tantum.* In altero edito eſt, *me movet*; cetera, ut in altero edito.

*h* Hæc recte addidit Contius omiſſa prius a Raim. ſed non recte a librariis poſita ſunt ante illa *& infra.* Plura refert Anſelm. & in regiſtro ſunt, ex quibus apparet, qua de re agatur. Scripſerat B. Gregorius ad Joannem de cauſa Joannis presbyteri, & de quæſtionibus monachorum Iſauriæ, *quorum unus*, inquit, *& in ſacerdotio poſitus in eccleſia veſtra fuſtibus cæſus eſt.* Reſcripſit Joannes, neſcire ſe de qua cauſa ſcriberet. Tum addit Greg. *Ad quod reſcriptum vehementer obſtupui, mecum tacitus volvens: ſi verum dicit, quid eſſe* &c. ſic eſt in veteri libro, & apud Anſelm. *ſcriptum* pro *reſcriptum*, eſt in editis duobus; & *tactus* pro *tacitus*, in altero ex editis; *obſtipui* pro *obſtupui*, fuit olim in veteri Anſelm. libro, quod antiquitatis amatores non reiicient. *Quod* pro *Quid*, eſt in veteri Tarr. *i* Scribendum, *talia erga*, ut eſt in quattuor Tarr. *talia contra*, regiſtr. & Anſelm. & Cont. *k Ut ipſe*, Cont. ſolus, non recte. *l* Sic etiam Cont. *qui præſto eſt*, regiſtr. & Anſelm.

*m* Sic etiam Cont. *Non poteſt*, Raimund. *qua enim poteſt*, regiſtr. & Anſelm. *n* Sic regiſtr. & Anſelm. & Raim. *oves rapit*, duo Tarr. Poſt hujus capitis verba addit regiſtr. *Si autem ſcivit Sanctitas veſtra &c.* multis verbis adverſus mendacium dicentis ſe ignorare, quæ ſciebat, agit, quæ omiſit etiam Anſelm. aliis verbis ejuſd. epiſtulæ relatis. Ad extremum admonere lectores viſum eſt, duo mihi moleſta fuiſſe in hoc titulo, alterum, quod pro regulis juris nobis aliæ ſententiæ proponantur, ſed Bonifacius VIII. hunc locum arripuit, & in calce libri ſexti Decretalium vim maximam earum effudit; alterum eſt, quod neque temporum, neque perſonarum ratio habita eſt in ordine horum capitum. Debuerunt enim Eleutherius, & Stephanus Pontifices Maximi, qui ceteris omnibus antiquiores fuerunt, Chryſoſtomo, & Auguſtino præferri. Jam vero, omnia Gregorii capita, omnia Bedæ ſimul debuerant collocari, & quæ ex regiſtro Gregorii ſunt, oportebat ordine librorum, ex quibus ſumebantur, referri. Gregoriana collectio habet etiam hac in re ſuos nævos. Sed utilitate aliarum rerum uſi hæc illis condonemus.

Poſt hæc ſcripta hæ variæ lectiones ad me pervenerunt cap. 21. de electione *, ex Pontificali Romano in vita Paſchalis ſecundi.

* *Lib.* 1. *tit.* IV. *pag.* 25. *& ſeqq.*

Paſchalis Parlam. ) *Paſchalis Papa Polonienſi Archiep.*

Et regni majores ) *& regiæ majores*, alter exemplum, *& regis majores.*

Si diligis me ) *Diligis me.*

Et cognitor ) *& conditor.*

Nec ſemel tantum ) *& non ſemel tantum.*

Ad triſtationem ) *ad contriſtationem.*

Ajunt omne ] *Quid fiet, ajunt, omne jusjurandum.*

Nec ab Apoſtolis ) *nec ab ipſis Apoſtolis.*

Nec in conciliis ) *nec in conciliis inveniri poſſe ſtatutum.*

Subſecutus ] *ſubſequenter.*

Contra canonum ] *contra ſanctorum canonum.*

Quod quam multi ) *Quam multi hoc etiam . . . præſumpſerunt.*

Juramentum dominus ) *Juramenta dominus prohibuerit.*

Ad perjurii conſuet. ) *ad perjurium per conſuetudinem delabatur.*

Ajunt Reges tui ) voces *Reges tui*, abſunt ab orig.

Quaſi Romanæ eccleſiæ ) *quando Ro. eccleſiæ legem concilia ulla præfixerunt?*

Excipiatur auctoritas ) *accipiatur auctoritas. Nonne in Chalcedonen. concil. actione* XVI. *ſtatutum eſt: ante omnia quidem primatus honorem præcipuum ſecundum canones antiquæ Romæ reverentiſſimo Archiepiſcopo conſervari. Itaque conſueverunt* (1) *Rex, & magnates a ſupradicta ſacramenti conaicione te quieſcere. Videturne vobis judicium evangelicum primatus noſtri honor præcipuus? numquid animo cecidit illa ſententia domini: non eſt diſcipulus ſupra magiſtrum? numquid Ungarico Principi dictum eſt; & tu converſus confirma fratres tuos? numquid nos commodi noſtri proviſionem requirimus, & non unitatis catholicæ ſtatuimus firmamentum?*

(1) *Cenſuerunt*, forte.

Quibus tandem ) *Quibus tamen quattuor concilior. decretis.*

Sedis Apoſtolicæ ) *ſedi Apoſtolicæ.*

Declarant ) *declarent.*

Ea eſt ) *ita eſt.*

Decreverint ) *decreverunt.*

Ultra vos Daci ) *ultra vos Saxones, Dacique.*

Viſitant ) *viſitant. Ita te frater cariſſime fruamur in domino: ut non per te in eccleſiis ſubtractionis, & diſſidii, quod abſit, oriatur occaſio.*

# COLLECTIO SECUNDA DECRETALIUM.

## LIBER PRIMUS.

### TITULUS I.
### DE CONSTITUTIONIBUS.
### CAPUT I.

*Clemens III. Anconitano Archiepiſcopo* (1), *pars c. Sig.*

Non ponitur. PRæterea de lege illa, vel errore, quam (2) cives tuos aſſeris ſtatuiſſe, videlicet, ut ſi quis teneret per xxx. annos poſſeſſiones alicujus eccleſiæ, nec reddidiſſet canonem conſtitutum, non ideo caderet a detentione poſſeſſionis illius, nihil certi tibi (3) poſſumus reſpondere, donec conſtitutionem illam ab ipſis factam, nobis verbo ad verbum expoſitam ſtudeas deſtinare.

### TITULUS II.
### DE RESCRIPTIS.
### CAPUT I.

*Alexander III. Abbati Ciſtercien. & fratribus Cuman.* (4)

De reſcript. cap. 6. CUM (5) ordinem Ciſtercienſium (6) profeſſi, eo privilegio, quo fratres alii gaudeatis, inter vos, & aliquos clericos ſæculares ſuper decimis quæſtione ſuborta, tacito quod ſitis Ciſtren. ordinis, contra vos, velut in monachos alterius ordinis litteras a ſede Apoſtolica impetrantes, deinde juramentis, litigiis, ſicut vobis ſignificantibus accepimus, & expenſis difficilibus vos inquietant. Volentes ergo vobis ſollicite providere, ne contra tenorem privilegiorum veſtrorum poſſitis quorumlibet temeritate vexari, auctoritate vobis Apoſtolica mandamus, ut ſi contra vos ſuper decimis, vel aliis, quæ ordini veſtro ſpecialiter Apoſtolica ſedes indulſit, non facta mentione Ciſtren. ordinis litteræ fuerint a ſede Apoſtolica impetratæ, eis minime teneamini reſpondere.

### CAPUT II.

*Alexander III. Tarraconen. Archiepiſcopo.*

De app. c. 35. ACcepta conqueſtione canonicorum Pampilon, quod dilectus filius noſter Dux (7) Navarrorum eos bonis ſuis ſpoliaſſet, cauſam ipſam tuæ fraternitati ad eorum petitionem duximus committendam, & fine canonico terminandam. Verum quoniam nobis tacuerunt, quod ab audientia tua fuit ad ſedem Apoſtolicam appellatum, nec nos, ſi hoc nobis conſtitiſſet, ipſam cauſam tuo commiſiſſemus examini, cum non debeat ad eos cauſa remitti, a quibus noſcitur appellatum, niſi partes in hoc conſentirent, f. t. per A. s. mandamus (8), & artius inhibemus, ne in executione ipſius negotii occaſione litterarum noſtrarum aliqua ratione procedas.

### CAPUT III.

*Alexander III. Tornacen. Epiſcopo.*

EAM te [9] &c. & infra. Dudum ſi quidem ante tuam promotionem, ſi bene meminimus, litteræ a nobis emanarunt, quibus Decano, & eccleſiæ tibi (10) commiſſæ, te adhuc in eodem capitulo exiſtente, mandatum (11) dedimus, & præceptum, ut d. f. n. M. pr. latorem, qui de gente Judæorum originem duxit, & interveniente divina gratia fidem Chriſti humiliter, & devote ſuſcepit, obtentu ſuæ converſationis, obtentuque litterarum, in quibus ita proficit, quod eccleſiaſtico beneficio dignus non immerito reputatur, receptis litteris noſtris in canonicum reciperent, & præbendam, ſi qua vacaret, vel quamprimo [12] vacare contingeret, liberaliter conferre deberent. Ipſi vero ſicut eodem M. referente recepimus, litteris noſtris poſt conſecrationem tuam receptis, quia donatio præbendarum ad te ſpectabat, præceptum noſtrum, ſicut aſſerebant, debitæ excuſationi non potuerunt mandare. Cum itaque præſcriptus M. ſicut aſſerit, te ſuper hoc ex parte noſtra inſtanter requireret, tu ei reſpondiſti, quod nullum inde a nobis mandatum receperas, & ſic eum a te infecto negotio remiſiſti, quod nullatenus feciſſe deberes, ſi datam litterarum noſtrarum diligenter attendiſſes, cum tempore, quo litteræ ipſæ datæ ſunt, de capitulo eſſes, ſicut qui eras Archidiaconus, & canonicus ejuſdem eccleſiæ, licet nec eſſes adhuc in Epiſcopum conſecratus & infra. Pro eo vero, quod Judæus extitit, ipſum non deberes aliquatenus (13) dedignari, & infra: fraternitati tuæ mandamus, qua. eum in canonicum eccleſiæ tuæ recipias, & ei ſtallum in choro, & locum in capitulo aſſignes. De reſcr. c. 7.

### CAPUT IV.

*Lucius III.*

AD hoc ſumus in ſede juſtitiæ diſponente domino conſtituti; ut, quæ contra juſtitiam attemptantur, noſtra ſollicitudine ad rectitudinis tramitem revocentur, &c. & infra. c. 10. eod.

Pro-

(1) Al. *Acontano Epiſcopo.* [2] Al. *quem.* (3) Al. *certum.* [4] Al. *Epiſcopo*, & *Ciſtren.* (5) Al. *Quoniam.* (6) *Ciſtrē.* (7) *Rex*, forte. (8) Al. *præ.* (9) Al. *Jam te*, vel *Jam a te.* [10] Al. add. *nunc.* (11) Al. add. *noſtrum.* (12) *primum.* (13) Al. *aliquantulum.*

Provide ſignificatum eſt nobis, quoſdam in provinciæ tuæ partibus tales de Cancellaria noſtra litteras recepiſſe, per quas omnia eorum negotia unius judicis, vel plurium, quos ſibi elegerint, arbitrio committuntur, ſicque fit, ut ſi aliquem (1) pulſare voluerint, examen ordinarii judicis non requirant, ſed ad judicem unum, vel plures delegatos ſibi propitios, & exinde parti adverſæ ſuſpectos, ſuper examinanda quæſtione decurrant; quod quam ſit contrarium Deo, & ſacris canonibus inimicum, nemo ambigit, qui vel modicam (2) notitiam canonicæ inſtitutionis apprehendit, tales itaque litteras a noſtra Cancellaria non credimus prodiſſe, vel ſi forte prodierint, conſcientiam noſtram, quæ diverſis occupationibus impedita, ſingulis examinandis non ſufficit, effugerunt. Unde nos huic morbo celeri volentes obviare remedio, fr. tuæ per Apoſtolica ſcripta præcipimus mandantes, quatenus, ſi litteras tales in ſubjecta tuæ ordinationi provincia, vel impetratas, vel deinceps impetrandas inveneris 3), eas carere viribus noſtra auctoritate decernas, & ne ab aliquo in judicium admittantur ſuper quacumque quæſtione prohibeas.

CAPUT V.

*Lucius III.*

c. 11. eod. AD audientiam noſtram te ſignificante pervenit, quod H. de S. Stephano ſuper abſolutione ſua litteras tibi, ut prima facie videbantur, Apoſtolicas præſentavit, quas quoniam habuiſti ſuſpectas, nec de Cancellaria eccleſiæ Romanæ emanaſſe putaſti, ad nos remittere curaviſti, conſulens apoſtolatum noſtrum, unde devotionem tuam in domino commendamus, utrum occaſione ipſarum litterarum præfatum virum habere debeas abſolutum. Nos igitur litteris ipſis diligenter inſpectis, taliter tibi duximus reſpondendum; quod cum eas non credamus de prædeceſſoris noſtri conſcientia emanaſſe, nullam eis fidem te volumus adhibere, cum etiam manifeſtum contineant in conſtructione peccatum.

CAPUT VI.

*Lucius III.*

Non ponitur. ROtbertus de Columbellis ſuper eccleſia cujuſdam villæ de Columbellis contra adverſarium ſuum duplices litteras ad Rotomagen. Archidiaconum, & Turonen. judices impetravit, ut ſi coram Rotomagen. obtinere non valeat Archidiaconatum [4], coram Turonen. judice nocere adverſario ſuo non deſiſtat. Quoniam igitur non eſt hujuſmodi malitiis indulgendum, præcipimus, quatenus utræque litteræ viribus careant, & ſi quid per eas factum fuerit, irritum habeatur, & vacuum.

CAPUT VII.

*Gregorius VII. omnibus Prælatis eccleſiarum.*

Non ponit. Poſt conc. L.p.49.c.2. QUoniam ad Epiſcoporum maxime ſpectat officium afflictis, & laborantibus ſubvenire, ſummumque illorum, licet deficientibus meritis, Deus voluit nos eſſe, proſpicere omnibus tenemur, & volumus, ne quis ex fortuitis caſibus per Romanæ Eccleſiæ viſitationes [5] laboris ſui, quem ad eam veniendo ſuſtinuit, debito fruſtaretur effectu. Inde ſi quidem fuit, quod nos multorum expenſis proſpicere volentes, & allevare labores, de conſueta modera. (6) Ap. ſe. duximus ſtatuendum, ut litteræ prædeceſſoris noſtri domini Urbani a tribus menſibus ante obitum ipſius deſtinatæ pro facienda juſtitia, & litigiis dirimendis, quæ tamen alicujus præjudicium non contineant manifeſtum, aut calumniam iniquitatis, eundem habeant tempore adminiſtrationis noſtræ effectum, quem habere, ſi adhuc ille viveret, debuiſſent. Ceſſante igitur exceptione de mandatoris morte perficite, quod mandavit agendum, & nemo ad nos pro hujuſmodi excuſatione, accepta per illum commiſſione, de ſua juſtitia obtinenda, cogatur in vacuum laborare.

CAPUT VIII.

*Clemens III. Abbatibus de Oſen. (7) & de Heber. & priori Sanctæ Fridæ.*

EX parte S. presbyteri, perſonæ eccleſiæ de Tarente nobis innotuit, quod cum capella de Upetone (8) ad prædictam eccleſiam de jure pertineat, ab ea multis temporibus injuſte eſt ſubtracta, & O. diaconus, qui jam dictam capellam detinet, capellanum ipſius eccleſiæ G. nomine ipſius in ea miniſtrantem poſt ap. ab ipſo factam amovit: quam quidem app. cum eſſet proſecutus S. & ad Bathon. Epiſcopum, & Decanum, & Archidiaconum Vallis (9) litteras impetraſſet, ipſe O. ap. ſuam, nec per ſe, nec per alium eſt proſecutus. Cumque auctoritate prædictorum judicum in jus eſſet vocatus, dixit, ſe litteras priores habere, de quibus nulla mentio in poſterioribus habebatur, quas uſque ad tertiam citationem ſuppreſſit, eiſque dolo, vel negligentia uti poſtpoſuit (10), quod ex diuturnitate temporis videbatur, in quibus nulla etiam mentio de appellatione ab ipſo facta fiebat, cum biennium a tempore appellationis jam fuiſſet elapſum. Ideoque f. v. per A. s. mandamus, quatenus, ſi ita eſſe conſtiterit, revocatis in ſtatum debitum omnibus, quæ poſt appellationem inveneritis attemptata, præſcriptam capellam matrici eccleſiæ ap. re. reſtituatis, prædictum O. ſi cum appellationem ſuam non fuiſſe proſecutum conſtiterit, memorato S. in expenſis neceſſariis condemnantes. c. 11. eod.

CAPUT IX.

*Cæleſtinus (11) III.*

SCiſcitatus eſt a nobis R. petitorio deſtinato, de qua impotentia illud intelligatur, quod in litteris ſæpe conſuevit apponi, videlicet, ut ſi duo, vel tres, vel etiam plures, qui- cap. 15. e.



(1) Al. *aliquando.* (2) Al. *ad modicum.* (3) Al. *invenias.* [4] *Archidiacono*, forte. (5 Al. *inſtitutiones.* [6] Al. *miſericordia.* (7) Al. *Ocen.* [8] Al. *Petent.* (9) Al. *Well.* (10) Al. *ſubſedit.* (11) Al. *Clemens.*

quibus litteræ diriguntur, ipſis exequendis intereſſe ſimul nequiverint; unus aut plures eorum, quibus ſcribitur, nihilominus exequantur. Nos vero in hoc ita ſentimus, quod tam de jure, quam de facto illa impotentia cenſeatur. De jure ſi aliquem eorum (1), quibus litteræ diriguntur, ſervum, vel infamem, vel alio legitimo impedimento detentum eſſe conſtiterit; de facto, ſi conſtiterit caſu mortis occumbere, aut inevitabili neceſſitatis articulo impediri, quominus valeat intereſſe, dummodo, qui pro neceſſitate præſens eſſe non poteſt, collegis ſuis litteratorie excuſationem ſuam curet, ſi poterit, deſtinare, ut alii conjudices, vel executores nihilominus ad conſummationem injuncti mandati procedant: nec enim ille, qui tantummodo non vult intereſſe, hac impoſſibilitatis interpretatione valet aliquatenus excuſari, niſi forte ſic in reſcripto habeatur expreſſum, ſi non omnes interfuerint, vel ſimul nequiverint, aut noluerint intereſſe.

## TITULUS III.
## DE ELECTIONE, ET ELECTI POTESTATE.

### CAPUT I.
*Alexander III.*

De elect. cap. 11. SUffraganeis autem alicujus metropolitani ad mandatum ipſius poſt confirmationem electionis ſuæ, etiam ſi pallium non receperit, licitum eſt electum aliquem conſecrare, qui ad ejus juriſdictionem pertineat, & metropolitano ægritudine laborante, vel alias impedito, poſt ſuſceptionem pallii, & etiam ante, ſi ejus eſt electio confirmata, ſuffraganei ſui ad mandatum ipſius poſſunt electo conſecrationis munus conferre.

### CAPUT II.
*Alexander III. decano, & capitulo †.*

Non ponit. QUia requiſiſtis a nobis, utrum ad electionem faciendam procedere debeatis, proponentes, quod eam ſine aſſenſu Regio facere non audetis, ſi aliter fieri non poſſit, ad H. dilectum f. n. in Chriſto Regem Angliæ accedentes, ſtudioſius inſinuetis B. quondam Epiſcopum veſtrum perpetuo eſſe depoſitum, & ejuſdem Regis impetrato aſſenſu in perſonam honeſtam, litteratam, & idoneam unanimiter conveniatis, & eam in paſtorem, & Epiſcopum eligatis, ut ejus providentia, & gubernatione eccleſiæ, tam in ſpiritualibus, quam in temporalibus grata valeant in eccleſia incrementa merito provenire.

### CAPUT III.
*Clemens III.*

cap. 12. e. SUper eo vero, quod quærere voluiſti, ſi alicujus electio caſſata fuerit, & idem electus ad regimen alterius eccleſiæ fuerit electus, an ejuſdem electio debeat confirmari, hoc tuam diſcretionem volumus tenere; quod ſi prior electio, non vitio perſonæ, ſed modo electionis caſſatur, niſi forte ſimoniacæ pravitatis aliquid interceſſiſſe conſtiterit, promotionem ejus in eadem eccleſia non debeat impedire.

### CAPUT IV.
*Clemens III. Claremontan. (2) Epiſcopo.*

CUM te audierimus (3) ante conſecrationem tuam juramentum adeo in damnum Epiſcopalis juris, & dignitatis canonicis Claremontan. eccleſiæ præſtitiſſe, quod ex eo robur Epiſcopale videatur nimium enervari, tu ſuper hoc ſicut vir providus, & diſcretus nos conſulere voluiſti, & huic incommoditati remedium Apoſtolicum ſuppliciter poſtulaſti. Nos igitur jacturæ tuæ pro noſtri officii debito providere volentes, tuæ ſollicitudini reſpondemus, quod illicita juramenta in damnum Epiſcopatus Claremontan. capitulo præſtita a te nullum tibi impedimentum afferre debeant, & ut ſuper hoc contra detrahentium objectiones tutus, & præmunitus exiſtas, noſtræ abſolutionis litteras in teſtimonium tibi duximus indulgendas. Non ponit.

### CAPUT V.
*Cæleſtinus III.*

CUM monaſterium de Pellicia in tuo ſitum Epiſcopatu ad eam diſſolutionem devenerit, ſicut tuarum litterarum inſinuatio patefecit, quod fratres ejuſdem domus obſervantiam religionis, & ordinem abjecerunt, & bonis ejus dilapidatis, atque conſumptis ad eligendum ſibi Abbatem, de ipſius eccleſiæ gremio non potuerunt hactenus convenire, ad tuæ tamen admonitionis, & exhortationis inſtantiam, in unum convenientes, in quendam, qui cum fratribus ſuis in eremo eſt laudabiliter converſatus, boni teſtimonii virum unanimiter conſenſerunt, & eum in Abbatem totis deſideriis poſtulantes, ejus ſubiici diſciplinis, & habitui poſtulabant. Tu vero poſtulationi eorum de prudentum, & diſcretorum virorum conſilio præbuiſti aſſenſum, & humiliter ſupplicaſti (4) eandem ordinationem a ſede Apoſtolica confirmari. Nos autem petitioni tuæ favorem noſtrum, & aſſenſum liberaliter impertientes, ordinationem ipſam, ſicut canonice facta eſt, confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus. c. 13. eod.

### CAPUT VI.
*Cæleſtinus III.*

CUM terra, quæ funiculus hereditatis domini cenſebatur, & infra. Sicut autem ex quarundam litterarum tenore, & plurium relatione percepimus, quod quidam olim in electionibus faciendis pravæ conſuetudinis morbus irrepſit, ut videl. cum alicujus prælati debet electio confirmari [5], conventus, ad quem pertinere dignoſcitur, duas perſonas nominet auribus latenter Patriarchæ, vel principis exprimendas, ut ſic illarum, vel alterius eligendæ, vel totius electionis penitus irritandæ, idem Patriarcha, & (6) princeps plenariam habeant facultatem. Quia hoc igitur diabolicæ no- c. 14. eod.

[1] Al. *illorum.* (2) Al. *Claren.* (3) Al. *Audiremus.* (4) *Poſtulaſti.* (5) Al. *celebrare.* (6) *Vel*, Gregor. IX.

UNED

noſcitur verſutiæ, aut fraudis inſtinctu inventum in perniciem totius eccleſiaſticæ libertatis, præſcriptam conſuetudinis pravitatem penitus abolendam præſentium auctoritate ſancimus, ſtatuentes, ut, cum de ſummi creatoris clementia in manus fidelium terra illa devenerit, ut forma electionis canonicæ in omnibus conventualibus eccleſiis obſervetur, videlicet, ut cum debeat eccleſiæ conſuli paſtoris regimine deſtitutæ, electores in locum, in quo fuerit electio celebranda, conveniant, & invocata Spiritus ſancti gratia perſonam ſollemniter canonice nominent, in qua omnes, vel major pars ſanioris conſilii potuerint convenire, & ea ſine ullius contradictione, dummodo perſona idonea fuerit, & electio ſine ſimoniaca pravitate celebrata, ad illius eccleſiæ regimen admittatur. Quod ſi in perſona fuerit, vel in electionis modo peccatum, tamdiu electores in electione diligentiam inquiſitionis apponant, donec ſecundum præſcriptam formam, vacanti eccleſiæ de perſona congrua valeat provideri. Quo facto non prohibemus, quin Regis, qui pro tempore fuerit, ſeu Patriarchæ requiratur aſſenſus, ſed propter ipſum prædictam electionis formam nolumus impediri.

## CAPUT VII.

*Clemens III.* (1) *Helienſi Epiſcopo.*

cap. 15. e. TRanſmiſſam jam dudum, ſicut inſinuare curaſti, ad noſtram audientiam quæſtionem, tua nunc devotio (2) replicavit, quid s. tibi faciendum ſit ſuper eo, quod clerici tuæ diœceſis, cum pro ſuis exceſſibus ſuſpenſionis, vel interdicti ſententia percelluntur, parvipendentes eam (3) dimittunt eccleſias, & conferunt ſe ad mercimonia laicorum. Nonnulli quoque ipſorum habitu clericali poſtpoſito veſtes induunt laicales, & ſicut laici mercatores ſe turpibus quæſtibus implicant, conſimilium ſibi laicorum manus aſſociant, & correctionem eccleſiaſticam per contemptum eludunt, dicentes, quod poteſtatem non habeas corrigendi eos, niſi tibi ſpecialiter fuerit ab Apoſtolica ſede indultum. Nos autem in hoc volentes tibi certum dare reſponſum, tuæ devotioni reſpondemus; quod ſi quando tales repereris, ſi commoniti noluerint a tam turpibus actibus revocari, & de contemptu ſatisfacientes plenarie ad clericale ſchema redire: tu eos auctoritate noſtra ſuffultus excommunicationi ap. ces. ſubiicias, faciaſque eos ab omnibus artius evitari, donec reatum ſuum congrua ſatisfactione diluerint, præſertim ſi qui eorum in ſacris ordinibus conſtituti ſunt: hoc etiam ſine ſpeciali mandato exequi poſſes, cum ex quo electionis tuæ confirmationem accepiſti, de talibus & conſimilibus præter ea, quæ, & majoris inquiſitionis diſcuſſionem exigant (4), & miniſterium conſecrationis deſiderant, quod juſtum eſt, & eccleſiaſticæ convenit utilitati, ſtatuendi habeas facultatem.

# TITULUS IV.
## DE USU PALLII.
## CAPUT I.

*Clemens III.*

CUM ſuper aliqua re &c. & infra. Quæſiviſti etiam, quomodo intelligatur, quod informa traditionis pallii continetur, videlicet, *tradimus tibi pallium, ut utaris eo infra eccleſiam tuam*: quod ita intelligitur infra eccleſiam tuam: 1. quamlibet eccleſiam provinciæ tuæ. Si vero te ſacris indutum veſtibus eccleſiam proceſſionaliter, vel alio modo exire contigerit, tunc pallio uti minime debes [5]. De auct. & uſu pallii. c. 1.

## CAPUT II.

*Cæleſtinus III.*

AD hæc, quia quæſitum eſt a nobis ex parte tua, utrum liceat tibi pallium tuum alii metropolitano commodare, ſi contigerit ipſum ſine pallio ſuo ad eccleſiam tibi commiſſam in aliqua præcipua ſollemnitate venire, & in eadem eccleſia miſſarum ſollemnia celebrare, licet exinde nos non recolamus expreſſum canonem inveniſſe. Super hoc tamen inquiſitioni tuæ taliter reſpondemus: quod non videtur eſſe conveniens, ut pallium tuum alii commodes, cum pallium perſonam non tranſeat; ſed quiſque cum eo debeat, ſicut novit diſcretio tua, ſepeliri. c. 2. eod.

# TITULUS V.
## DE RENUNTIATIONE.
## CAPUT I.

*Alexander III. Lingon. electo.*

DE multa liberalitate credimus proveniſſe, quod dilect. f. noſter S. Archid. de Morant (6) præbendæ (7), quam habebat in eccleſia tibi commiſſa, libere ceſſit 8), ut eam dilecto f. C. nepoti noſtro conferres, & infra. Quoniam igitur nulla ratione poſſumus ſuſtinere, ut memoratus Archidiaconus diſpendium patiatur, unde tuam, & noſtram gratiam meruit obtinere, cum præbendæ ſuæ ceſſit (9) ideo ut noſtram perficere 10) voluntatem poſſet: f. t. per A. s. m. &c. & infra. Cum rationi, & eccleſiaſticæ inſtitutioni contrarium ſit, ut Archidiaconus præbenda careat in eccleſia tua, cui noſcitur in Archidiaconatus officio deſervire, nec honeſtum ſit tibi promiſſionem tuam tam honeſtam revocare. Non ponit. Poſt conc. Lat. p. 30. cap. 7.

## CAPUT II.

*Clemens III.*

EX inſinuatione tua nobis innotuit, quod pater tuus interveniente pecunia olim tibi præbendæ beneficium acquiſivit: cumque ad annos diſcretionis poſtmodum perveniſti, dominicæ crucis ſignum accipiens, ſuper exceſſu pœnitentia ductus dictam præbendam in manu præpoſiti, & fratrum libere reſignaſti. Sed idem præpoſitus, & fratres tibi compatientes denuo (11) te in ſuum canonicum elegerunt, ita videlicet, quod ſecundum electionem iſtam, poſtremum De ſimon. cap. 20.

(1) Al. *Cæleſtin. III.* (2) *Dilectio.* (3) *Eas.* (4) Al. *Exigunt.* (5) Al. *debebis*, al. *debeas.* (6) Al. *de Orcaten.* (7) Al. *præbendam.* (8) Al. *conceſſit.* (9) Al. *ceſſerit.* (10) Al. *perficeret*, & deeſt, *poſſet.* (11) Al. *de novo.*

mum locum in choro, & in aliis locis obtineres. Ceterum quia a nobis humiliter requiſiviſti, utrum juxta priorem tuam receptionem tuum locum recuperare valeas; tibi duximus reſpondendum, ut indulgentiæ, quam fratres tui miſericorditer tibi feciſſe noſcuntur, contentus exiſtens, ratione primæ receptionis nihil audeas in ipſa eccleſia vindicare.

## CAPUT III.

*Clemens III.*

De ren. c. 5. SUper hoc, quod ſciſcitaris, utrum eccleſiaſtica beneficia repoſcentibus objecta ſpontaneæ abjurationis exceptio, ſine cauſæ cognitione ſit admittenda; & an actoris, quod (1) ſponte non renuntiavit, an rei de ſpontanea renuntiatione teſtes ſint, & probationes admittendæ. Sic experientiæ tuæ reſpondemus, quod hoc nulla ratio veriſimile reddit, ut beneficio quiſquam etiam multis forte laboribus & expenſis acquiſito, & quo [2] ſuſtentari debet, ſine magna cauſa temere ſua ſponte renuntiare elegerit: ideoque ſupervacuum eſſe non credimus cauſam renuntiationis, vel reſignationis diligenter inquirere, quam ſi forte probabilem, ideſt non vi, non metu, non oppreſſione, non interventu pecuniæ, non promiſſione extortam judex ordinarius, ſeu delegatus invenerit, & maxime ſi juramentum, quod vix fieri de voluntate ſpontanea [3] credimus: quia (4) juramentum ſemper fere a malo eſt, admittere, niſi replicatio canonica fuerit appoſita, non poſtponat. Porro licet negantis factum per rerum naturam nulla ſit probatio, ejus tamen, qui ſpontaneam renuntiationem negat, cum implicite, & quodammodo replicando infitietur, ſuper aſſertione ſua, probationes credimus admittendas: habita nihilominus ad dignitatem opinione, & relatione.

## CAPUT IV.

*Cæleſtinus III.* [5]

c. 6. eod. IN præſentia noſtra &c. & infra. Licet igitur judex non ſemper ad unam ſpeciem probationis applicet mentem ſuam, ſed ex confeſſionibus, depoſitionibus, allegationibus & aliis, quæ in ejus præſentia proponuntur, firmet (6) animi ſui motum, & tanta ſit judicialis auctoritas, ut ſemper præſumi pro ipſo debeat, donec contra ipſum aliquid legitime comprobetur. Quare ſi tu contra prædictum R. coram prædicto Dulmen. & ejus conjudice nihil penitus probaviſſes, ſtandum tamen ſententiæ fuerat, niſi dictus R. eam oſtenderet irritandam. Quia tamen præter iſta conſtitit de ipſius renuntiatione ſpontanea per quaſdam Epiſcoporum litteras, & confeſſionem ipſius; nos de conſilio f. n. ei ſuper eadem Abbatia ſilentium duximus imponendum.

## TITULUS VI.
## DE SUPPLENDA NEGLIGENTIA PRÆLATORUM.

## CAPUT I.

*Alexander III. pars cap. Quia nos.*

STatuimus præterea, ut (7 ſi Epiſcopus tertio cum humilitate, & devotione fuerit (8) De ſuppl. negl. c. 1.
ſicut convenit, requiſitus, ſubſtitutos Abbates benedicere forte renuerit, eiſdem Abbatibus liceat proprios monachos benedicere, & alia, quæ ad illud officium pertinent, exercere; donec ipſi Epiſcopi duritiam ſuam recogitent, & Abbates benedicere non recuſent.

## CAPUT II.

*Clemens III. pars cap. Cum in dandis.*

SIcut nobis tua fraternitas intimavit, mona- c. 2. eod.
chi quidam, & canonici (9) regulares eccleſias, quæ ad eorum præſentationem pertinent, in tuo Epiſcopatu habentes propriis uſibus deputare nituntur, nec ibi volunt ad eas, cum vacaverint, perſonas vocare, quin potius occaſione conceſſionis quorundam Epiſcoporum vicarios in eis pro ſua inſtituunt, & deſtituunt voluntate, & admiſſos ita penſionibus onerantes, quod in (10) eccleſiis competenter vix poſſunt (11 in paupertate nimia deſervire; nec Epiſcopo in Epiſcopalibus reſpondere, nec hoſpitalitatem, ſicut convenit, tranſeuntibus impertiri. Nolentes autem, ut ſtatus eccleſiæ debitus, & antiquus per alicujus violentiam [12] ſubvertatur: mandamus, quat. niſi a juriſdictione tua exemptæ ſint eccleſiæ ſupradictæ, prædictos exceſſus ſtudeas rationabiliter emendare, & niſi præfatæ perſonæ infra tempus in Lateran. concilio conſtitutum ad vacantes eccleſias tibi perſonas idoneas præſentaverint, ex tunc liceat tibi ap. re. in eiſdem ordinare rectores, qui eis, & præeſſe noverint (13) & prodeſſe; ita tamen, quod ex hoc nullum patronis in poſterum præjudicium generetur.

## TITULUS VII.
## DE TEMPORIBUS ORDINATIONUM.

## CAPUT I.

*Cæleſtinus III. Hydrontin. Archiepiſc.* (14)

CUM ſecundum eccleſiaſticas regulas, & De tempor. ord. c. 9.
ſanctorum inſtituta Pontificum, ſacri ſunt ordines in certis temporibus conferendi, quidam Græci Epiſcopi ritus ſui, & conſuetudinis obſervantiam in Latinos clericos exercentes, eos ad ſacros ordines paſſim provehunt, qui non ſunt præterquam in quatuor temporibus conferendi (15). Sane ſicut latoris præſentium Jo. relatione cognovimus, quod cum ipſe a quodam domino, cui ſervierat, & ut in capella ſua divina officia celebraret, cuidam Græco Epiſcopo foret præſentatus; idem Epiſcopus Cathamarſen. (16) eum in ſacerdotem promovit; quem poſtmodum diœceſanus Epiſcopus ab executione officii, vel (17) ſuſcepti or-

(1) Al. *qui.* (2) Al. *a quo.* (3) *Propria.* (4) Al. *quod.* (5) *Clem. III.* Al. (6) Al. *formet.* (7) Al. *quod.* (8) Al. deeſt, *fuerit.* [9 *Clerici.* (10) *Nec.* (11) *Poſſint.* (12) Al. *inſolentiam.* (13) *Voluerint.* (14) Al. 2. *Epiſcopo.* [15] Al. *ordinandi.* (16) *Cathanaeſen.* Al. *Cathamen.* (17) *Et taliter.*

ordinis credidit ſuſpendendum. Quæ utique conſuetudo conſuetudini eccleſiaſticæ inimica, & deteſtabilis eſt, & penitus improbanda; & niſi multitudo, & antiqua conſuetudo eſſet in cauſa, ſic ordinati non deberent permitti in ſuſceptis ordinibus miniſtrare (1). Nam apud nos ſic ordinati deponerentur, & ordinantes auctoritate ordinandi de cenſura canonum privarentur. Verum quia nos plenam de Græcorum obſervantia notitiam habere non poſſumus, nec eſt nobis certum, utrum conſuetudo ſic ſe habeat, quod in partibus Calabriæ, ut Latini a Græcis, & Græci a Latinis ſecundum alterutrius inſtitutionis (2) obſervantiam ordinentur, & an ſit antiquitus obſervatum: f. tuæ, qui (3) diſcernere melius iſta poterit, ejuſdem Joannis judicium duximus committendum: per Apoſtolica s. m. & poteſtatem tibi, auctoritate p. indulgentes, ut cognita diligentius veritate, & obſervantia conſuetudinis, ſi qua ſuper his a Latinis clericis recepta eſt, & hactenus approbata, vel ſi tibi apparuerit aliter diſcernere de ipſo Joanne, quod cum ſalute animæ ſuæ poteris ceſ. ap. diffugio ſtatuere, non moreris, ſtudioſius attendens, utrum reordinandus ſit, an ſine periculo animæ ſuæ in ſic recepto ordine debeat celebrare, addito ſi quid noveris in ſupplemento ordinis adjungendum. Nolumus autem de cetero commixtiones rituum, & conſuetudines ordinum obſervari, nec ſumi ab aliis in exemplum, ſi cum iſto duxeris miſericorditer diſpenſandum.

## CAPUT II. (4)

*Clemens III. pars c. Cum in dandis.*

Non ponit. TUA quidem (5) ſignificatione noſtris eſt auribus indicatum (6), quod Epiſcopus Clarien. (7) ſuffraganeus tuus in vigilia aſſumptionis beatæ Mariæ virum (8) quendam clericum in presbyterum ordinavit: inſuper excommunicatos a te ſcienter in communione pro ſua voluntate recepit, & Joannem presbyterum de Villemor (9), quem excommunicationis vinculo ſubjeciſti, ſcienter in ſua diœceſi celebrare permiſit; quid autem in his agendum ſit, ſedem Apoſtolicam conſulere voluiſti. Nos igitur tuæ induſtriæ (10) reſpondendo mandamus, quatenus tuis ſuffraganeis convocatis (11) ſi de præſcripta ordinatione in tua, & ipſorum præſentia conſtiterit ita eſſe, ipſum auctoritate noſtra ſuffultus ab Epiſcopali adminiſtratione ceſ. ap. ſuſpendas, & ſuſpenſum manere facias, donec cum tuarum, & ipſorum Epiſcoporum teſtimonio litterarum ad eccleſiam Romanam accedat, ut ea vexatione, quam meruit, intelligere valeat, & doceri, quam grave ſit in ſacris ordinibus conferendis, & aliis ſupradictis ſanctorum canonum ſtatutis obviare.

# TITULUS VIII.
# DE ÆTATE, ET QUALITATE PRÆFICIENDORUM.

## CAPUT I.

*Alexander III. Brigen. (12) Epiſcopo.*

QUæris a nobis, quid agendum ſit de clericis tuæ juriſdictioni commiſſis, qui cum beneficiis eccleſiaſticis multis habundent, a te commoniti nolunt ad majores ordines promoveri, ſe tale quid ſecreto commiſiſſe dicentes, quod eos ſalva conſcientia ordinari non ſinit. Licet igitur ſuper tali [13] caſu videantur ſacri canones diſcordare (14), cum quidam dicant (15), eos minime compellendos, alii vero contrarium aſſeverent (16): omnis hujus contrarietatis vinculum præſenti pagina enodamus, ſtatuentes; ut ſi prædicti clerici in perceptione majorum ordinum propter occulta ſua peccata ſe indignos eſſe fatentur; inferiores in eadem eccleſia, quorum ſit vita probabilis, ſecundum inſtitutionem canonicam præferantur eiſdem, & niſi forte illi, qui ordinari pro jam dicta cauſa recuſant (17), in aliis eccleſiæ ſervitiis valde utiles fuerint, eis beneficia eccleſiaſtica auferantur, & aliis canonice conferantur. Quod ſi pro ſola voluntate renuerint ordinari, & ſuaſerit utilitas eccleſiæ, aut neceſſitas prorſus exegerit; ipſos, dummodo idonei ſint (18), ad majores ordines ſuſcipiendos [19], per amiſſionem locorum, vel ordinum, quos habent, & beneficiorum ſubtractionem, vel ordinum [20] ap. ceſ. cogere valebis. De ætat. & qual. c. 6.

## CAPUT II.

*Clemens III. R. Colonien. canon.*

AD aures noſtras te ſignificante pervenit, quod cum in arte phyſica eruditus exiſtas, pluribus juxta ipſius artis traditiones medicinas cum diligentia tribuiſti; licet plures in contrarium ſucceſſerit, & quibus putabas adhibere medelam, medicinis perceptis mortis periculum incurrerunt: verum, quia ſicut aſſeris, ad ſacros ordines deſideras promoveri, & ſuper eo nos conſulere voluiſti, breviter tibi reſpondemus, quod ſi ſuper præmiſſis conſcientia tua te videtur quomodolibet remordere, ad majores ordines de noſtro conſilio non aſcendas (21). cap. 7. eod.

## CAPUT III.

*Clemens III.*

EX tuæ fraternitatis conſulto percepimus, te velle a ſe. A. (22) certitudine edoceri, utrum ſacerdotes, vel alii, in quibuslibet ſacris ordinibus conſtituti, qui per lapſum carnis reatum adulterii incurrerunt, vel perjurii, vel alii [23] falſi teſtimonii, vel crimine homicidii irretiti bonum rectæ conſcientiæ perdiderunt; ſi peracta condigna pœnitentia de commiſſo, in prioribus tollerari, vel ſuffragantibus me- Non ponitur.

[1] Al. *celebrare.* (2) Al. *morem, & conſuetudinis.* (3) Al. *quæ.* (4) Al. *cap.* 1. (5) *Si quidem.* (6) Al. *intimatum.* [7] *Darien.* (8) Al. *virginis.* (9 Al. *Vilamor.* (10) *Tamquam*, al. add. (11) *Evocatis.* (12) *Bragan.* (13) *Hoc.* (14) Al. *diſſentire.* (15) Al. *dicunt.* (16) Al. *aſſeverant.* (17) Al. *aut*, add. [18] Al. *fuerint idonei.* (19) *Recipiendos.* (20) Al. *deſunt.* (21) Al. *accedas.* (22) Al. *A. ſe.* (23) Al. deeſt.

UNED

meritis provehi valeant ad majora. Super quo fraternitati tuæ reſpondemus, quatenus (1) ſi notoria ſunt crimina, quæ prædiximus, vel ordine judiciario comprobata, tales (2) reos cenſura ſacrorum canonum, etiam poſt peractam pœnitentiam, non tantum ad altiora (3) progredi non permittit, verum etiam jubet gradum priſtinum non tenere. Porro ſi propoſita [4] crimina contra aliquem notoria non fuerint, vel ordine judiciario comprobata, monendi ſunt tales, qui eiſdem tenentur obnoxii, & ſub interminatione divini judicii obteſtandi, ut in teſtimonium damnationis ſuæ in ſuſcepto ordine non miniſtrent.

CAPUT IV.

*Clemens III.*

Non ponitur.

CUM ſacroſancta Romana eccleſia &c. & infra. Alios autem, qui propter impedimentum ætatis presbyterii honorem adipiſci non poſſunt, ſi id ſolum obſtare cognoveris, licet forſan ad talia officia in ea ætate non debuerint aſſumi; æquo animo debes uſque ad illud tempus ſine rancore aliquo tolerare; quod eos ad ſuſcipiendum onus ſacerdotii de conſtitutione canonum idoneos, ſi aliud non obſtiterit, comprobabis (5), quos utique præfatæ animadverſionis ſententia curabis auctoritate noſtra perſtringere, ſi tunc a te commoniti contempſerint in presbyteros ordinari.

CAPUT V.

*Cæleſtinus III.*

cap. 8. eod.

CUM bo. me. Clemens Papa pr. n. I. Buccard. Melearum [6], manum raoſacam (7), & quoſdam alios Barenſes (8) clericos vocaviſſet, ut Bernardo Archidiacono ſuo, quem graviter læſerant (9) ſatisfacerent, & ad ipſius accederent præſentiam reſponſuri, quia venire juxta mandatum Apoſtolicum contempſerunt; in eos fecit per Vigilienſem Epiſcopum ſuſpenſionis ſententiam promulgari, in qua, ſicut dicitur, triennio permanentes quidam ex ipſis ſuſpenſis aliud beneficium eccleſiaſticum ſunt adepti, & quia utrum beneficia poſſint rationabiliter retinere, nos conſulere voluiſti: ſignificatione tibi præſentium reſpondemus, quod non licet eis, nec illa, quæ habuerant, beneficia, nec ea, quæ poſtmodum ſunt adepti, aliquatenus retinere. Unde venerabili fratri noſtro Baren. (10) Epiſcopo dedimus in mandatis, ut eos pro tanta pertinacia, & contemptu Apoſtolico (11) beneficiis, quæ habent, non differat ſpoliare, ea tamdiu in ſuis manibus detenturus, donec quid ſuper his facere debeat, litteras noſtras accipiat, & mandatum.

CAPUT VI.

*Cæleſtinus III.*

Non ponitur.

INtimatum eſt nobis ex parte tua, frater Epiſcope, quod cum quidam miles parochianus tuus ex nobili muliere, quam unicam in propria domo non tamen uxorem diu tenuerat, & ex ea [12] quendam filium P. nomine ſuſtuliſſet, illum tempore procedente commiſſæ tibi eccleſiæ obtulit, ibique in canonicum eſt receptus, & (13) quia utrum eundem canonicum ad ſacros ordines valeas promovere, a nobis humiliter requiſiſti; nos, qui tenemur ex officio ſingulorum conſultationibus reſpondere, tibi auctoritate præſentium intimamus, ut idem canonicus, ſi alias ipſius merita ſuffragantur, non impediatur, quo minus ad ſacros ordines libere debeat promoveri.

TITULUS IX.

DE FILIIS PRESBYTERORUM.

CAPUT I.

*Alexander III. Cant. Archiepiſcopo.*

De fil. presbyt. c. 11.

AD extirpandas ſucceſſiones a ſanctis eccleſiis, ſtudio totius ſollicitudinis debemus intendere, & etiam decet nos ad hoc vigilem curam exhibere, ne circa miniſterium ſuſcepti regiminis videamur minus diligentes exiſtere, ſi id vitium in eccleſiis, vel in eccleſiaſticis negotiis, & viris permittimus pullulare. Hinc eſt, quod f. t. per A. ſcripta pr. m. quatenus, ſi qui filii presbyterorum provinciæ tuæ tenant eccleſias, in quibus patres eorum tamquam perſonæ, vel vicarii nulla perſona media miniſtrarunt; eos, ſive geniti ſint in ſacerdotio, ſive non, ab eccleſiis ipſis contra. app. ceſſ. non differas amovere. Si vero aliqui ſint filii clericorum, qui eccleſias, quas patres eorum tenuerunt (14), perſonis aliis mediis ſunt adepti: eos dummodo idonei ipſi [15] ſint, poteris ſuſtinere, ita quod ſi unus plures eccleſias, quas pater ſuus tenuerit, poſſidet, quarum una poſſit ſufficere; una, quam maluerit, facias eſſe contentum, dummodo tales non ſint, a quarum una reliqua pendere noſcatur.

CAPUT II.

*Lucius III. Cantuar. Archiepiſcopo.*

Non ponitur.

QUoniam ex plenitudine poteſtatis &c. & infra. Quærendum ſiquidem decreviſti, de quibus intelligendum ſit perſonis, unam alteri in eccleſiaſticis beneficiis ſuccedere non debere: utrum ſcilicet de ſacerdotibus, & eorum filiis dumtaxat, aut etiam de aliis quibuſcumque perſonis: noveritis [16], quod quo ad beneficia eccleſiaſtica nullum admittendum credimus, niſi ex electione canonica vocatum: ſacerdotum vero filios, & maxime in ſacerdotio genitos his temporibus non ſinit ſuccedere parentibus quarumdam regionum conſuetudo, & in bonis etiam quibuslibet temporalibus ſuccedere prohibet, & canones in eccleſiaſticis multo fortius inhibent, & execrantur: perſonarum vero filios citra ſacros ordines conſtitutarum, ſi tamen eorum merita plurimum ſuffragantur, parentibus ſuis ſuccedere conniventibus oculis toleramus: exemplo namque pernicioſum

(1) *Quod.* (2) Al. deeſt. (3) Al. *ulteriora.* [4] Al. *oppoſita.* (5) Al. *comprobabit.* (6) *Mechar.* (7) *Marien. Emopharien.* (8) Al. *Barnenſes.* (9) Al. *læſerunt.* (10) Al. *Barnenſi.* (11) Al. *ſedis Ap.* (12) *Exinde.* (13) Al. *ſed.* [14] *Tenuerant.* (15) Al. *in ipſis,* al. deeſt *in ipſis.* (16) Al. *noveris etiam.*

UNED

ſum eſt, & grave, talia in eccleſia Dei pullulare, per quæ in (1) laicis ſcandalum generetur.

CAPUT III.

*Clemens III. Caſſian. Archiepiſcopo.*

c. 12. eod. AD hæc ex tua parte auribus noſtris eſt intimatum (2) &c. & infra. Quod a nobis tua fraternitas requiſivit, an a Pontificibus generati valeant ad ſacros ordines promoveri, ſi ſcientia fuerint, & morum honeſtate probabiles, ſciat f. t. quod ſi ex legitimo matrimonio ſunt procreati, nec aliud canonicum obviat, licite poſſunt in ſacris ordinibus ordinari (3), & in eiſdem eccleſiis, in quibus præſunt, vel etiam præfuerunt (4) genitores eorum, beneficium obtinere.

CAPUT IV.

*Clemens III.*

c. 13. eod. MIchael presbyter de Sancto Germano transmiſſa nobis conqueſtione monſtravit, quod cum eccleſiam S. I. de Corona tuæ diœceſis canonice ſit adeptus, N. filius Antonii, qui proximo ante ipſum eccleſiæ habuit perſonatum, ad ſe vicariam ipſius aſſerit pertinere. Quia igitur in eccleſia ſucceſſiones in prælaturis, & dignitatibus eccleſiaſticis canonicis ſtatutis damnantur: f. t. per Apoſtolicam S. m. quatenus veritate diligentius inquiſita, ſi tibi conſtiterit N. ipſum filium fuiſſe Antonii, qui ejuſdem eccleſiæ, ſicut præmiſimus, habuit proximo perſonatum, omni contrad. (5), & ap. ces. ſuper eandem vicariam ſilentium perpetuum imponere non poſtponas.

CAPUT V.

*Clemens III.*

c. 14. eod. LItteras veſtræ dilectionis accepimus, votum latoris præſentium, & ejus originem continentes. Intelleximus ſiquidem, quod in ſacerdotio genitus de uxore legitima natus, & conceptus voto laudabili affectavit a pueritia ſervire, & miniſtrare Domino in officio clericali. Verum quia in filiis paterna incontinentia modis omnibus propellenda dignoſcitur, & propter cautelam presbyterorum filii a ſacris ordinibus juxta ſanctionem canonicam removentur, non expedit, ut ſuper hujuſmodi ita ſupplicantium precibus annuamus; quod videamur aliis impetrandi ſimilia ſpem aliquam facilius impertiri, ſed ut ſuæ poſtulationis affectu, cum ad ſe. Ap. humiliter acceſſerit, ex toto defraudari ſe non doleat; præſenti ſcripto (6) vobis ſignificamus, quod ſi aliter (7) dignus inventus fuerit, permittimus ipſum in clericum ordinari, & in eccleſiaſticum beneficium, unde commode ſuſtentari (8) valeat, promoveri.

TITULUS X.

DE CORPORE VITIATIS.

CAPUT I.

*Clemens III. Varinen. Epiſcopo.*

De corpore vit. cap. 3. EX parte Bartholomæi monachi, & diaconi petitorium fuit noſtro Apoſtolatui præſentatum, quod cum ipſe in cunabulis ſectus fuerit, poſtmodum ſub regula, & Abbate devote Deo militans in diaconatus ordinem eſt promotus: unde ſuppliciter petit facultatem ſibi a ſe. A. indulgeri, ut ſit ei licitum in presbyterum ordinari. Nos vero attendentes, quod ſecundum ſtatuta Nicæni concilii illi ad diaconatus (9) ordinem accedere prohibeantur (10), &, ſi etiam in clero fuerint, ceſſare debent, qui ſe ipſos ſani abſciderunt (11) vel affectaverint, ut ab aliis abſcidantur: non credimus ei aliquod impedimentum afferre, quo minus provehi poſſit, qui in cunabulis ſectus fuerit, quia non videtur hoc eo tempore affectaſſe, quo judicium animi non habebat, præſertim cum canonibus Apoſtolorum ſit manifeſte ſancitum, quod ſi eunuchus ſit per inſidias hominum factus, vel ita natus ſit, aut etiam in perſecutione ſint amputata ei virilia, & dignus ſit, ut fieri Epiſcopus poſſit: cognoſcenti itaque tibi de ſubſtantia veritatis, ſi precibus ejus noveris veritatem ineſſe, & alias dignus inveniatur, maxime cum diu in ordine perſeveraverit monachali, ipſum in presbyterum promovendi licentiam auctoritate præſentium indulgemus.

TITULUS XI.

DE BIGAMIS.

CAPUT I.

*Cæleſtinus III.*

EX litteris tuæ f. accepimus, quod cum præſentium lator V. (12) diaconus a prædeceſſore tuo in eccleſia Controm. fuerit beneficium aſſecutus, nunc in præſentia tua ei bigamiæ crimen obiicitur, ut ſic ipſo beneficio ſpolietur, eo quod diaconus cum puellam quamdam non a parentibus, neque a cognatis traditam, ſed voluntate propria domum ejus intrantem, licet reclamaret, & contradiceret, expellere a ſe non potuit propter nobilitatem, & potentiam cognatorum, ſed oportuit eum per ſex (13) ãnos ei cohabitare invitum, qua mortua, virginem quandam (14) a parentibus, & cognatis more ipſorum (15) quæſitam duxit in uxorem: unde dicebat ſe bigamum non fuiſſe, quia prima uxor non fuit, & beneficio non eſſe privandus, quia anteceſſor tuus Epiſcopus Græco (16) ei beneficium contulit, donec vixit per xv. (17) annorum ſpatium quiete, & pacifice tenuit, & tempore tuo idem triennio in pace poſſedit. Unde f. t. mandamus, quatenus ſi ita verum eſt, ſicut litterarum tuarum tenor Apoſtolatum noſtrum edocuit, beneficium ſupradictum dimittas eum pacifice poſſidere. Non ponitur.

CAPUT II.

*Clemens (18) III. pars c. Quod de his.*

DE bigamis presbyteris, & viduarum maritis idem omnino ſentimus, ut nec viventibus De bigam. cap. 3.



(1) Al. *etiam in*. (2) *Relatum*. (3) Al. *promoveri*. [4] *Præfuerint*. [5] Al. *oc*. (6) Al. *per præſentia ſcripta*. (7) *Alias*. [8] *Suſtineri commode*. [9] Al. *clericatus*. (10) *Prohibentur*. (11) Al. *abſciderint*. (12) Al. *G*. (13) *Septem*. (14) Al. *unam*. (15) Al. *terræ*. [16] Al. *gratis*, al. *Gueto*. (17) Al. *xx*. [18] *Cæleſtinus*.

bus uxoribus, nec defunctis ad divinorum debeant celebrationem admitti, maxime cum doctrinæ ſit Apoſtoli, & inſtitutionibus eccleſiæ alienum.

## TITULUS XII.
## DE OFFICIO, ET POTESTATE JUDICIS DELEGATI.

### CAPUT I.

*Alexander III.*

De offic. & poteſt. jud. deleg. c. 18. CUM te conſulente &c. & infra. Item ſuper cauſa, quæ tibi ex noſtra delegatione committitur, ſi a perſonis eccleſiaſticis uni (1) vel pluribus, quibus, ut parcas laboribus partium, & expenſis, cognitionem ipſius cauſæ, & teſtium examinationem, ſententia tibi reſervata, committas (2), appellatio fuerit interpoſita; hujuſmodi ap. intuitu cauſam ipſam indefinitam relinquere non teneris.

### CAPUT II.

*Lucius III. Novan. Epiſcopo.*

Noſi pouit. Poſt conc. Lat. p. 49. c. 8. QUæſitum eſt a nobis ex parte tua, ſi judex delegatus judici ordinario mandaverit, ut partes citet, vel exequatur ſententiam, an delegato judici teneatur obedire. Cum autem non ſua, ſed delegantis vice fungatur, & cum judici delegato juriſdictio delegatur, intelliguntur omnia delegari, quæ ad juriſdictionem facere videantur; merito poterit delegatus tam ordinarium, quam alium, cui mandaverit, cogere ad faciendum ea, quæ præcepit, & ei, qui obedire contempſerit, pœnam infligere competentem.

### CAPUT III.

*Cæleſtinus III.*

c. 11. eod. PRudentiam tuam &c. & infra. Quinto loco inſuper ſupplicas informari, utrum cum tribus, vel cum pluribus cauſa committitur, ita quod, ſi omnes intereſſe nequiverint, duo nihilominus exequantur, ſi a duobus tantum reus fuerit convocatus, venire neceſſario teneatur; & ſi citatus fuerit a duobus tantum, ſeu a pluribus, & coram duobus apparuerit, tertio, aut ulteriori, nec veniente per ſe, nec [3] per litteras, ut ſolet fieri, excuſante, an duo præſentes in cauſa poſſint procedere, & eam diffinire, & ſententiæ calculo terminare: noſtra autem in hoc caſu (4) talis extitit (5) reſponſio. Quod cum aliquis delegatorum judicum per certum nuntium, vel excuſatorem (6) litteratoria deſtinatum (7), quibus conſtiterit (8) ſe intereſſe non poſſe, vel alias de eodem canonice conſtare non poterit; reſidui procedere ad cauſæ cognitionem non debent, quod (9) ſi proceſſerint, nihil egiſſe reputabuntur. Illa quippe fuit antiqua Ap. ſedis proviſio, ut hujuſmodi cauſæ (10) cognitiones, duobus, quam uni, tribus, quam duobus libentius delegaret, cum ſicut ſancti canones atteſtantur, integrum ſit judicium, quod plurimorum ſententiis confirmatur; mandati ſiquidem fines excedere probaretur, ſi quis contra (11) formam reſcripti accepti præſumeret judicare. Adiicimus etiam, quod, ubi fuerit in commiſſione appoſitum, ut ſi omnes intereſſe nequiverint, duo ea nihilominus exequantur, & ſi (12) aliquis ex ipſis, cum poſſit, noluerit intereſſe, duo nihilominus procedant in cauſa, licet ille tertius graviſſime ſit arguendus, pro eo quod mandatum Apoſtolicum (13) exequi ſubterfugiat, aut contemnat. Idem quoque per omnia dicimus obſervandum, ubi cauſa committitur duobus eo appoſito, ut ſi ambo intereſſe nequiverint, alter nihilominus exequatur. Sexta (14) nobis propoſita ex parte tua continebat quæſtio, quod cum aliquibus judicibus cauſa committitur, etiam quandoque contingit, quod reus actori obiicit, quod ſtare non poteſt in judicio, utpote vinculo excommunicationis adſtrictus, ſi reus non velit ſtatim eum probare excommunicatum, ſive non poſſit, an actor nihilominus debeat audiri, donec ſuper eo, quod obiicitur, rei veritas patefacta fuerit, & enodata (15): hanc igitur dubitationem taliter amovemus: quod ſi ille, qui tale quid obiicit, ſtatim, ut (16) infra terminum competentem non probaverit legitime, quod intendit, actor permitti debeat (17), ut ſine offendiculo quolibet audiatur. Ceterum, ſi vel ex confeſſione actoris, vel alio quolibet modo legitime (18) conſtiterit, actorem eſſe vinculo excommunicationis adſtrictum, a judicibus delegatis legitime ſecundum formam eccleſiæ valet abſolvi. Ita ut ſi propter aliam juſtam cauſam, & evidentem ab ordinario judice, vel a delegato fuerit excommunicatus, ad excommunicatorem mitti debeat (19) abſolvendus; qui ſi malitiam adhibuerit, delegati judices id ritu eccleſiaſtico libere proſequantur, dummodo non ſit tale genus excommunicationis illius criminis, cujus dumtaxat abſolutio ſedi Apoſtolicæ reſervatur: explorati quidem juris exiſtit, ut delegatis judicibus, quibus principale, & acceſſorium committatur. Si vero ab illis (20) judicibus fuerit abſolutus, præſtito ſcilicet juramento, quod ſtabit mandato eccleſiæ, rurſus interrogas edoceri, an coram illis delegatis judicibus vel coram ordinario, a quo eſt excommunicatus, teneatur ſuper eadem cauſa, pro qua fuerit (21) excommunicationis vinculo innodatus, reſpondere, & quorum debeat ſtare judicio, vel mandato. In quo ſi quidem caſu taliter reſpondemus: quod coram ipſis excommunicatoribus ſuper illa cauſa, pro qua excommunicatus fuerit (22), ſtare debeat, & eorum ſervare mandatum, niſi ſpecialiter fuerit illud negotium a S. Ap. aliis delegatum. Quod ſi excommunicatores malitioſe diſtulerint, tunc delegati eandem juriſdictionem, quam in principali, & in acceſſorio exercebunt.

TI-

[1] Al. *una*, al. *unauni.* [2] Al. *committis.* [3] *Vel.* [4] Al. *in hac cauſa.* [5] Al. *exiſtit.* (6) Al. *excuſationem.* (7) Al. *deſtinatam.* (8) Al. *oſtenderit.* (9) Al. *qui.* (10) Al. *cauſarum.* (11) Al. *citra.* (12) *Si.* (13) Al. *Ap. ſe.* (14) *Sexto.* [15] Al. *patefacte fu. en.* (16) Al. *ubi.* (17) Al. *debet.* (18) *Legitimo.* (19) Al. *debet.* (20) Al. *aliis.* (21) Al. *fuit.* (22) Al. *fuit.*

## TITULUS XIII.
## DE OFFICIO LEGATI.
### CAPUT I.
*Cæleſtinus III. magiſtro Columbo.*

De off. leg. cap. 3. STuduiſti a nobis quærere, utrum de cauſa, quam alicui delegamus, alius, qui ſit generalis in provincia legatus, vel ante cognitionem, vel poſtea valeat cognoſcere, & commiſſionis noſtræ proceſſum, quem judici delegato tranſmittimus, valeat taliter impedire. Hanc itaque dubitationem de animo tuo amputare volentes reſpondemus, quod cum mandatum ſpeciale deroget generali, legatus commiſſionem alii, vel aliis factam ſpecialiter non debet, nec poteſt impedire, ubi etiam ſi ſecundum formam expreſſam noſtri mandati ſententia fuerit promulgata, non poterit ipſe legatus, niſi ſuper hoc mandatum ſpeciale receperit, eam quolibet modo irritare, ipſam tamen, ſi rationabiter lata fuerit, confirmare valeat, & executioni mandare.

## TITULUS XIV.
## DE OFFICIO JUDICIS ORDINARII.
### CAPUT I.
*Lucius III. Cant. Archiepiſcopo.*

Non ponit. CUM te conſulente poſtulas edoceri, utrum ad te pertineat ſententia in cauſis, quas judices in tua provincia delegati a nobis protulerint, confirmare, licet de cauſis nihil in tua præſentia ſit tractatum. Conſultationi tuæ taliter reſpondemus, quod ſententiam ipſam, niſi velis, non teneris confirmare, ſed id tibi ex officii debito noveris imminere, ut ſi ad mandatum eorumdem judicum ſententia non poſſit executioni mandari, eis præſtes auxilium, & favorem; & ipſam etiam ſi noveris rationabiliter latam, poteris confirmare.

### CAPUT II.
*Cæleſtinus III.*

De off. jud. del. c. 6. SIgnificavit nobis tua f. quod quidam de parochianis tuis, cum pro illicita conſanguinitatis, vel affinitatis copula excommunicatione notantur, ad judices remotiores ab Apoſtolica ſede litteras impetrarunt [1] commiſſionis, per quas cum ab excommunicatione fuerint abſoluti, quia dicti delegati ad locum, ubi teſtes conſanguinitatis, vel affinitatis produci valeant, non accedunt [2], aut aliquos pro eorum receptione tranſmittunt [3], in prænominata nefariæ conjunctionis copula remanent, & cauſa debitum non ſortiatur [4] effectum. Unde poſtulaſti a nobis, quid tibi ſit in tali articulo faciendum, cum itaque dolus ſuus alicui patrocinari non debeat, nec etiam pro malitia, vel deſidia [5] judicis delegati debeat quis ad remanendum in copula conjunctionis iniquæ ſuffragium invenire: t. f. tale damus in hac conſultatione reſponſum: quod quotiens ea, quæ prædiximus in tua diœceſi evenire contingat (6 licite potes, taliter abſolutos in priſtinam excommunicationis ſententiam revocare; ipſoſque tamdiu eadem ſententia tenere ligatos, donec cauſa in receptione teſtium, & in aliis legitimum incipiat habere progreſſum, vel aliud exinde ſuſcipias ab Apoſtolica ſede mandatum.

## TITULUS XV.
## DE MAJORITATE, ET OBEDIENTIA.
### CAPUT I.
*Cæleſtinus III. pars c. Si mandatis.*

SAne dilecto filio noſtro Jordano tituli S. Prudentianæ presbytero Cardinali tunc Ap. ſe. legato viva voce meminimus, ac litteris injunxiſſe, ut dilectum f. n. Hug. Lem. ſubdiac. qui eccleſiæ veſtræ a primo pueritiæ flore ſervivit, contradict. & ap. re. canonicum in Pictavien. eccleſia inſtituere procuraret; qui mandatis noſtris obtemperans, ut decuit, in hac parte, uſque adeo in negotio ipſo proceſſit, quod eundem Hug. auctoritate noſtra, & ſua in canonicum eccleſiæ ejuſdem inſtituit (7 ſub pœna officii, & beneficii vobis injungens, ut ipſum plenarie in canonicum veſtrum admittetis, & fratrem. Vos autem nec nobis, nec ipſi Cardinali reverentiam exhibentes, quod in litteris ſuis de jam dicto Hug. idem Cardinalis vobis injunxit, adimplere minime curaviſtis, nec etiam ipſius ſuſpenſionem in aliquo obſervare: ſed poſtmodum idem Hug. quorundam veſtrum ductus conſilio litteras ſuas vobis reddens veſtræ miſericordiæ ſe ſubjecit, qui cum crederet apud vos miſericordiam impetrare, vobis ſatisfaciens in hac parte, inde damnum cogitur ſuſtinere, unde gratiam, & præmium debuit reportare. Nolentes igitur, quod de ſæpedicto Hug. tam a prædeceſſoribus noſtris, quam a nobis inchoatum eſt, aliquatenus relinquere imperfectum, univerſitati veſtræ per A. s. in virtute obedientiæ diſtricte præcipiendo mandamus, quatenus eundem. H. non obſtante eo, quod cum litteris ſuis veſtræ miſericordiæ ſe ſubjecit, infra xx. dies poſt ſuſceptionem præſentium dilatione, cont. & ap. re. juxta eccleſiæ conſuetudinem in fratrem, & canonicum integre, ac plenarie admittatis, & eidem in choro ſtallum, & in capitulo locum aſſignantes, ipſum curetis de cetero fraterna charitate tractare. Alioquin noveritis nos ve. fratri noſtro Archiepiſcopo, & dilectis filiis canonico (8) Brudegant. & Sanctonen. decano diſtrictius mandaviſſe, ut auctoritate noſtra freti, dilatione, & contrad. & ap. ſepoſita id plenarie exequantur, contradictores diſtrictione eccleſiaſtica percellentes, & ad ſedem Ap. ab officio, & beneficio ſuſpenſos, de inobedientia reſponſuros, & de ſuſpenſione prædicta nullatenus obſervata tranſmittere non poſtponant, ut ibi pœna docente addiſcant, quam periculoſum, & indignum ſit mandatis Apoſtolicis obviare, nullis literis obſtantibus harum tenore tacito a ſede Apoſtolica impetratis.

Marginal notes: De ren. c. 7. — Non ponitur.

Zz 2 TI-

(1) *Impetrarant.* (2) *Accedant.* [3] *Tranſmittant.* (4) *Sortitur.* (5) Al. *per malitiam, vel deſidiam.* (6) Al. *continget.* [7] Al. *inveſtivit.* (8) Al. *decano.*

UNED

## TITULUS XVI.
## DE TRANSACTIONIBUS.
### CAPUT I.
*Alexander III.*

De tranſact. c. 7. SUper eo, quod quæſiviſti, utrum de eccleſiaſtico beneficio in litigium deducto poſſit fieri tranſactio, tale damus, ſicut jam pridem, ſi bene meminimus, alii non abſimile dedimus reſponſum, quoniam ſecundum formam a canonibus in aliiş tranſactionibus adſcriptam ſuper re ſacra, vel religioſa (1) tranſigi minime poteſt; etenim res ſacræ ut poſſideantur, aliquo dato, vel retento, vel promiſſo, ſpeciem habere credimus ſimoniæ, alias autem gratis, & amicabiliter inter ſe litigantes componere ſacris canonibus nequaquam dicimus obviare.

### CAPUT II.
*Alexander III.*

Non ponitur. VEniens ad præſentiam noſtram G. clericus de Nobil. lator præſentium ſua nobis conqueſtione monſtravit, quod cum eccleſiam de Frag. (2) quam canonice adeptus fuerat, aliquandiu pacifice poſſediſſet, ea poſtmodum per Philippum militem de Columbis aſque ordine judiciario violenter eſt ſpoliatus, quam monachi de ſancto Frimundo minus licite detinent occupatam: ſuper qua re cum prædictus G. a præfatis monachis coram Hereforden. Epiſcopo, & priore Rivalen. de mandato Apoſtolico traheretur in cauſam, prædictus G. doloſe circumventus prædictam eccleſiam pecuniæ interventu abjuravit: quoniam igitur hujuſmodi tranſactiones illicitæ ſpeciem obtinent ſimoniæ: diſ. v. per A. s. m. qua. inquiſita diligentius veritate, ſi vobis ita eſſe conſtiterit, prædictum G. ab illicito (3) juramento abſolventes, memoratam eccleſiam cum fructibus inde perceptis, amoto quolibet illicito detentore contra. & ap. ceſ. ſibi reſtitui faciatis.

### CAPUT III.
*Alexander III. Abbati de Stanfort, & priori de Eſbili (4).*

c. 8. eod. VEniens ad Apoſtolicæ Sedis clementiam dilectus f. noſter magiſter W. de Flavilla, ſua nobis inſinuatione monſtravit, quod monachi majoris monaſterii terras in parochia ſanctæ Mariæ de Martinon. (5) excolant, & ab eadem eccleſia coloni eorum omnia eccleſiaſtica tam neceſſaria, quam voluntaria ſuſcipiunt ſacramenta, & tamen eidem eccleſiæ ſuas a canonibus ſacris conſtitutas decimas contradicunt ſolvere. Sed de frugibus tertiam partem ſolvunt ei, & duas ſibi retinere præſumunt; de reliquis autem minutis decimis, utpote nutrimentis animalium, & fructibus ortorum nil penitus præſtare non erubeſcunt; arbitrantur autem ob hoc ſeſe tueri cujuſdam tranſactionis pactione inter præfatos monachos, & quendam ſacerdotem memorati W. prædeceſſorem facta, ita videlicet, quod de duabus carruatis * terræ, quas in dominio ſuo monachi tenent, tertiam dumtaxat partem decimarum exſolvere debeant; reliquas ſibi retinendo, quo fit, ut inde occaſionem ſumentes malignandi, prædia ex agricolar. defectu ad eos devoluta, monachi in ſuum magis aſtute, quam provide dominium convertant (6); & quattuor, vel forte plures carruatas duabus aggregant, non tamen aliter decimas præſtantes de illis, quam prius de duabus præſtitiſſent, cum ſecundum compoſitionis tenorem, integras de illis decimationes ſolvere tenerentur. Quoniam igitur nos convenit eccleſiis providere, ne ſua debeant jura cuilibet (7) deperire: f. v. per A. s. mandamus, quatenus, cum exinde fueritis requiſiti, utraque parte ante præſentiam veſtram convocata, rei veritatem diligentius inquiratis, & niſi privilegium Apoſtolicæ ſedis ſibi ſuper hoc indultum coram vobis præfati monachi palam produxerint, vel niſi tranſactionem præſcriptam Apoſtolica auctoritate confirmatam eſſe docuerint, cum alioquin inter perſonas potius, quam inter eccleſias facta videatur, ne * pacta inter alios acta aliis obeſſe patiamur, omni dilatione, & ap. re. præfatos monachos, & agricolas decimationes ex quibuslibet rebus devenientes ex integro abſque deminutione eccleſiæ S. Mariæ de Marturen. jugi præſtatione ſingulis annis præſtare, & eorum, quæ (8) illicite detinuerint, juſtam æſtimationem reſtituere cum omni diſtrictione compellatis. Quod ſi diſcretioni veſtræ, ſecundum ea, quæ proponuntur nobis (9), in judicio viſum fuerit, præfatos monachos, non niſi ad tertiæ partis decimationum præſtationem, ſecundum juſtitiam urgeri poſſe; tunc omnium eorum, quæ canones decimanda decreverint, ap. re. ſæpe dictos monachos tertiam partem eccleſiæ jam dictæ auctoritate Ap. decimas præſtare cogatis.

* *carrucatis.*

* *nec.*

### CAPUT IV.
*Lucius III. Orin.* (10) *Epiſcopo, pars c. Tua nos.* c. 9. eod.

PRæterea quando inter laicos, & viros religioſos de præſentatione alicujus eccleſiæ quæſtione ſuborta tranſigitur inter eos, ita quod præſentationem laicus obtineat, religioſi vero nonam, vel majorem percipiant (11) portionem, in qua prius nullam, vel minorem habere conſueverant (12); an hujuſmodi tranſactio teneat, quæſiviſti. Cum igitur ipſa pactio ſimoniaca merito videatur, de jure non tenet, nec ex ea religioſi ullum commodum debent invenire.

### CAPUT V.
*Cæleſtinus III. pars cap. Bonæ memoriæ.*

c. 10. eod. PRæterea quarto loco talis quæſtio acceſſit: quod [13] quædā cællula (14) eximi voluit a ſubjectione, qua matrici domui tenebatur. Cumque cauſa debito marte percurreret, fratres illius cællulæ ſe confitentes illi domui quondam fuiſſe ſubjectos, referebant, quæſtionem olim de hac ſubjectione fuiſſe motam; & tranſactione ſopitam, videlicet eatenus, ut quiddam deter-

(1) Al. *litigioſa.* (2) Al. *Frang.* [3] Al. *a prædicto.* (4) Al. *Eſebi.* [5] *Martoron.* (6) *Convertunt.* (7) *Alicui.* (8) Al. *earum, quas.* [9] *Vobis.* (10) Al. *Orien.* (11) *Recipiant.* [12] Al. *ſolebant.* (13) Al. deeſt. (14) *Cælla.*

terminatum annuatim eccleſiæ matrici reddendo, fratres memoratæ cællulæ (1) penitus eſſent a ſubjectione principalis domus exempti. Ceterum ex adverſo prior majoris domus duo pariter allegabat, unum ſcilicet, quod ex quo confeſſi fuerant ſe dudum illi domui ſubjectos fuiſſe, & non ante tranſactionem illam (2) exemptos conſtabat, illos (3) fuiſſe rebelles, eo ipſo, quod ante tranſactionem, & exemptionem ſe contendebant ab eadem (4) juriſdictione fuiſſe (5) ſubtractos, nec tranſactio ſubſequens eos poterat a tanto crimine inobedientiæ relaxare. Alterum quoque prior conſequenter pro majori eccleſia proponebat; quod de ſpirituali ſubjectione contra votum profeſſionis tranſigere non licebat: noſtra vero in his hujuſmodi reddit ſollicitudo reſponſum; quod ex prædicta fratrum de cælla confeſſione contra eos ſententia procedere (6) debeat, præſertim cum illa tranſactio, licet nobis de illo quod cælla determinate prædictæ domui reddere (7) tenebatur, clare conſtare nequiverit, iniquitatem continuiſſe putetur.

## TITULUS XVII.
## DE OFFICIO ADVOCATORUM.
### CAPUT I.

*Cæleſtinus III. univerſis judicibus Beneventanis.*

Non ponit. UT in civitate veſtra deminui poſſit, & attenuari materia jurgiorum, & judiciorum integritas reſervetur, ad commune commodum ipſius civitatis, id duximus ſtatuendum. Sancimus igitur, & præſenti pagina prohibemus, ne quis veſtrum advocatus eſſe præſumat niſi in propria cauſa, vel fortaſſe ſi alicui eccleſiæ, vel pro alicujus munificentiæ debito ad impendendum patrocinium fuerit obligatus.

## TITULUS XVIII.
## DE PROCURATORIBUS.
### CAPUT I.

*Alexander III.*

De procur. cap. 2. QUerellam A. clerici accepimus, quod cum ven. f. n. Wigorn. Epiſcopus cauſam, quæ inter ipſum, & Salesbirien. [8] Epiſcopum ſuper eccleſia de Bribec (9) de mandato noſtro ſuſcepiſſet fine debito terminandam; tandem quia idem clericus termino conſtituto ſuã ei (10) præſentiam exhibere non potuit, pro eo quod erat infirmitate detentus, ſicut per quendam presbyterum, & diaconum, quos ad præſentiam ipſius Epiſcopi miſerat, paratus erat probare eundem A. in reſtitutione expenſarum, quas R. Lexion. (11) Archidiaconus pro cauſa ipſa ad diem ipſum tunc veniendo [12] fecerat, condemnavit. Man. itaque dis. v. atque præcipimus, quatenus, ſi præfatus Epiſcopus eundem A. juxta mandatum noſtrum (13) a præſcripta ſententia non abſolverit; vos rei veritate diligentius inquiſita, ſi conſtiterit vobis, quod prædictus Epiſcopus præfatum A. in reſtitutionem ipſarum expenſarum, pro alia nulla rationabili cauſa condemnaverit, niſi pro eo tantum, quod termino conſtituto ad ejus præſentiam non acceſſit infirmitate detentus; cum non poſſit quis cogi, niſi velit, in gravibus cauſis procuratorem conſtituere, & cum ipſe ad probandum infirmitatem ſuam presbyterum, & diaconem deſtinaverit (14), auctoritate noſtra ſub ap. re. ab eadem ſententia abſolvere eum minime differatis.

### CAPUT II.

*Clemens III.*

Non ponit. SI matrimonii cauſa poſſit per procuratorem expediri, nos tua duxit prudentia conſulendos. Hic autem decernimus (15) diſtinguendum, quod ſi in ipſa (16) cauſa matrimoniali criminaliter quæſtio ventilatur (17), & ob eandem ab adverſa parte criminaliter ſit agendum, non per interpoſitam perſonam, ſed per ipſam perſonam principalem, cauſam matrimonii terminari oportet; cum ſicut jura teſtantur, præſens præſentem accuſare debet (18), & ſe talionis vinculo obligare: ſecus autem in cauſa matrimoniali, in qua non criminaliter agitur, credimus procedendum; ſecurius tamen ageretur, ſi cum haberi poſſit principalium præſentia perſonarum, ipſis præſentibus in utroque ad diffinitionis calculum procedatur.

### CAPUT III.

*Clemens III.*

cap. 3. e. EX inſinuatione dilecti filii I. [19] Archidiaconi Sang. [20] accepimus, quod cum inter ipſum, & magiſtrum W. de Sang. ſuper quadam præbenda Lexon. eccleſiæ, quæ de Pomeria dicitur, controverſia mota fuiſſet, eidem magiſtro propter hoc ad ſedem Ap. accedenti G. de Tortona procuratorem ipſius Archidiaconi ſe gerens ad illam cauſam conſtitutum cum quibuſdam litteris de ratihabitione, prout dicebat, ſe oppoſuit: cum autem aliquantulum in cauſæ cognitione proceſſum fuiſſet, licet prædicto G. ab eodem Archidiacono duobus clericis præſentibus, & aſſiſtentibus expreſſe fuiſſet inhibitum, ne cauſæ cognitionem ſuſciperet, & ne ad judicium ſuſcipiendum in jure ſuis litteris uteretur; ipſe nihilominus in ipſa cauſa procedens ſententiam, ſicut dicitur, contrariam reportavit. Ceterum quia alter de prædictis clericis dicitur obiiſſe; nos autẽ (21) attendentes, quod idem G. contra ipſius Archidiaconi prohibitionem in ſuſcipiendo judicio ipſius cauſæ procedere non debuerit: dis. v. per A. s. mandamus, quatenus, ſi ſicut ratio dictat, per ipſius Archid. & ſuperſtitis illius clerici juramentum conſtiterit eundem Archidiaconum expreſſe prohibuiſſe, ne dictus procurator illius controverſiæ diffinitionem ſuſciperet, & ne in jure ad ſuſcipiendum judicium ſuis litteris de ratihabitione aliquatenus uteretur, ſententia contra eum lata nequaquam obſtante, jam dictæ præbendæ poſſeſſionem cum fructibus inde perceptis, a quocumque detineatur, eidem Archidiacono ſub. contr. & ap.

[1] *Cællæ.* (2) Al. *illos.* (3) Al. *eos.* (4) Al. *ejuſdem.* (5) *Eſſe.* [6] *Proferri ſententiam.* (7 Al. *ſolvere.* 8 Al. *Salebilien.* (9) Al. *Bibet.* (10) Al. deeſt *ei.* [11] *Lexon.* (12 *Conveniendo.* (13) Al. *veſtrum.* [14] *Deſtinavit.* (15) *Decrevimus.* (16) Deeſt *ipſa*, al. [17] Al. *vertebatur.* (18) Al. *debeat.* (19) Al. *R.* [20] Al. *Angn.* (21) Al. *tamen.*

& ap. ob. ſi ejus reſtitutioni aliud canonicum non obſiſtit, auctoritate noſtra reſtitui faciatis, reſtitutione vero facta ſi Archidiaconus ipſe ſuam inſtitutionem canonicam probare potuerit, ipſam ratam, & inviolabilem permanere, ſicut juſtum fuerit, ap. poſt. decernatis.

## TITULUS XIX.
## DE HIS, QUÆ METUS CAUSA FIUNT (1).
### CAPUT I.
*Clemens III.*

De his, quod vi, cap. 3. AD aures noſtras te ſignificante pervenit, quod electus quidam in plebanum eccleſiæ cujuſdam, quæ ad tuam diſpoſitionem pertinet, ad terrorem laicorum renuntiavit electioni, quæ fuerat a clericis, uno excepto, unanimiter celebrata. Is autem (2), qui diſſenſit, ante electionem ad ſedem Ap. appellationis vocem emiſit. Ideoque conſulere voluiſti, ſi renuntiatio facta ad terrorem laicorum impediat, quo minus ad regimen prædictæ eccleſiæ, is, qui prius fuerat electus, aſſumi debeat, & ſi ejus appellatio valeat, qui ſe non electurum juravit, &, ne alii eligerent, appellavit. Tuæ igitur diſcretioni litteris præſentibus innoteſcat, quod renuntiatio facta in manu laicorum ad ipſorum terrorem, niſi forte juramento, vel fide interpoſita ſit confirmata, non impedit, quo minus is, qui renuntiavit (3) eccleſiæ, ad cujus regimen prius electus fuerat, præficiatur; pro contradictione autem, vel appellatione ejus, qui ſe non electurum publice confeſſus eſt juraſſe, non eſt electio ab aliis celebrata canonice irritanda.

## TITULUS XX.
## DE ARBITRIS.
### CAPUT I.
*Alexander III. Eboracen. Archiepiſcopo.*

De arb. c. 2. NON ſine multa neceſſitate, & diſcrimine corporis ſui A. presbyter præſentium lator ad ſe. Ap. fatigatus multiplici nobis querela propoſuit, quod cum in eccleſia ſancti Alfidi de N. (4) per manum R. Archidiaconi, & canonici de Suelle perſonæ ipſius eccleſiæ capellanus inſtitutus fuiſſet, & eodem R. mortuo M. nepos ejus, qui ſibi in jam dicta eccleſia ſucceſſit, eundem presbyterum ad majorem ſecuritatem capellanum iterum ordinavit, quorum temporibus xxx. annis, & ultra capellaniam ejus eccleſiæ pacifice ſe aſſerit tenuiſſe: tandem vero idem M. volens ab eadem eccleſia ipſum presbyterum removere, in eum cœpit exactiones indebitas exercere, & quidam homo ejus circa domum ſuam egreſſus, violentas manus in eum injecit, & ipſe idem M. viſus eſt eum circumvenire, ut pro v. marchis argenti, quas idem M. ei promittebat, ſe annuatim nomine penſionis ſoluturum, præſcriptæ capellaniæ (5) cedere non differret; præfato vero presbytero nolente ejus exequi voluntatem, prædictus M. tantum dicitur feciſſe, quod poſt multas injurias, & gravamina ſibi illata, occupatis omnibus aliis rebus, ab officio, & beneficio eſt ſpoliatus: cum autem idem presbyter per te adhuc extra provinciam tuam exulans de ſuo beneficio non poſſet juſtitiam obtinere, tandemque (6) ſicut aſſerit, multis neceſſitatibus artabatur, nec ſuam inopiam potuit ulterius ſuſtinere; per dolum, & fraudem ipſius M. ab eo ſacramentum eſt extortum, ut arbitrium clericorum tuorum exinde ſuſciperet, & ſervaret. Idem vero clerici voluntatem ejus aſſecuti, & jam dicto M. faventes, eidem presbytero præceperunt, ut v. marchas ab eodem tantum ſuſciperet, & toti cederet quæſtioni. Quoniam igitur te non decet aliquatenus ſuſtinere, ut quod perperam arbitrati ſunt, debeat incorrectum relinqui: f. t. per A. s. m. quatenus præfatos clericos moneas ſtudioſius, & inducas, ut ſi cognoverint, ſe in hac parte tam nequiter arbitratos fuiſſe, jam dictum presbyterum ab obſervantia juramenti auctoritate noſtra prorſus abſolvas; aut ſi arbitrium ipſum in juſtitia noveris, & veritate obnoxium [7], utramque partem ap. re. ſtare arbitrio compellas.

### CAPUT II.
*Alexander III. Epiſcopo Exon.*

PErvenit ad nos, quod cum W. (8) clericus de Caleſtin in minori eſſet ætate conſtitutus, G. (9) de Cal. ſororē ejuſdem W. [10] duxit in uxorem, & fidei interpoſitione firmavit, quod v. ſol. ſterlingorum ei annuatim donaret. Unde cum poſtea ſuper eiſdem v. ſol. inter ipſum clericum, & jam dictum G. controverſia mota fuiſſet, in quattuor perſonis compromiſerunt, quæ utique inter ſe taliter arbitratæ ſunt, quod præfatus G. decimas proprias, & ruſticorum ſuorum, quas (11) in parochia de Cal. habere dignoſcitur, pro v. ſolidis prætaxatis ſingulis annis perciperet. Unde quoniam hujuſmodi arbitrium eccleſiæ jam dicti loci poſſet in poſterum pernicioſum exiſtere, nec memoratus W. (12) aut perſonæ illæ, in quibus compromiſſum fuerat, id ullatenus in eccleſiæ damnum facere debuiſſent: f. t. per Ap. s. m. quat. rei veritatem diligenter inquiras, & ſi ita eſſe inveneris, prænominatum G. diligenter admoneas, & eccleſiaſtica diſtrictione compellas, ut eccleſiæ, cujus eſt parochianus, prælibatas decimas omni occaſione, & ap. re. liberas prorſus dimittat: nec ſibi aliquid ulterius vindicare præſumat. Clericum vero ſupradictum moneas, ut cum eodem G. amicabiliter, pacificeque ſtudeat convenire. c. 3. eod.

LI-

(1) Al. *Quod ut metuſve cauſa factum eſt.* (2) Al. *vero.* (3) *Renuntiaverit.*
[4] Al. *Alſfridi de N.* (5 *Eccleſiæ.* [6] Al. *quia.* (7) Al. *ſubnixum.* [8] Al. G.
(9) Al. *W.* (10) Al. *G.* (11) Al. *quos.* (12) Al. *G.*

# LIBER SECUNDUS.

## TITULUS I.
## DE JUDICIIS.
### CAPUT I.
*Clemens III. clero Conſtantinopolitano.*

De inſtitut. c. 4.

AUctoritate Apoſtolicæ ſedis, debitoque officii noſtri compellimur, viros eccleſiaſticos oculo benigniori proſpicere, eiſque, ne graventur moleſtiis, paſtorali ſollicitudine providere: hac itaque ratione inducti auctoritate Ap. prohibemus, ne aliquis veſtrum a quocumque in civili, vel criminali negotio * impetatur, nec per ſæcularem perſonam carceri, aut vinculis, niſi ab Archiepiſcopo ſuo ejectus fuerit ex (1) ordine clericali, aliquatenus mancipetur, nec abſque rationabili, & manifeſta cauſa in officio ſuo, vel jure ſuo gravamen ab aliquo patiatur. Prohibemus etiam, ne vicarius Regis, ſeu quæcumque perſona vicem ſæcularis poteſtatis gerens vobis in domibus, aut aliis rebus veſtris injuriam præſumat inferre; ſed tam in his, quam in aliis privilegia vobis a Regibus vel Archiepiſcopis pia conſideratione conceſſa, inviolata volumus conſervari: ſtatuimus inſuper, ut nullus in eccleſiis veſtris ultra, quam facultates earum eccleſiarum ſuſtineant, vobis inſtituatur invitis.

* *niſi in Foro Eccleſiaſtico*, addit Cujac.

### CAPUT II.
*Alexander III. Abbati de Eveſham.* (2)

De judic. c. 9.

CAuſam, quæ vertitur inter fratres Dulmon. monaſterii, & monachos ſancti Albani ſuper eccleſia de * N. audiatis, & ap. re. terminetis. Illud inter cetera ſpecialiter providuri, ut fratres Dulmon. eccleſiæ cum auctoritate, & aſſenſu Epiſcopi cauſam aggrediantur, ne ſi fratres ſancti Albani obtineant, Epiſcopus Dulmon. ſe Abbatem eccleſiæ proponens, litem ſopitam valeat ſuſcitare.

* *de Cantinz.*

### CAPUT III.
*Cæleſtinus III.*

cap. 10. e.

CUM non ab homine & infra. A nobis itaque fuit ex parte tua quæſitum, utrum liceat Regi, vel alicui ſæculari perſonæ judicare clericos cujuſcumque ordinis, ſive in furto, ſive in homicidio, vel perjurio, ſeu quibuſcumque fuerint criminibus depreheñſi: in prima ergo conſultatione taliter reſpondemus, quod ſi clericus in quocumque ordine conſtitutus in furto, vel homicidio, vel perjurio, ſeu alio mortali crimine legitime fuerit deprehenſus, atque convictus, ab eccleſiaſtico judice deponendus eſt: qui ſi depoſitus incorrigibilis fuerit, excommunicari debet; deinde contumacia creſcente, anathematis mucrone percuti [3]; poſtmodum vero ſi in profundum malorum veniens contempſerit, cum eccleſia non habeat ultra, quid faciat, & ne poſſit ultra eſſe perditio plurimorum, per ſæcularem comprimendus eſt poteſtatem: ita quod ei deputetur exilium vel alia pœna legitima inferatur.

### CAPUT IV.
*Cæleſtinus III. Wint. Epiſcopo, & Abbati S. Albani.*

QUia W. (4) qui violenter dicebatur eccleſiam ingreſſus eſſe, defunctus eſt, ut accepimus, & R. eam eſt ingreſſus; præcipimus, ut ſecundum formam litterarum inter ipſum R. & P. mediante ratione cauſa terminetur, ſicut inter eundem P. & præfatum W. [5] ſi viveret, judicaretur. c. 11. eod.

## TITULUS II.
## DE FORO COMPETENTI.
### CAPUT I.
*Alexander III.*

LIcet univerſis &c. Perlatum eſt ad audientiam noſtram, quod Judæi in civitate veſtra morantes (6 ad tantam devenerint ſuperbiam, & elationem; quod ſi quando inter eos, & quemlibet clericum, ſeu inter vos, & ipſos cauſa emerſerit, vox ad ſæcularem judicem trahunt, & coram quocumque judice vobiſcum litigant, & per ſimplicem chartam abſque teſtibus vel per unum qualemcumque (7) Chriſtianum, vel (8) Judæum, contra omnem juſtitiam, & rationem, cauſam probare contendunt, & adverſum ſe etiam magnorum, & probatorum virorum non recipiunt teſtimonium. Quia vero non eſt licitum alicui Chriſtiano, multo minus crucis Chriſti inimico, ut ſcilicet eccleſiaſticos viros ad ſæcularem curiam trahant, & cauſæ ſuæ unius tantum quamvis [9] legitimo teſtimonio, finem imponant. Diſcretioni v. m. qua. ſi inter vos, & quoſcumque Chriſtianos, ſive Judæos cauſa emerſerit, pro nullius vocatione ad ſæcularem curiam, ut ibi de negotio tractetis, ad judicem ullum accedere præſumatis: ſed ſicut exigit juſtitia, & æquitatis ratio poſtulat, in qualibet cauſa Chriſtiani, & maxime clerici ad minus niſi teſtimonium duorum, vel trium virorum, qui ſint probatæ vitæ, & fidei, vel converſationis, non admittatis juxta illud dominicum: *in ore duorum, vel trium teſtium ſtat omne verbum.* Quia licet quædam ſint cauſæ, quæ plures, quam duos exigant teſtes, nulla eſt tamen, quæ unius teſtimonio tantum, quamvis legitimo terminetur.

De teſtib. cap. 13.

### CAPUT II.
*Alexander III.*

EX tranſmiſſa nobis inſinuatione G. B. & W. (10) militum eccleſiæ intelleximus, quod cum R. de Caſivil. eos ſuper quadam poſſeſſione anteven. f. n. Trecen. Epiſcopum traxit in cauſam, nobilis vir de Capis eorum dominus ſub debito fidelitatis eis inhibuit, ne in judicio eccleſiaſtico de ſæculari feudo reſponderent. Itaque præfatus Epiſcopus in eos velut in contumaces excommunicationis ſententiam promulgavit, &c. & infra. Deinde (11) per dominum feudi cauſam jubeas terminari, & ſi ipſe aliquid malitio-

De foro comp. c. 6.

(1) Al. *ab.* [2] Al. *Euſham.* (3) Al. *feriri.* (4) Al. *V.* (5) Al. *V.* (6) Al. *commorantes.* (7) *Quamlibet*, al. *quemlibet.* (8) Al. *ſive.* (9) Al. *quaſi.* (10) Al. *V.* (11) Al. *Demum.*

tioſe diſtulerit, tu ei ſub. ap. ob. debitum finem imponas.

CAPUT III.

*Alexander III.*

c. 7. eod. VErum quoniam de quibuſdam feudis adverſus eundem Præpoſitum quæſtionem moverunt, ſtatuimus, ut ex quo Epiſcopus fuerit in eadem eccleſia conſecratus, qui plenam auctoritatem habeat, & poteſtatem, de feudis ipſis ſi ad eccleſiaſticam cognitionem pertineant, ſuo ſub judicio cognoſcantur, alioquin ipſa quæſtio ab imperiali beneplacito, ſicut juſtum fuerit, terminetur.

CAPUT IV.

*Lucius III.*

c. 8. eod. CUM ſit generale, ut (1) actor forum rei ſequatur, conveniens eſt, ut prius raptores apud judices ſæculares conveniantur, ſed ſi juſtitiam exhibere contempſerint, aut judices ex quacumque cauſa fuerint negligentes, quia ſacrilegi judicandi ſunt ab eccleſia, de crimine illo cenſuram in eos poteris eccleſiaſticam exercere. Verum quoniam judices ſæculares in exhibenda juſtitia perſonis eccleſiaſticis ſæpe in judicio ſunt remiſſi, jam per conſuetudinem eccleſiæ eſt favore introductum, ut malefactores ſuos venerabilium locorum rectores poſſint, ſub quo maluerint, judicio convenire.

CAPUT V.

*Cæleſtinus III.*

c. 9. eod. QUod clericis &c. & infra. Nullus Epiſcoporum, vel clericorum ad judicia ſæcularia eſt trahendus; habent enim illi judices ſuos, nec quidquam eſt eis publicis commune cum legibus. Bonifacius vero Papa, & Gelaſius, & alii plures anteceſſorum noſtrorum antiquioribus conciliis conſonantes, ſicut bene patet viris utriuſque juris peritis, id ipſum in ſacris conſtitutionibus ediderunt. Hac igitur ratione inducti per Ap. s. mandamus, quatenus, ſi quas cauſas ſæculares clerici Pariſius commorantes habuerint contra aliquos, vel aliqui contra eos, ap. re. jure canonico decidatis, nec permittatis juri ſcripto conſuetudinem prævalere.

TITULUS III.

DE MUTUIS PETITIONIBUS.

CAPUT I.

*Cæleſtinus III. Rothom. Decano.*

De mut. pet. c. 2. PRudentiam tuam debitam &c. Sane conſuluiſti nos, utrum cum cauſa ap. re. committitur, & reus ſub eodem judice actorem reconvenerit, vel eiſdem, quod quidem ex conſtitutione tam canonici, quam forenſis juris licite fieri poteſt, & actor ſuper reconventione appellationem interponit, an appellationi hujuſmodi ſit deferendum. Nos vero ita ſentimus (2), quod cum in hoc caſu actoris, & rei eadem ſit condicio, vel cauſa, & (3) uno, eodemque jure circa appellationis remedium uti debeat uterque. Unde nec appellationi taliter interpoſitæ deferendum eſſe judicamus, etenim ipſo Chriſto, qui eſt veritas, atteſtante didicimus, quod omnia, quæcumque voluerint aliqui, ut faciant eis homines, eadem & ipſi facere debeant, nec civilis juris peritus ab hac ſententia diſcrepat, quia præter authenticum, quod incipit, *Et conſequenter*, in quo id de facienda reconventione expreſſe habetur, etiam [4] alibi ſtatuitur, quod eodem jure quis utatur, quod duxerit ſtatuendum in alium, ideoque ſicut deſiderat, ut ſibi juxta reſcriptum mandatoris juſtitia fiat, ap. re. ita debet, & eadem ratione, ſe reconvenienti in ſua juſtitia reſpondere.

TITULUS IV.

DE DILATIONIBUS.

CAPUT I.

*Cæleſtinus III. pars c. Plerumque.*

PRæterea in tuo petitorio adjeciſti, quod cum cauſæ tibi a ſe. Ap. delegantur, & in litteris citatoriis reſcriptum Apoſtolicum inſeris, ut eo viſo deliberare valeat, qui ab altero convenitur, cumque non ad primam, & ſecundam citationem canonicam, ſed ad tertiam tantummodo peremptoriam veniat, actore ad omnes citationes veniente, & ipſe intentionem ſuam in jure proponat, reus vexationi ejus intendens, tunc primo deliberatorias requirit (5) inducias, cum actor eidem authenticum offerat, ut conferat cum reſcripto, quod in prima citatione recepit, aſſerens, quod tam longo citationis ſpatio, ſi voluerit [6], plene tempus deliberationis potuit habere: quia igitur, quid agendum ſit tibi in hoc caſu, deſideras edoceri, taliter reſpondemus, quod prædicto modo reo ad judicium vocato (7), ſi ex reſcripto ſibi tranſmiſſo plene potuit inſtrui ſuper eo, de quo conveniebatur, induciæ deliberatoriæ ſibi non ſunt ulterius indulgendæ, ſed potius procedendum eſt ad examinationem cauſæ, & finem ei debitum imponendum. De dilat. c. 2.

TITULUS V.

DE FERIIS.

CAPUT I.

*Alexander III.*

SIgnificantibus nobis viris religioſis fratribus Ciſtrenſis ordinis accepimus, quod cum eorum famuli, & mercenarii in quibuſdam diebus, quos alii ſollemnes habent, laborant, Archid. Decani, presbyteri de quorum parochiis ſunt, eis 8 ſententiam excommunicationis propter hoc intentare præſumunt. Quoniam igitur ſuper hoc non debent tanta pœna multari, f. t. per A. s. m. qua omnibus Archidiaconis, Decanis, presbyteris veſtræ juriſdictionis artius prohibere curetis, ne in famulos, vel mercenarios prædictorum fratrum, pro eo quod ipſi, & idem fratres diebus illis laborant, quos alii ſollemnes habent, vel excommunicationis, vel interdicti ſententiam ferre præſumant. Si vero contra prohibitionem veſtram venerint, & ſententiam eorum ap. re. denuntietis irritam, & inanem, & ipſos pro tranſgreſſione non differatis eccleſiaſtica ſeveritate punire. Non ponitur.

CA-

(1) Al. *q.* (2) Al. *ſententiamus.* (3) Al. deeſt, *&c.* (4) Al. *&c.* (5) Al. *quærit.* (6) Al. *voluit.* (7) Al. *convocato.* [8] Al. *in eos.*

## CAPUT II.

*Alexander III. Terdon. Archiepiſcopo.*

De feriis c. 2. QUoniam in parte &c. & infra. Veſtram volumus prudentiam certa cognitione tenere, quoniam licet ſcriptum ſit: de veſpere ad veſperam ſabbata veſtra celebrabitis, feſtorum tamen principium, & finis juxta eorum qualitatem, & juxta diverſarum regionum conſuetudinem conſiderari (1) debet, & ſicut magnitudo dierum exigit celebrari, ſic prius incipere, & tardius terminari, vera ratione videntur, & infra. Diebus autem dominicis, & aliis præcipuis feſtivitatibus ſive inter Paſcha, & Pentecoſten genuum flexio nequaquam debet fieri, niſi aliquis id ſecreto ex devotione facere velit. In conſecrationibus autem Epiſcoporum, & ordinationibus clericorum, conſecrans, & conſecrandus tantum flectere genua poſſunt, ſecundum quod conſecrationis modus requirit. Præterea feſtivitas ſanctæ Trinitatis ſecundum diverſarum conſuetudines (2) regionum a quibuſdam in octavis Pentecoſtes, ab aliis in dominica prima ante adventum Domini celebrari conſuevit. Eccleſia ſi quidem Rom. in uſu non habet, ut in aliquo tempore hujuſmodi celebret ſpecialiter feſtivitatem, cum ſingulis diebus gratia Patri, & Filio, & Sp. ſ. & cetera conſimilia dicantur ad laudem pertinentia Trinitatis. Quare tibi frater Archiepiſcope de uſu pallii eo die, quo ſanctæ Trinitatis feſtivitas celebratur, certum nequaquam potuimus dare reſponſum.

## CAPUT III.

*Alexander III. Triburien. Archiepiſcopo, & ejus ſuffraganeis.*

cap 3. eod. & c. 6. de pœnit. LIcet tam veteris, quam novi teſtamenti pagina ſeptimum diem ad humanam quietem ſpecialiter deputavit, & tam eum, quam alios dies majeſtati altiſſimi deputatos, nec non natalicia [3] ſanctorum martyrum eccleſia decernit obſervanda, & in his ab omni opere ſervili ceſſandum; nos tamen, quibus ab omnium proviſore eccleſiæ regimen eſt commiſſum, ſuper iis, quæ neceſſitas exigit, Chriſti fidelibus tenemur commode providere, ut ſi quando eos non ſervili operi i. actioni peccati, ſed neceſſaria victui, & veſtitui quærendo forte intendere contingerit, volumus, ut eis Ap. ſe. providentia, miſericordia conſueta ſubveniat. Inde ſi quidem eſt, quod cum regio veſtra [4] non multum frugibus abundet (5), & mare, in quo populus majorem habere conſuevit ſuſtentationem, ſterilius ſolito effectum fuiſſe, multorum relationibus cognoſcentes, auctoritate beati Petri, & noſtra indulgemus, ut liceat parochianis veſtris diebus dominicis, & aliis feſtis, præterquam in majoribus anni ſollemnitatibus, ſi alleccia terræ ſe inclinaverint, eorum captioni congruenter intendere, ita tamen, quod poſt factam capturam eccleſiis circumpoſitis, & Chriſti pauperibus congruam faciant portionem. Si autem illi, qui aliquos dies in pane, & aqua ex injuncta ſibi pœnitentia tenentur peragere, panem, quo veſcantur, non habent, leguminibus aut piſcibus, aut (6) aliis cibariis, ſi neceſſitas exegerit (7), reficiantur, moderata tamen diſcretione habita, quod his non ad delicias, ſed ad neceſſariam ſolummodo ſuſtentationem utantur.

## CAPUT IV.

*Clemens III.*

CApellanus tuus frater Epiſcope coram nobis ex parte tua propoſuit, quod cum canonica ſtatuta declarent, nuptias tribus hebdomadibus ante feſtum nativitatis ſancti Joannis Baptiſtæ minime celebrari debere, quidam hebdomadas illas abſque interpollatione continuandas intelligunt: alii vero inter feſtum, & ipſas facere intervallum volentes, illud dicunt ob reverentiam feſtivitatis Pentecoſtes fuiſſe ſtatutum, quæ in ſeptimanis ipſis ſolet intervenire quandoque & ſic inchoantes a tribus diebus rogationum ante aſcenſionem Domini uſque ad octavum diem poſt Pentecoſten illis hebdomadibus computatis, illo tantum temporis ſpatio celebrari nuptias non permittunt, earum celebrationem ab inde nullatenus inhibentes. Quia igitur conſulti fuimus, utra iſtarum opinionum potior videatur, nobis, & fratribus noſtris apparuit, quod cum ea [8] ſit Romanæ eccleſiæ conſuetudo a longis retro temporibus obſervata, ut quocumque matrimonium contrahatur 9) tempore, conſenſu interveniente de præſenti legitimo, tamen a ſeptuageſima uſque ad ſeptem dies poſt Pentecoſten celebrari nuptiæ non ſinantur, & poſtea etiam tribus, vel pluribus ſeptimanis ante feſtivitatem ſancti Joannis ſine differentia celebrentur, poſterior ſententia meliori, & ſubtiliori ratione fovetur, & ſive ſecundum canones a ſeptuageſima uſque poſt octavas Paſchæ, ſive juxta conſuetudinem eccleſiæ Romanæ uſque poſt ſeptimum diem (10) feſti Pentecoſtes, qui (11) caret octavis, nuptiæ ſuſpendantur in dominica, quæ ſequitur, & deinceps indiſtincte valeant celebrari. c. 4. eod.

## TITULUS VI.
## DE CAUSA PROPRIETATIS, ET POSSESSIONIS.
## CAPUT I.

*Cæleſtinus III. pars c. Bonæ memoriæ.*

AD ultimum interrogati fuimus, ſi judices deputati, ut de poſſeſſione, & proprietate cognoſcant, gravibus partium ſumptibus parcere cupientes, de utraque commixtim audire poſſunt [12], allegationes pariter, & teſtes admittant, deinde prius audiant atteſtationes de poſſeſſione, & pronuntient ſecundum tenorem illarum, utrum licite hoc agatur. Nos autem cum hoc ſit in jure civili expreſſum, quod licite poſſit fieri, reſpondemus. De cauſ. poſſ. c. 2.

## TITULUS VII.
## DE RESTITUTIONE SPOLIATORUM.
## CAPUT I.

*Alexander III. Cantuar. Archiep.*

COnquerente nobis R. clerico latore præſentium De reſtitut. ſp. c. 7.



(1) Al. *conſervari.* (2) *Conſuetudinem.* (3) Al. *natalia.* (4) Al. *regionem veſtram quod.* (5) Al. *abundare.* (6) *Vel.* (7) Al. *fuerit.* (8) Al. *eadem.* (9) Al. *contrahitur.* (10) Al. *vii. dies.* (11) Al. *quod.* (12) Al. *poſſint.*

tium accepimus, quod cum vacaret eccleſiaſticis diſciplinis, ipſum eccleſia de Durefort (1) ſine judicio ſpoliaſti. Quia vero jam non decet honeſtatem tuam clericos tuæ juriſdictionis, ſine manifeſta cauſa, & rationabili ſuis beneficiis ſpoliare, quibus teneris paterna proviſione conſulere: f. tuæ per A. ſ. præ. m. qua. ſi ita eſt, prædicto clerico præfatam eccleſiam cum redditibus inde perceptis reſtituas, & in pace eam poſſidere permittas. Reſtitutione autem facta, ſi quid adverſus eum ſuper præſcripta eccleſia proponere voluiſti, coram venerabili f. n. Exonien. Epiſcopo per te, vel per ſufficientem reſponſalem tuum cum eodem R. ordine judiciario experiaris, & quod exinde ſtatuerit, ſuſcipias firmiter, & obſerves; nos enim eidem Epiſcopo cauſam commiſimus terminandam.

## CAPUT II.

*Alexander III. Pariſien. Epiſcopo, & Abbati S. Remigii, & Decano Meldenſi.*

Non ponitur.

CONqueſtus eſt nobis R. quod cum eccleſiam de Alde [2] canonice adeptus fuiſſet, & aliquandiu pacifice poſſediſſet, & eam poſtea per oppreſſionem H. de Cliveant injuſte amiſit. Unde diſ. v. per A. s. m. quatenus, ſi vobis conſtiterit prædictum R. in prælibata eccleſia fuiſſe canonice inſtitutum, & injuſte ſpoliatum, niſi eam poſtea ſpontanee abjuraſſe altera pars legitime probaverit, eam cum fructibus inde perceptis reſtitui faciatis.

## CAPUT III.

*Alexander III.* * *Abien. & Belvacen. Epiſcopis.*

* *Albienſi*, Cujac. c. 8. eod.

EX transmiſſa nobis &c. & infra. Quia nobis de rei veritate liquere non potuit, cauſam experientiæ veſtræ duximus committendam: f. v. per A. ſed. m. qua. ſi vobis conſtiterit, quod præfata mulier prædicto militi legitime deſponſata fuiſſet, & ab eo cognita, ipſam ei reſtitui faciatis, recepta ſufficienti cautione, quod illi non debeat malum inferre. Si autem capitali odio, ita mulierem vir proſequitur, quod merito de ipſo diffidat, & eum habeat ſuſpectum, alicui probæ, & honeſtæ mulieri uſque ad cauſæ cognitionem, ſeu deciſionem committatur, ſtudioſius cuſtodienda in loco, ubi vir, vel parentes ejus, aut mulieris nullam poſſint violentiam (3) exercere.

## CAPUT IV.

*Alexander III. Exonen. Epiſcopo, & Abbati de Reforden.* (4)

c. 9. eod.

CUM veniſſet ad nos dil. fi. n. S. (5) canonicus ſanctæ Trinitatis de Barlen. a ſuo Priore, & capitulo deſtinatus, in audientia noſtra propoſuit, quod cum ven. frater noſter Eboracen. Archiepiſcopus eccleſiam d. N. eis conceſſiſſet, ita quod poſt deceſſum G. de Pontino clerici, qui præfatam eccleſiam tunc temporis tenebat, uſibus eorum omnibus modis proficeret, & interim de auctoritate ipſius Archiepiſcopi idem G. ipſis canonicis annuam ſolveret penſionem. Nos poſtmodum eandem conceſſionem ſcripto ipſius Archiepiſcopi inſpecto diligenter, auctoritate Apoſtolica duximus confirmandam. Mortuo autem præfato clerico jam dicti canonici, licet per ipſum Archiepiſcopum non fuiſſent in prædictæ eccleſiæ poſſeſſionem inducti, tamen de conceſſione, & confirmatione noſtra plurimum confidentes, eccleſiam ipſam, ne a quodam clerico turbaretur, qui eos ſuper eadem eccleſia nitebatur fatigare, ingreſſi ſunt, & tam contra ipſum Archiepiſcopum, a quo gravari timebant, quam contra præfatum clericum ad noſtram audientiam appellarunt; ipſis vero per duos de fratribus ſuis appellationem factam proſequentibus, ſæpe dictus Archiepiſcopus bladum, & omnia bona eccleſiæ, quæ præfatus G. clericus ſuus moriens ibidem reliquit, fecit, quod vix credere poſſumus, invitis prædictis canonicis aſportari, & infra. Magiſter vero M. & A. clerici, & nuntii ejuſdem Archiepiſcopi, qui præſentes aderant, ipſum ſuper his conſtanter excuſaverunt, & adjecerunt coram (6) jam dicto Archiepiſcopo per præfatos canonicos gravem injuriam irrogatam, quia etſi ab ipſo litteras conceſſionis habuiſſent, ipſius poſtmodum auctoritate contempta, per ſeipſos in poſſeſſionem ingredi non deberent. Nos itaque attendentes, quod ſi præfati canonici pro jam dicta eccleſia de auctoritate ipſius Archiepiſcopi vivente clerico perceperunt annuam penſionem, eo mortuo, quamvis auctoritate ejuſdem Archiepiſcopi non quæſierunt (7), vitioſe tamen in poſſeſſionem non ſunt ingreſſi, cum ſicut in ſæcularium legibus principum cautum eſt, is poſſideat, cujus nomine poſſidetur; cauſam ipſam vobis, de quorum prudentia, & honeſtate confidimus, committimus f. t. per A. ſed. pr. m. qua. ante præſentiam veſtram partibus convocatis, ſi de ipſorum aſſertione conſtiterit, bladum, & omnia bona eccleſiæ poſt appellationem de mandato ipſius Archiepiſcopi aſportata ante ingreſſum principalis cauſæ, auctoritate noſtra ſub. ap. ob. reſtitui faciatis; deinde Archiepiſcopum attentius moneatis, ut conceſſionem ſuam ratam habeat, & præfatos canonicos amodo deſinat ſuper præfata eccleſia fatigare. Si vero commonitioni veſtræ acquieſcere noluerit, ſuper eccleſia cauſam diligentius audiatis, & ſine perſonarum acceptione ſub. ap. diffugio terminetis.

## CAPUT V.

*Cæleſtinus III.*

GRavis nos querela &c. & infra. Ideo f. v. per A. ſ. m. firmiterque præcipimus, qua. partibus convocatis, ſi vobis conſtiterit de præmiſſis, prædictum Archiepiſcopum ablata prænominati monaſterii fratribus cum integritate reſtituere, & damna plenarie reſarcire, & de illatis injuriis ſatisfacere competenter, omni gratia, timore, & amore poſtpoſitis, dilatione, & contradictione, & ap. ceſſante per diffinitionem (8) eccleſiaſticam noſtra freti auctoritate cogatis, proviſuri attentius, ut non tantum fructus, quos novi, & violenti poſſeſſores interim perceperunt, ſed quos ſi eis poſſidere fuiſſet licitum, poſſeſſores veteres per- c. 11. eod.

(1) Al. *Dumfort.* (2) Al. *Alten.* (3) Al. *moleſtiam.* (4) *Herefort.* (5) Al. *G.* (6) Al. deeſt *coram.* (7) Al. *quæſierint.* (8) Al. *diſtrictionem.*

percepiſſent, eis reddi per ſupradictam ſententiam ſub cujuslibet appellationis obſtaculo compellatis: præterea ſi qui, quominus ſecundum mandatum noſtrum memoratis fratribus reſtituantur ablata, ſe duxerint opponendos, vos auctoritate noſtra ſuffulti eos (1) non obſtante appellatione anathematis ſententia percellatis. Si præfatus vero Archiepiſcopus ad citationem [2] commonitionis veſtræ forte non venerit, vel mandato veſtro parere noluerit, vos Dolenen. (3) monaſterii teſtibus receptis ſecundum formam prædictam in toto negotio procedentes, ſecundum quod diximus, ap. ceſſante exequi procuretis, omnimoda ſollicitudine providentes, ne libertates præfato monaſterio veſtro a prædeceſſoribus noſtris nobiſque conceſſas, a quoquam ſuſtineatis minui, vel infringi.

## TITULUS VIII.
## DE EO, QUI MITTITUR IN POSSESSIONEM CAUSA REI SERVANDÆ.
### CAPUT I.

*Alexander III. Alben. (4) Epiſcopo.*

Non ponit. PRior & monachi Silvæ majoris ſuam ad nos querimoniam tranſmiſerunt de O. qui paludes, & ſtagna, quæ prædeceſſores ejus contulerant, ab eiſdem fratribus per violentiam abſtulit, quæ cum ab eo repeterent, idem O. ad proximum purificationis feſtum præteritum appellavit. Ideoque f. t. mandamus, quat. cauſam audias, & ap. re. debito fine decidas. Si vero idem O. vel uxor ejus, aut heredes ejus, ſi quos habet, ſi idem O. profectus eſt Hieroſolymam, ad præſentiam tuam accedere, vel judicio tuo parere contempſerint, prædictos fratres in eorum poſſeſſionem, de quibus quæſtio vertitur, ap. re. inducas. Si autem nuntius prædictorum fratrum diem prævenit appellationis, nolumus per iſtas litteras alteri parti præjudicari, vel nullum (5) obtinere vigorem.

### CAPUT II.

*Clemens III. Epiſcopo, & Archidiacono Abruic. & Priori de Luc.*

De eo, qui mitt. c. 2. CUM ſicut accepimus, inter dil. fil. P. ſubdiaconem (6) Bajonen. & dilectas in Chriſto filias Abbatiſſam, & conventum ſanctæ Trinitatis de Cadonio ſuper eccleſia de Capith (7) coram dilectis filiis Tauricen. (8), & Corchen. (9) Abbatibus, & H. Chiechicen. (10) Archid. ex delegatione ſe. Ap. quæſtio verteretur, prædictus ſubdecanus, die partibus aſſignata in perſona propria, ad præſentiam judicum non valens accedere, reſponſalem ad eos cum propriis litteris deſtinavit. Verum ideo dicitur ejus procuratio reprobata, quod nomen ſubdecani, quem diximus, ſigilli deſcriptum impreſſio non habebat. Unde judices occaſionem ex ſuo ſenſu ſatis invalidam aſſumentes moniales rei ſervandæ cauſa in poſſeſſionem rei petitæ miſerunt, quod in perſonas contumacium juris videtur conſtitutio decreviſſe. Unde cum hoc ad ſubdecani notitiam perveniſſet, ad Archid. ſupradictum acceſſit, & offerens ei ſiſtendi judicio cautionem, quoniam Abbas de Corinth. profectus in Angliam, & Abbas Taur. (11) viam fuerit univerſæ carnis ingreſſus, poſſeſſionem infra annum ſibi de juris ordine reſignari cum inſtantia poſtulavit, ſed non potuit obtinere. Proceſſu vero temporis moniales, quas diximus, ad ven. f. n. W. Rothomagen. Archiepiſcopum, & dilectos filios Abbates ſanctæ Catharinæ, & I. de Ven. ponte Archid. Rothomag. litteras alias impetrarunt, quorum judicium ideo ſubdecanus, ſicut aſſerunt (12), ſubire recuſat, quod prædictum Archiepiſcopum habet certa ratione ſuſpectum, & metuit, ne conjudices ad partem quamlibet ejus auctoritate de facili trahantur. Quia vero nemo invitus ſuſpectorum judicum compellatur (13) judicio ſubjacere, diſ. v. per A. s. m. quatenus, ſi certam ſuſpicionis cauſam contra Archiepiſcopum oſtendit (14) ſubdecanus, audiatis negotium, & ap. re. mediante juſtitia terminetis. In primis tamen ab eodem ſiſtendi judicio cautione recepta, ſi præmiſſa narratio veritate nitatur, ei poſſeſſionem reſtitui faciatis. Nec obſtare volumus, quod annus elapſus eſſe proponitur, ſi per eum non ſteterit, quominus infra illum, & poſſeſſionem receperit, & dederit cautionem; ſi quid autem per prædictas litteras, ex quo ſuſpectos judices recuſavit, adverſus eum ſuper hoc noveritis contra juſtitiam innovatum, in ſtatum debitum reducatis, in his omnibus ſine appellationis obſtaculo proceſſuri.

## TITULUS IX.
## UT LITE PENDENTE NIL INNOVETUR.
### CAPUT I.

*Alexander III. Eboracen. Archiepiſcopo.*

* A Memoria noſtra non excedit, qualiter in primo anno noſtræ promotionis tranſcriptum litterarum felicis memoriæ prædeceſſoris noſtri Honorii feceris præſentari, in quo continebatur anteceſſoribus tuis Ap. benignitate (15) eſſe indultum, ut tam eis (16) quam ſucceſſoribus ſuis [17] liberum eſſet per totam Angliam ante ſe crucem deferre. Nos vero anteceſſoris noſtri veſtigiis inhærentes tibi ſubſcripti noſtri * munimine confirmamus, quod anteceſſoribus tuis fuerat a prædeceſſore noſtro clementer indultum. Poſtmodum vero ſanctæ, & venerandę memorię T. quondam Cantuar. Archiepiſcopus exiſtimans hoc in præjudicium ſui juris, & ſuæ dignitatis redundare, exinde cœpit quæſtionem movere. Unde propter hoc ad ſedem Apoſtolicam appellavit, affirmans, ſi bene meminimus, quod tibi, & prædeceſſoribus tuis id nullatenus licuiſſet, ſicque factum eſt, quod per noſtra nos tibi ſcripta prohibimus, ne in provincia Cant. eccleſiæ, donec de ipſa cauſa cognoſceretur, ante te crucem deferre aliqua ratione auderes. Quia ergo per dil. f. noſtros I. & A. cle-

Ut lite pen. c. I.
* Memoria noſtra.
* munimina.

Aaa 2

[1] Al. *hos.* (2) Al. *concitationem.* (3) Al. *Dolen.* (4) Al. *Abien.* (5) *Ullum*, forte. [6] Al. *ſubdecanum.* (7) Al. *Capich.* (8) Al. *Taurien.* (9) Al. *Cherocen.* (10) Al. *Chiecien.* [11] *Taurin.* (12) Al. *aſſerit.* (13) *Compellitur.* [14] *Oſtenderit.* (15) Al. *auctoritate.* (16) Al. *tibi.* [17] Al. *tuis.*

A. clericos tuos gravem coram nobis querimoniam depoſuiſti, aſſerens, quod de poſſeſſione hujus rei, quam tu, & anteceſſores tui habuiſtis, ante cognitionem judicii ſpoliaſſemus. Nos volentes tibi, tamquam venerabili fratri noſtro deferre, & jura tua integra, & illibata ſervare, præſentibus litteris ſtatuimus, quod litteræ prohibitionis noſtræ nullum tibi præjudicum faciant, quo minus tibi, & ſucceſſoribus tuis liberum ſit, quemadmodum vobis eſt beneficio privilegiorum Ap. ſedis indultum, & tu, & prædeceſſores tui id facere conſueviſtis (1), ante vos per totam Angliam deferre crucem, quouſque diffinitiva ſententia decernatur, an eccleſia tua debeat de jure hoc habere.

CAPUT II.

*Cæleſtinus III.*

cap. 2. eod. LAudabilem &c. & infra. Quæritis item (2), quando [3] matrimonium accuſari contingit, an ſtatim ſit carnale commercium ſuſpendendum, aut quandiu diſſimulari poſſit, vel potius ſuſtineri. Ad quod breviter reſpondemus, quod cum Alexander III. aperte prohibeat, ne ad invicem, donec cauſæ juſtæ fiat examinatio, ſeparentur, & Symmachi Papæ contineat inſtitutum, ut prælatus aliquis accuſatus, antequam ea, quæ obiiciuntur, luce [4] clareſcant, relinqui non debeat a ſubjectis, in præſenti articulo conjugum alteruter accuſatus, ante probatam accuſationem, jure, quod habet in altero, privari non poteſt (5).

TITULUS X.

DE PROBATIONIBUS.

CAPUT I.

*Alexander III.*

De probat. cap. 2. SIcut conſuetudo laudabilis nulla debet novitate divelli (6), ſic quod noſcitur contra jus moribus introductum, obvia [7] ratione debet diſſolvi. Sane apud vos conſuetum eſſe didicimus, ut cum aliquis intentionem ſuam fundaverit inſtrumentis, aut teſtibus introductis, ei ſacramentum nihilominus deferatur, quod ſi ſubire noluerit, fides probationibus exhibitis non habetur. Quod cum nulla ſit ratione ſubnixum, ſed manifeſte legibus adverſetur, quæ tunc demum ad hujuſmodi ſuffragium decurrendum eſſe decreverunt, cum alia legitime non ſuppetant, talem conſuetudinem reprobamus, nec ullam habere firmitatem deinceps ſancimus.

CAPUT II.

*Gregorius VIII. Præpoſito Sancti Cataldi* (8), *& Archiepiſcopo † Caſæ majoris.*

cap. 4. e. PRopoſuiſti nobis, dilecte filii Præpoſite, quod cauſa matrimonii, quæ inter dil. fi. n. O. de Caſanova, & S. filiam O. 9 de Piſco (10) nobilis mulieris vertitur, vobis fuerit de mandato Apoſtolico delegata. Cumque partes eſſent in veſtra præſentia conſtitutæ, mulier propoſuit, ſe nec a viro cognitam, nec potuiſſe cognoſci, quod tam juramento, quam teſtimonio ſeptem mulierum probavit, quæ per experientiam aſſeverant, mulierem adhuc virginem eſſe, viro autem per juramentum ſuum contrarium aſſerente, vos in negotio procedere minime voluiſtis, donec de hoc noſtrum conſilium haberetis. Videtur igitur nobis, quod juramento puellæ, & teſtimoniis illarum vii. mulierum, quæ ipſam per experientiam virginem aſſeverant, eſt fides potius adhibenda.

CAPUT III.

*Clemens III. pars c. Bonæ memoriæ.*

TErtio quippe a nobis loco fuit ita quæſitum. Ecce quod quidam regularis ſigillum capituli commune ſuſcipiens [11] quoddam inſtrumentum cuidam amico ſuo ſignavit, quo alienatio rerum eccleſiæ immobilium tamquam ei facta continebatur, ſuper qua dum lis conteſtaretur, procurator univerſitatis illud inſtrumentum aſſerebat de aſſenſu conventus non fuiſſe collatum, & ſic vel adulterinum, vel furtivum eſſe dicebat (12). Cumque volens falſitatem civiliter revelare, fratres regulares ad perhibendum teſtimonium produxiſſet, jurati dicebant, quod eo tempore, quo adverſarius allegabat idem inſtrumentum ſibi fuiſſe collatum, quotiens de re ipſa (13) inter fratres aliqua mentio erat, conſilium totius conventus, & vox fuit unanimis, quod nolebant alienationem rerum illarum, ſed res domus ſuæ fore integras, & conſervari volebant; ſed quoniam adverſarius teſtes aliquos minime producebat, ea eſt forma conſultationis, quid judex hic ſtatuere debeat, an ſcilicet inſtrumento, an teſtibus, fides ſit potius adhibenda. Reſpondemus autem ſecundum aſſertionem teſtium dumtaxat cenſendum eſſe. c. 5. eod.

CAPUT IV.

*Clemens III. Aquilmari* (14) *Epiſcopo.*

JUravit quidam, ut aſſeris, ſe quandam in uxorem legitimam accepturum, & cum vellet eam traducere, quidam juramentis ſecundum morem exhibitis, legitime probaverunt illos in v. gradu ſibi invicem attinere. Quia vero requiſiſti a nobis, quid agendum ſit, cum quidam alius ſit, qui velit eos probare contra prædictam probationem juramentis canonicis factam, nullo ſe conſanguinitatis gradu contingere: f. t. in præſenti articulo reſpondemus, quod ſtandum eſt primæ probationi, nec de unius teſtimonio tantum curandum eſt. Illud etiam, ut matrimonium remaneat, non ſuadet, quod ſponſus, & ſponſa conſtanti aſſertione proponunt, ſe carnaliter cognoviſſe, cum commercium carnale inter non legitimas perſonas matrimonium de jure facere non poſſit. cap. 6. eod.

TITULUS XI.

DE EXCEPTIONIBUS.

CAPUT I.

*Cæleſtinus III. pars c. Laudabilem.*

DEnique quod in dicta, & perſonas teſtium, quibus ante juramentum, vel depoſitiones De except. c. 1.

(1) Al. *conſueviſſetis.* (2) *Iterum.* [3] Al. *cum.* (4) Al. *in luce.* [5] Al. *poſſit.* (6) Al. *convelli.* (7) Al. *obviare.* (8) Al. *Cotaldi.* [9] Al. C. (10) *Pizo.* (11) Al. *accipiens.* [12] *Dicebatur.* (13) Al. *iſta.* (14) Al. *Aquilonati.*

nes nihil objectum fuit, poſt atteſtationes publicatas poſſit opponi, hoc in Romana eccleſia de longa conſuetudine obtinuiſſe cognoſcas: ut ante juramentum, vel depoſitiones, & poſt in dicta, & (1) perſonas teſtium legitima exceptio poſſit opponi, & ſi crimina teſtibus obiiciuntur, de quibus non fuerant hactenus accuſati, ſed tantum ad ſolam exceptionem a quolibet opponuntur, probatio utique illorum criminum exhibenda eſt, ante quam cauſa per ſententiam terminetur, cum ſicut canonica ſtatuta (2) declarant, teſtes abſque ulla infamia, vel ſuſpicione, vel manifeſta macula inferendo teſtimonio requirantur. Quod ſi ſola crimina, de quibus alio tempore convicti, vel confeſſi fuerint (3), teſtibus obiiciuntur, a teſtimonio repelli poſſunt. Quia ſicut Stephanus Papa, & alii Pontifices multi Romani teſtantur, non eſt credendum contra alios eorum confeſſioni, niſi prius ſe probaverint innocentes. Ceterum ſi de criminibus ad ſolam exceptionem objectis teſtes convicti fuerint, ſive confeſſi, pœna ordinaria multari non debent, cum accuſatio in ipſos ſecundum juris ordinem non procedat. Sufficit ergo, ſi a perhibendo teſtimonio repellantur. Præſertim ubi crimen, quod eis obiicitur, cauſam, de qua agitur, contingere non videtur.

## TITULUS XII.
## DE TESTIBUS.
### CAPUT I.
*Ex concilio Maticen.*

De teſtib. & atteſt. c. 1. PLacuit ſancto conventui, ut teſtes ad teſtimonium pretio non conducantur, & ut quicunque optimi, & fideliores ad (4) teſtimonium aſſumantur, ut is, contra quem teſtimonium ferre debent, nullam eis poſſit inferre calumniam, & ut nullus teſtimonium dicat, niſi jejunus.

### CAPUT II.
*Alexander III. Marco Cardinali.*

c. 2. eod. SUper eo, quod a nobis tua devotio poſtulavit, utrum viro negante, ſe mulierem affidaſſe, ipſius mater mulieris, & altera mulier poſſint ad teſtimonium recipi. Conſultationi tuæ taliter reſpondemus; quod quia mater filiæ videtur incrementum diligere, & honorem; ubi vir ſuperior eſt divitiis, potentia, vel honore, aut nobilitate; teſtimonium ejus omnino ſuſpectum videtur, ideo non eſt aliquatenus admittendum; ſuper illa vero quæſtione, quam feciſti, an filia conjungenda non ſit viro, eo quod ſola mater alterutrius [5] eos eſſe conſanguineos confitetur. Diſt. t. ta. reſpondemus: quod ſi matrimonium inter eos non eſt conſumatum (6) matre aſſeverante ipſos eſſe conſanguineos, non debent conjungi, quia præſumptio eſt non modica, quod ſe linea conſanguinitatis attingant, cum mater id [7] confitetur; ſi vero matrimonium ratum (8) eſt, & confirmatum, ſine juramento plurium non debet diſſolvi (9).

### CAPUT III.
*Clemens III.*

SEries tui reſcripti nobis aperuit, quod cum nuper inter filios, & filias quorundam nobilium tuæ civitatis conjugalis quæſtio tractaretur, quia diſtrahebaris ad alia urgentiora negotia, vices tuas in ventilatione illius quæſtionis quibuſdam viris prudentibus commiſiſti, ante quos pars illa, quæ matrimonium accuſabat, teſtes produxit legitimos, qui conſanguinitatem inter prædictos eſſe firmiter aſſerebant in quinto gradu. Ex adverſo (10) quoque pars altera non ſic eſſe conſtanter ajebat. Nam cum ipſi teſtes in primo gradu poſuiſſent duas perſonas B. videl. & I. dicentes illos eſſe fratrem, atque ſororem, pars oppoſita falſum eſſe dicebat, B. ſcilicet eſſe ſororem I. & ad corroborandam etiam aſſertionem ſuam, tam teſtes volebant, quam publicum inſtrumentum proferre. Unde quia pars accuſantium illos teſtes non recipiendos eſſe clamabat, & tum non eſſe conſuetudinem eccleſiæ tuæ affirmas, ut poſt receptos teſtes, qui conſanguinitatem ſecundum formam canonum computant, alii ex oppoſito admittantur, ſuper quo, tam in præſenti negotio, quam in ſimilibus poſtulas edoceri, præſenti pagina reſpondemus: quod ſi non eſt aliud canonicum, quod obſiſtat, non obſtante illa conſuetudine, utpote juri contraria, teſtes ap. ceſſ. recipere non omittas. cap. 26. e.

### CAPUT IV.
*Cæleſtinus III. pars c. Laudabilis.*

PRæterea, cum quis accuſatur aliquam cognoviſſe, an ſint teſtes interrogandi de viſu, aut ſola viciniæ fama ſufficiat, vel ſi juratis teſtibus ſit credendum, qui ſe illius copulæ conſcios eſſe fatentur, ſed de viſu nihil affirmant (11): nos interea conſulere voluiſti. Ad hoc itaque reſpondemus: quod ſi teſtimonium conveniens de viſu reddatur, vel auditu, & præſumptionem violentiam fama conſentiens ſubminiſtret, & adminicula legitima ad hoc impertiantur, eidem ſtandum eſt teſtimonio juratorum. Etenim circunſpectus judex, atque diſcretus juxta illud, quod in jure civili cautum exiſtit, motum animi ſui ex argumentis, & teſtimoniis, quæ rei aptiora eſſe compererit (12), confirmabit. c. 27. eod.

### CAPUT V.
*Alexander III. Firmano Epiſcopo.*

IN literis &c. & infra. Quidam nobilis tui Epiſcopatus quandam ſibi legitime copulans, cum eam in domo ſua fere per ſeptennium tenuiſſet, conſobrinam patris ejus, antequam eam (13) duceret, ſe aſſerit cognoviſſe, ad quod probandum teſtes de familia ſua tres produxit. Reſpondemus igitur, ut ſi res ita ſe habet, pro illorum teſtimonio ipſum ab uxore nulla ratione patiaris dividi, nec contra ipſos aliquos audias, niſi probatæ eſſent vitæ, & opinionis, de quibus veriſimile non eſſet, quod deberent pro aliquo dejerare. c. 24. eod.

TI-

(1) Al. *vel.* (2) Al. *conſtituta.* [3] Al. *fuerunt.* (4) Al. *in.* (5) Al. *alterius.* (6 Al. *confirmatum.* [7] Al. *idem.* (8) *Juratum.* [9] Al. *abſolvi.* (10) Al. *diverſo.* (11) *Affirmatur.* (12) Al. *comperit.* (13) Al. *ipſam.*

UNED

## TITULUS XIII.
## DE TESTIBUS COGENDIS.
### CAPUT I.

*Clemens III. Segon.* (1) *Epiſcopo.*

De teſtibus cog. c. 5. PErvenit ad nos, quod in Epiſcopatu tuo contingit, ut (2) a laico enormis, & intollerabilis injuria clerico multis aſtantibus, & videntibus inferatur, & ob hoc injuriantes in cauſam tracti negant ſe tantum facinus commiſiſſe, & cum læſus illatam ſibi injuriam eorum teſtimonio, qui præſentes extiterant, & viderant, probare deſiderat; ipſi tamen licet veritatem cognoverint, contemnunt veritati teſtimonium perhibere, ſicque fit, quod eccleſiaſtica juſtitia deperit, & ordo clericalis vileſcit, & infra. Quia ſuper his nos duxit tua fraternitas conſulendos, conſultationi tuæ taliter reſpondemus: quod ii, qui de rebus Eccleſiaſticis nolunt teſtimonium perhibere, ſi aliter veritas nequiverit elici, & ad illud ſunt per cenſuram eccleſiaſticam compellendi, & ſi forte clerici paſſi injuriam veritatem aliquorum teſtimonio probare nequiverint (3), licet juxta rigorem canonum, unius teſtimonio non ſit ſtandum, juxta conſuetudinem tamen Romanæ Eccleſiæ propter reverentiam ordinis clericalis, ipſorum juramento fidem volumus adhiberi.

### CAPUT II.

*Clemens III. pars cap. Significavit.*

c. 6. eod. CEterum, quod ſuper conſanguinitate cogendus ſit teſtis teſtimonium perhibere veritati, non dubitatur a nobis, cum id tam jus ſcriptum approbet, quam conſuetudo actibus utentium approbata, ut ſi ipſum conſtiterit odio, vel gratia, ſeu timore, veritatem ſupprimere, cogendus ſit, ut quod verum eſt, penitus fateatur.

### CAPUT III.

*Cæleſtinus III. pars cap. Significavit.*

c. 7. eod. PRæterea, ſi teſtes publici, quos tua civitas nuncupat (4) ſynodales, ſuper cauſa matrimonii coram te, vel tuo capitulo, ſemel teſtimonium reddiderint, non debent iterato compelli, ut in præſentia alicujus delegati judicis ſuper eadem cauſa præbeant juramentum, dummodo aliter fides fiat judici delegato, niſi forte articulus novæ quæſtionis emergat. Hujuſmodi vero teſtes publici jure poſſunt propter infamiam a perhibendo teſtimonio removeri, ſi eam, poſtquam in communi recepti fuerint, contigerit publice contraxiſſe, quorum teſtimonium, ſi quandoque non tamen ſtudioſe, ſed in ipſo proferendo erraverint, & ſe incontinenti correxerint, reprobari non debet; ſecus autem erit, ſi correctioni ſuæ interpoſuerint intervallum.

## TITULUS XIV.
## DE FIDE INSTRUMENTORUM.
### CAPUT I.

*Alexander III.*

De fide inſtrum. c. 3. EX litteris, quas nobis veſtra fraternitas deſtinavit, evidenter accepimus quod in [5] cauſa, quæ inter magiſtrum Alanum de Cardeja (6), & R. de Alta Ripa, ſuper capella de Ambitoria vertitur, de mandato noſtro ſuſcepiſtis [7] terminandam, & cum noſtras litteras in communi audientia perlegi feciſſetis, præfatus R. earum ſibi copiam fieri poſtulavit, qui ſi quidem litteris illis inſpectis, cum eas argueret falſitatis, ea cauſa, quod in narratione facti abraſæ ſunt, ubi ſcriptum eſt jura parochialia &c. & infra. Nos autem inſpicientes litteras noſtras (8) dicimus, quod propter abraſionem illam non poſſunt judicari falſæ, nec etiam ſuſpectæ haberi, præſertim cum & privilegia in poſſeſſionibus abradantur, & litteræ in narratione de facto, ſi erratum eſt, poſſunt abradi incunctanter.

### CAPUT II.

*Alexander III. Eboracen. Archiepiſc.*

ACcepimus litteras, quas dilectus filius noſter R. Abbas * Sancti Auguſtini contra v. f. n. Ca. Archiepiſcopum Ap. ſe. Le. miſit * &c. & infra. Nos igitur attendentes tempus ad proſequendam ap. præſcriptam nullatenus expectandum, cum privilegia non inſpecta non valeant argui falſitatis, & difficile ſit, & periculoſum, ea apud Apoſtolicam ſe. exhiberi: præcipimus, ut vel exhibeantur privilegia, quæ Archiepiſcopus dixerit (9) arguenda, in clauſtro prædictorum fratrum, vel in alio loco ipſis (10) ſecuro, & illi congruo ad arbitrium veſtrum, uſque ad proximam nativitatem beati Joannis Baptiſtæ; ſi vero nec venerit, nec ſufficientem reſponſalem miſerit, ei ſuiſque ſucceſſoribus perpetuum ſilentium imponatis, ipſa ulterius arguendi. Interim autem nolumus privilegia illa vacillare, ſed præcipimus, ſententiam, quæ ſuper ſtatu monaſterii lata eſt, inviolabiliter obſervari, & infra. Jubemus etiam, ut Archiepiſcopum in ſuſceptione (11) privilegiorum XII. hominum numerum excedere non ſinatis, ſed cum XII. inter clericos, & monachos faciatis eſſe contentum, ſententiam quoque ſi quam in clericos, & eccleſias monaſterii poſt appellationem interpoſitam pronuntiatam eſſe inveneritis, nullius appellatione obſtante denuntientis publice non tenere.

c. 4. eod. * & Fratres add. Cujac. * miſerunt, Cujac.

### CAPUT III.

*Cæleſtinus III. Abbati Sancti Facundi.*

COntingit (12) interdum, ut dicitis, quod quandoque litem cum aliquo in cauſis habetis, & privilegium veſtrum adverſæ parti cogimini plenius exhibere, unde accidit, quod forte occaſione unius capituli, ſuper quo convenimini plurium (13) litigia ſuſcitantur, & ſic æmuli multarum cavillationum argumenta recipiunt, quibus pacem, & tranquillitatem veſtram impugnant. Quia igitur noſtra intereſt jurgiis obviare ſuſcitandis, & ſuſcitata decidere: conſultationi veſtræ, quam ſuper hoc propoſuiſtis, taliter reſpondemus, & volumus; quod (14) quandocumque fueritis requiſiti, privilegium veſtrum, ſeu quamcumque indulgentiam exhibere, vel quodcum-

c. 5. eod.

(1) Al. *Segocien.* (2) Al. *quod.* (3) Al. *nequeunt.* [4] Al. *nominat.* (5) Al. *quod cum.* [6] Al. *Ardeja.* (7) Al. *ſuſcepiſſeris.* [8] Al. *veſtras.* (9) Al. *duxerit.* (10) Al. *eis.* (11) Al. *inſpectione.* (12) Al. *Contigit.* (13) *Plurimum.* (14) *Ut.*

UNED

cumque inſtrumentum veſtrum, aut præſente judice, aut aliquibus prudentibus viris deputatis ab ipſo judice, audiente parte contraria tantummodo recitetur, ita quod privilegium ad transcribendum nullo modo tradatur. Verum ſi ſuper uno tantum privilegii capitulo quæſtio fuerit, dumtaxat illud capitulum reſcribatur, & adverſæ parti ejus copia fiat.

## TITULUS XV.
## DE PRÆSUMPTIONIBUS.
### CAPUT I.
*Alexander III.*

De teſtibus cog. c. 4. * *cum L. Prior.*

PErvenit ad audientiam noſtram, * quod cum I. Prior ſancti Laurentii coram te fuiſſet de ſimoniæ, & adulterii crimine accuſatus, quendam, qui contra eum erat ducendus in teſtimonium, induxit, & juramento adſtrinxit, ut contra ipſum teſtimonium nequaquam perhiberet. Ideoque dubitas qualiter adverſus reum ſit procedendum, vel ſi teſtis ſupradictus eſt cogendus ad veritatis aſſertionem. Nos igitur attendentes, quod nemo debet (1) adverſario inſtrumenta, quorum appellatione teſtes continentur, ſubtrahere; & quod tam ille, qui ſubripit inſtrumenta, quam qui adverſario parem advocationis, ſeu defenſionis copiam ſubtrahit, iniquam oſtendit a ſe litem foveri, & experiri debeat in ſe judicis auctoritatem diluſam: præſentium auctoritate tibi taliter reſpondemus, quatenus ſi res ita ſe habet, adverſus prædictum reum ita procedas, quemadmodum eras (2) proceſſurus, ſi teſtis præfatus fuiſſet in cauſa productus, & ad detegendum quoque tantæ fraudis, & calliditatis commercium ipſum teſtem ad perhibendam rei veritatem omni ap. re. noſtra fretus auctoritate compellas: his quoque ceſſantibus ſive de adulterii crimine, ſive (3) ſimonia accuſatum reum eſſe evidenti ratione conſtiterit, diſtrictionem in eum canonicam exerceas omni ap. remota.

### CAPUT II.
*Alexander III.*

De præſumption. c. 1.

LItteris tuæ fraternitatis receptis, ex tenore illarum nobis innotuit, quod cum Petrus parochianus tuus ab A. muliere, quam in uxorem acceperat, tuo vellet judicio ſeparari; accuſatores matrimonii produxerunt teſtes firmiter aſſerentes, quod poſtquam prædicta mulier cum prædicto viro contraxerat matrimonium, conſanguineum viri, ſolum cum ſola, nudum cum nuda in eodem lecto jacentem, ea, ut credebant, intentione, ut eam cognoſceret carnaliter, viderunt; ſed & in multis ſecretis, & latebris ad hoc commodis & electis, tam horis, quam locis ſe præſentibus eis contigiſſe dixerunt, & publica fama conſentit; quod poſt contractum matrimonium ſe miſcuerunt adinvicem; quod in præſentia tua publice, ut aſſeris, ſunt confeſſi; quamvis id ſe ante (4) contractum matrimonium feciſſe negarant (5). Dicitur quoque de muliere prædicta, quod de marito ſeſe ſimulans concepiſſe, alienum partum jam baptizatum, ut fertur (6), ſe mentita eſt peperiſſe, & rebaptizari faciens, virum ſuum decepit. Procedente vero tempore, cum fama alieni empti partus fraudem detegeret, parentibus autem (7), a quibus eum emerat, occulte reſtituit: poſtea veneficum poculum, & alias vitæ inſidias viro paraſſe eadem mulier perhibetur. Quia ergo nos tua duxit fraternitas conſulendos, ſi ad ſolvendum matrimonium jam dictæ probationes ſufficiant: præſentium ſignificatione (8) tibi injungimus, quod tum ex confeſſione, tum ex violenta, & certa ſuſpicione fornicationis, præſertim, ſi quod de partu, & machinatione mortis, ut dictum eſt, probari valet, non immerito poteſt ſententia divortii promulgari; ita quidem, ut vir licentiam habeat mortua illa ducendi aliam, mulier vero ſine ſpe conjugii maneat.

### CAPUT III.
*Alexander III. F. Decano, & magiſtro R. canonico Remenſibus.*

CUM cauſam, quæ vertitur inter P. civem Remenſem &c. & infra. Si vobis conſtiterit, quod litteræ, quas prædictus P. nobis portavit, & nos ſub ſigillo noſtro vobis tranſmiſimus de conſcientia Ambian. Epiſcopi non fuiſſent compoſitæ, quæ omnino videntur ſuſpectæ, pro eo quod in eiſdem vitium grammaticæ artis continetur, in expenſis, quas idem presbyter ad nos veniendo fecit, ſæpe dictum P. condemnetis. Non ponitur.

## TITULUS XVI.
## DE JURE JURANDO.
### CAPUT I.
*Alexander III. Norvicen. Epiſcopo, pars cap. Conſuluit.*

ILlud etiam de vicariis, qui perſonis fide, & ſacramento obligati ſunt, duximus ſtatuendum, quod ſi fidei, & ſacramenti religione contempta perſonatum ſibi falſo aſſumentes, contra perſonas ſe erexerint, & ſuper hoc in jure vel confeſſi, vel convicti fuerint, de cetero in eodem Epiſcopatu ad officii ſui executionem non admittantur. De exceſſ. præ. c. 6.

### CAPUT II.
*Lucius III. Norvicen. Epiſcopo.*

QUia tua (9) nos duxit fraternitas conſulendos, cui ſtandum ſit juramento, cum clericos quoſdam religioſi viri jusjurandi religione conſtringunt ad majorem ſolita [10] penſionem ſolvendam, vel præſtandum aliquid beneficii præter ſolitam penſionem: cum autem inſtituuntur ab Epiſcopis, jurant, quod antiquam penſionem & ſolitam non augebunt. Tuæ igitur conſultationi breviter reſpondemus; quod, cum poſterius juramentum ratione, & Lateranen. concilii auctoritate juvetur, primo præjudicat, quod de cupiditate proceſſit. Juſtum eſt autem, ut clerici pro perjurio, quod vitare [11] non poſſunt, ab eccleſiis perpetuo excludantur. De jure jur. c. 11.

### CAPUT III.
*Urbanus III.*

SIcut ex litteris tuæ diſcretionis cognovimus, R. Prior monaſterii tui lator præſentium ira- c. 13. eod.

(1) Al. *debeat.* [2] Al. *fueras.* (3) Al. *ſeu.* (4) Al. *poſt.* (5) *Negarent.* (6) Al. *ferunt.* (7) Al. deeſt *autem.* (8) Al. *auctoritate.* (9) Al. *Tua.* (10) *Solito.* (11) Al. *qui jurare.*

UNED

iracundiæ calore ſuccenſus præcipitato mentis inſtinctu, temerario juramento firmaverit, quod in clauſtro ejuſdem monaſterii, quo ſe vinculo profeſſionis adſtrinxit, non eſſet ulterius cum Guidone monacho moraturus. Quærenti ergo tibi, quid ſuper hoc circa eundem monachum ſit agendum, reſpondemus, quod cum beatus Benedictus in regula ſua, quam fere omnes monachi profitentur, jurare omnino prohibeat, non licuit (1) monacho ſupradicto temerarium juramentum facere, maxime cum fidem profeſſionis frangeret, & ſtabilitatis ſuæ propoſitum vacuaret (2). Ideoque circa eum tua ſollicitudo provideat, quod talis ei pœnitentia injungatur, per quam omnipotenti Deo de ſuſcepto in vacuum ejus nomine ſatisfaciat, ut [3] alius quilibet exemplo ejus deterritus [4] ſimile aliquid pertimeſcat; ipſe vero in clauſtro, quod licite abjurare non potuit (5), cum ſtabilitate perpetua ſuam pœnitentiam exequatur; ita tamen, ne ex eo, quod ad præſentiam noſtram acceſſit, ſolita regularis beneficii portione privetur.

CAPUT IV.

*Gregorius III. univerſis [6] Chriſtianis.*

c. 13. eod. EX adminiſtrationis &c. Quoniam igitur creditores ad uſuras ſibi ſolvendas in manifeſtum periculum animarum juramento debitores adſtringunt; nos eorum ſaluti volentes juxta debitum officii noſtri proſpicere, & iniquum gravamen a debitoribus removere, & illis præcipue, qui ſe, vel auxilium dederint ad ſuccurſum terræ Hieroſolymitanæ præſtandum, uni. v. mandamus, quat. creditores ipſos ad juramenta ſuper uſuris ſolvendis præſtita relaxanda, ſublato contradictionis, & ap. ob. diſtrictionis eccleſiaſticæ ſeveritate cogatis.

CAPUT V.

*Clemens III. W. Regi Siciliæ.*

c. 14. eod. VEritatis amica ſimplicitas nullis verborum fallaciis, nullis appetit ambiguitatum involucris obſuſcari &c. Ea propter, Kariſſime in domino fili, audito, quod in magnitudinis tuæ præſentia quæſtio mota fuerit, utrum ex tenore noſtri reſcripti colligeretur, quod ſinguli heredum tuorum ſingulis noſtris ſucceſſoribus fidelitatis præſtare debent (7), & hominii juramentum: intellecta igitur etiam expoſitione dilectorum filiorum noſtrorum A. tt. ſanctæ Crucis in Hieruſalem (8), & P. tt. ſancti Laurentii in Damaſo presbyterorum Car. ſe. Ap. Legatorum, quæ ad nos fuit ſub ſigillorum ſuorum teſtificatione tranſmiſſa, a ſano intellectu eorum nolentes (9) aliquatenus diſſentire, ſerenitati Regiæ duximus intimandum, quod cum intentio noſtra ſit nil intolerabile tibi, tuiſque heredibus imponere, taliter in hoc articulo tibi duximus reſpondendum; ut heredes tui, qui nobis, vel alicui ſucceſſorum noſtrorum juraverint, alii jurare minime compellantur, catholicis tamen ſucceſſoribus noſtris, qui pro tempore fuerint, & hominii, & fidelitatis puritatem nihilominus, ac ſi juraſſent, omni tempore teneantur abſque tergiverſatione aliqua fideliter obſervare, niſi forte alicui eorum, ſicut perſonæ tuæ fuerit hominium de benignitate ſedis Ap. relaxatum: quæ tamen non cedat propterea a fidelitatis ſuæ obſervatione ſe immunem eſſe.

CAPUT VI.

*Cæleſtinus (10) III. Brunduſien. Epiſcopo (11), pars c. Cum non ab homine.*

VErum in ea quæſtione, quæ propter hoc quinto loco proponitur, an. ſ. ſacramenti vinculo abſolvantur, qui illud inviti pro vita, & rebus ſervandis fecerunt, ſecundum morem noſtræ eccleſiæ proſequentes, nihil aliud arbitramur, quam quod anteceſſores noſtri Romani Pontifices Zacharias, Gelaſius, Gregorius VII. & Urbanus II. atque alii arbitrati fuiſſe noſcuntur, qui tales a juramenti nexibus abſolverunt. Ceterum, ut agatur conſultius, & ab eis auferatur materia pejerandi, non eis ita expreſſe dicatur, ut juramenta non ſervent, ſed ſi non attenderint ea, non ob hoc ſunt, tamquam pro mortali crimine, puniendi. c. 15. eod.

CAPUT VII.

*Cæleſtinus III. pars c. Significavit.*

ITem ſi quis juraverit, ut acciperet aliquam in uxorem, & ipſum poſtea pœnituerit juraſſe, per cenſuram eccleſiaſticam compellendus eſt, ut ſi aliud canonicum non obſtat (12), ipſam accipiat, quam juraverit, niſi forte poſtea legitime cum alia per verba de præſenti contraxerit, tunc enim de fide mentita, juramento violato pœnitentiam agat, & cum ſecunda manebit. Non ponitur.

CAPUT VIII.

*Cæleſtinus III. Linconien. (13) Epiſcopo, & de Thaniæ (14), & de Labrire (15) Abbatibus.*

COnſtitutus in præſentia noſtra &c. & infra. Quo circa dis. v. per A. ſ. m. pr. qua. inquiratis ſuper his diligentius veritatem, & ſi vobis conſtiterit de præmiſſis, a ſupra dicto presbytero, prout juramento tenetur, faciatis memoratam eccleſiam reſignari; facta vero reſignatione præfatum G. Bochis (16) per eccleſiaſticam diſtrictionem ap. poſtp. compellatis, ut eccleſiam eandem (17) ſibi ipſi reſtituat, cum congrua recompenſatione fructuum perceptorum, ipſum pro tantæ præſumptionis audacia taliter punientes, quod pœna docente ſuum recognoſcat exceſſum, & alii, qui audierint, perpetrare (18) ſimilia pertimeſcant. Non ponitur.

TITULUS XVII.

DE PRÆSCRIPTIONIBUS.

CAPUT I.

*Alexander III. pars cap. Cum ſint homines.*

ILlud autem te ſcire volumus, & firmiter tenere, quod adverſus eccleſias minorem præſcriptionem, quam XL. annorum Romana eccleſia non admittit, licet quidam canones comprobent tri- De præſcr. c. 8.

(1) Al. *licebant.* (2) Al. *evacuaret.* (3) *Et.* [4] Al. *perterritus.* [5] Al. *poterat.* (6) Al. *viii. omnibus.* (7) Al. *debeant.* [8] Al. *Bethleem.* [9] Al. *nolumus.* (10) *Clemens.* (11) *Brundien. Archiepiſcopo.* (12) Al. *obſiſtat.* (13) Al. *Lancolien.* (14) Al. *Thani.* (15) Al. *Labrien.* [16] Al. *Bocl.* (17) Al. *ipſam.* [18] Al. *attemptare.*

UNED

tricennalem, & eccleſia ſe poteſt adverſus alteram quadragenaria temporis præſcriptione tueri de re illa, quam inconcuſſe XL. annis noſcitur poſſediſſe. Verum ſi de præſcriptione, & interruptione inter partes fuerit quæſtio mota, de utraque parte teſtes recipi debent, & ſi probata fuerit interruptio, præſcriptio non tenebit.

CAPUT II.

*Alexander III. Syracuſano Epiſcopo.*

c. 9. eod. QUia indicante (1) Abbate Cæſarien. monaſterii ſancti Petri comperimus inter eum, & Urbanum Abbatem monaſterii ſanctæ Luciæ gravem eſſe exortam de finibus quæſtionem, & ne ipſa inter eos valeat contentio prolongari, certamina eorum agrimenſoris diffinitione perſpeximus finienda: hortamur igitur, ut cum eo ad loca, de quibus eſt contentio, debeatis accedere, & loca, quæ in lite ſunt, in veſtra faciatis præſentia terminari quadraginta tantum annorum præſcriptione utrique parti ſervata.

CAPUT III.

*Lucius III.*

Non ponitur. SIgnificavit nobis W. clericus de Cothoſinori (2), quod, cum eccleſiam ipſam canonice ſit adeptus, & per XXX. annos, & amplius in pace poſſederit, S. clericus, qui pluribus beneficiis eccleſiaſticis dicitur habundare, ipſum obtentu quarundam litterarum, quas a ſanctæ recordationis Alex. Papa prædeceſſore noſtro dicitur impetraſſe, cum ea occaſione, quod filius ſit illius, qui proxime in eadem eccleſia miniſtravit, trahens in cauſam multipliciter inquietare præſumit. Quia igitur injuſtum eſt, & abſonum rationi, ut idem W. eadem eccleſia, ex quo in ea per tot tempora dicitur fuiſſe, debeat tali occaſione privari: dis. v. per A. s. m. qua. ſi quæ præmiſimus, veritate noveritis ſubnixa, ipſum a memorato clerico talis occaſionis obtentu non dimittatis ſuper eccleſia ipſa aliquatenus moleſtari, ſed faciatis eum ſicut juſtum videritis, eam (3) pacifice poſſidere.

## TITULUS XVIII. DE SENTENTIIS, ET RE JUDICATA.

CAPUT I.

*Alexander III. * Abbati Leyceſtriæ.* (4)

* *S. Albani, & S. Mariæ Leyceſtriæ Abbatibus*, Cujac. Non ponit. * *Edulfi*, C. * *de Carteſun.* Cujac. Poſt conc. L. p. 42. c. 2.

DIlecti filii noſtri Abbas, & fratres monaſterii ſancti * Ebrulfi (5) tranſmiſſa nobis inſinuatione monſtraverunt, quod cum A. clericus ſuper eccleſia de * Aleton. (6) quæ ad prædictum monaſterium dicitur pertinere, eis quæſtionem moviſſet, tacita veritate, non contra eos, ſed contra quendam vicarium, quem in eadem eccleſia conſtituerunt, ad ve. f. n. Epiſcopum Wigor. litteras impetravit, cum autem idem Epiſcopus prædictum vicarium una cum eodem A. ante ſuam præſentiam convocaſſet, vicarius ipſe, ac Prior prædicti monaſterii, qui caſu ad partes illas acceſſerat, memorato Epiſcopo dixerunt, quod idem vicarius ſuper prædicta eccleſia conveniendus non erat, cum eam non ſuo, ſed Abbatis nomine poſſideret, quia [7] ipſe exinde abſente Abbate, & ignorante reſpondere nullatenus tenebatur. Unde ad noſtram appellavit præſentiam, ſed prædictus Epiſcopus, quod vix credere poſſumus, appellationi non deferens, Abbate abſente, & ignorante, & ad reſpondendum non citato, eccleſiam ipſam prædicto * V. (8) adjudicavit, in quo facto prædictus Abbas, & fratres aſſerunt ſe gravatos eſſe (9). Quia vero ſollicitudini noſtræ incumbit viris eccleſiaſticis, & præcipue religioni deditis, & honeſtati, ſua jura integra ſervare (10), & id, quod inter alios fit, aliis non præjudicare, nec nocere debet (11), dis. v. per A. s. m. qua. partibus ante præſentiam veſtram convocatis, ſi vobis conſtiterit ita eſſe, prædicto Abbati, & fratribus prædictam eccleſiam cum fructibus jam (12) perceptis, amoto eo, qui in eadem eccleſia intruſus eſt, noſtra freti auctoritate, & oc. & ap. ceſſante reſtitui faciatis; reſtitutione autem facta, ſi de proprietate forte agere voluerint, cauſam audiatis, & eam ſub. ap. re. terminetis.

* *clerico*, C.

CAPUT II.

*Alexander III. Eborac. Archiepiſcopo, & Exonien. Abbati de Herfort.*

QUoniam quidam pridem canonicus de Prigileven. (13) in noſtra præſentia conſtitutus adverſus Priorem ſuum incontinentiæ vitium, & quod ejus electio canonica non fuerit, in audientia noſtra proponeret [14], nos cauſam v. f. n. Epiſcopo de P. & dil. f. Abbati de Fontibus cognoſcendam commiſimus, & terminandam &c. & infra. Horum omnium experientiæ veſtræ cognitionem committimus, & per A. s. m. vobis præcipientes, quatenus poſt harum ſuſceptionem litterarum, utramque partem ante præſentiam veſtram convocetis, aut ad locum illum pariter accedentes; qualiter ſupradicti judices in eadem cauſa proceſſerunt (15), & veritatem inquirere ſtudeatis, & ſi vobis conſtiterit eos a prædictis fratribus juramentum, quod prædiximus, ſuſcepiſſe (16), & antequam eos audirent, ſupra dictum [17] Priorem abſolviſſe, vos ſupradicto W. lo expenſas, quas ad nos veniendo, & a nobis redeundo feciſſe dignoſcitur, integre de ſupradicta eccleſia reſtitui faciatis, nihilominus cauſam ipſam ſuper his omnibus, quæ ſupradiximus, audientes per fratres juratos, veritate plenius cognita, quod juſtum vobis viſum fuerit, exinde contradict. & ap. ces. judicetis. Verum ſi prædictos judices inveneritis juramentum præſcriptum a præfatis fratribus recepiſſe, & poſt eorumdem juratorum depoſitiones præfatum Priorem abſolviſſe, nolumus hoc ſuſcitari, ſed abſolutionem ejus ratam, & firmam habentes, prædictum W. vel aliquem eorum, qui tunc ſtabant contra Priorem, ſuper illis, vel aliis capitulis nullatenus audia-

Non ponitur.



[1] Al. *judicante.* [2] Al. *Cotoſmor.* [3] Al. *fuerit, eandem.* [4] Al. *Laiceſtræ.* [5] Al. *Euſruldi.* (6) Al. *Allet.* (7) *Quare*, forte. (8) Al. *A.* (9) Al. deeſt, *eſſe.* (10) Al. *conſervare.* (11) Al. *debeat.* (12) Al. *inde.* (13) Al. *Prigilen.* (14) Al. *propoſuit.* [15] Al. *proceſſerint.* (16) Al. *recepiſſe.* (17) Al. *prædictum.*

diatis. Si vero in aliquem eorundem fratrum, poſtquam eos prædictus W. protectioni Rom. eccl. ac noſtræ ſuppoſuit, & ad noſtram audientiam appellavit, aliquam ſententiam eund. Priorem conſtiterit protuliſſe, eam decernatis auctoritate Ap. non temere, niſi idem Prior, ſicut præfati judices ſignificaverunt, ab eis abſolutus quemquem ipſorum alicui ſententiæ pro correctione ſubjecerit.

CAPUT III.

*Alexander III. Conventen. Epiſcopo, & Priori de Thevilla.*

Non ponitur. ** de Miſſelan.*

CAuſam, quæ vertitur inter P. (1) clericum, & R. presbyterum ſuper eccleſia ſanctæ Mildeburgæ (2) de * Milleſan. & Abbati de Veſan. (3) & tibi fili Prior de Chimille (4) commiſimus audiendam, & fine debito terminandam eo tenore, ſicut meminimus, ut ſi vobis conſtiterit prædictum clericum a prædicta eccleſia per manum laicam (5) fuiſſe violenter ejectum, & presbyterum prænominatum in eadem fuiſſe intruſum, amoto intruſo eidem clerico eccleſia ipſa cum fructibus inde perceptis reſtitueretur. Cum autem utraque partium ante præſentiam veſtram conſtituta fuiſſet, prædictus clericus, ſicut ex litteris veſtris percepimus, inſtitutionem ſuam canonicam, & violentam per manum laicam [6] ejectionem, & partis adverſæ intruſionem multorum tam laicorum, quam clericorum juramento præſtito probavit (7): e contra prædictus presbyter dicebat ſe in eadem eccleſia fuiſſe inſtitutum canonice, adiiciens, quod jam dictus clericus filius eſſet ſacerdotis ejus (8), qui in eadem eccleſia proximo miniſtravit, unde eam ſibi adjudicavimus exiſtimantes eum proxime patri ſuo ſucceſſiſſe, cum indignum ſit, & ſacris canonibus obvium, ut filius patri ſuccedat in eccleſiaſtico beneficio, in quo pater proximo noſcitur miniſtraſſe. Poſt latam vero ſententiam eodem clerico inſtantius nobis ſupplicante, quamvis ſententia contra eum tacita veritate lata fuiſſet: nos tamen de ſolita ſedis Ap. clementia miſericorditer agentes, diſ. v. per A. ſ. m. qua. rei veritatem diligentius inquiratis, & ſi vobis conſtiterit aliquam perſonam medio tempore memoratam eccleſiam, ut prælibatum eſt, tenuiſſe, & (9) eundem clericum ſuam poſſeſſionem, & violentam per manum laicam [10] ejectionem, & partis adverſæ intruſionem probaſſe, ſibi omni oc. & ap. ceſ. eccleſiam ipſam cum fructibus inde perceptis eidem reſtituatis.

CAPUT IV.

*Lucius III. Vig. Epiſcopo, pars cap. Ex litteris.*

De crimin. falſi, c. 3.

SUper eo autem, quod ſententiam auctoritate falſarum litterarum latam noluiſti executioni mandare, tuam plurimum prudentiam commendamus, mandantes, ut quotiens aliqua ſcripta, ſub noſtro nomine impetrata [11] redarguenda videris falſitatis, nullam eis adhibeas fidem, & quod per ipſas mandatum fuerit, non obſerves, ſed eum, qui præſentaverit, retineri facias diligenter.

CAPUT V.

*Clemeus III.*

TEnor litterarum tuarum nobis tranſmiſſus oſtendit, quod cum in Archipresbyteratu ſancti Germani inter R. & M. mulierem quæſtio matrimonii verteretur, ipſa teſtes pro matrimonio producente vir ad ſedem Ap. appellavit: cumque ve. f. n. Theoloſino (12) Epiſcopo cauſa commiſſa fuiſſet, quia terra illa tunc pro Regis morte turbata fuerat, mulier ſibi evidenti periculo viarum præcavens non poterat ſe judici, a quo jam tertio citata fuerat, præſentare, licet autem ad eum nuntium cum excuſatione tranſmiſeris, Epiſcopus tamen eundem R. poſtmodum muliere abſente ab impetitione ipſius abſolvit. Ceterum eadem mulier ad noſtram præſentiam veniens a nobis litteras ad te impetravit, ut de cauſa cognoſceres, & eam fine debito terminares, quoniam quidem coram memorato Epiſcopo pro commotione terræ non poterat diffiniri: dictus vero R. a te convocatus ad cauſam, infirmitate prætenta non adfuit, ſed quia nocte ſequente aliam ſibi copulare præſumpſit, in eum excommunicationis ſententiam promulgaſti, a qua poſtmodum abſolutus, cum ante te in propria perſona veniens, oſtendit litteras Epiſcopi memorati, quibus cum ab inquietatione ipſius (13), ob hoc abſolutum fuiſſe patebat, quod mulier ad præſentiam Epiſcopi non acceſſit. Quia igitur ſicut proponis, mulier eadē quotidie cum lacrimis clamat poſt te ſuos teſtes offerens ad probandum; quod idem R. eam deſponſationis anulo publice ſubarraſſet, tu quid ſuper his agere debeas, humiliter poſtulas edoceri. Igitur (14) inquiſitioni tuæ taliter reſpondemus, quod non obſtante tali illicita abſolutione, quam Epiſcopus fecit, in cauſa ſub. app. impedimento procedas, & eam debito fine decidas, eidem R. ſub pœna excommunicationis artius interdicens, ne ad eam, quam ſuper induxit, accedat, priuſquam fuerit cauſa deciſa: teſtes autem non reſpuas, quos de parentela ſua, vel alios, dummodo idonei ſint, prænominata M. duxerit producendos, cum conſanguinei ſuæ carnis (15), tum teſtibus, tam ex recitationibus (16) majorum, vel argumentis aliis melius, quam extranei ſuam conſueverunt cognoſcere parentelam.

De ſent. & re jud. c. 10.

CAPUT VI.

*Clemens III.*

COnſanguinei E. latricis præſentium, ſicut nobis tuis litteris intimaſti, productis rite [17] ſub examine tuo teſtibus compaternitatem inter ipſam, & virum ſuum legitime probaverunt, ita quod inter eos ſententiam divortii protuliſti: prædicta vero E. cum ſit tibi poſtmodum confeſſa, quod ejus commater in veritate ante ſententiam non fuiſſet, poſt ſeparationem compaternita-

c. 11. eod.

(1) Al. *B.* (2) Al. *Burg.* [3] Al. *Eiraſan.* (4) Al. *Cluil.* [5] Al. *laicalem.* (6) Al. *laicalem.* (7) Al. *comprobavit.* (8) Al. *illius.* [9] Al. deeſt, *&*. (10) Al. *laicalem.* (11) *Deſtinata.* [12] *Theatino*, Greg. IX. forte, *Teleſino.* 13) Al. *ſua.* (14) Al. deeſt, *igitur.* [15] Al. *tum chartis.* (16) Al. *renuntiationibus.* (17) *In jure.*

tatem cum eo contraxit, cum tandem ad ſecundas nuptias convolavit. Quia igitur reatum ſuum nunc cognoſcens, conſilium noſtrum [1] ſuper hoc expectat, tu etiam a nobis in hoc poſtulaſti reſponſum: ſ. t. præſentium pagina reſpondemus, quod propter ſolam confeſſionem mulieris non eſt recedendum a ſententia per judicium eccleſiæ rationabiliter promulgata, niſi forte in contrarium legitime probaretur. Ad ultimum vero eidem mulieri delictum ſuum tibi confeſſæ pœnitentiam illam injungas, quam juxta qualitatem perſonæ, & quantitatem exceſſus ei videris imponendam.

## TITULUS XIX.
## DE APPELLATIONIBUS.
### CAPUT I.
*Alexander III.*

De app. c. 29. & infra de jud. c. 1. hac collect. COnſuluit nos tua f. utrum ſit appellationibus deferendum a Kariſſimo in Chriſto filio noſtro I. Rege Francorum pro Judæis interpoſitis, ut mancipia detineant Chriſtiana, & utrum ſuſtinere debeas, quod de novo conſtruant ſynagogas, ubi eas nullatenus habuerunt &c. & infra. Unde non convenit, ut pro hujuſmodi appellationibus ab obſervatione decreti debeas abſtinere.

### CAPUT II.
*Alexander III. Januen. Epiſcopo.*

cap. 30. e. AD hæc [2], ſicut aſſeris, quandoque ſuper cauſa, quæ judici ap. re. committitur, altera pars appellat, aſſerens ſe pro eadem cauſa nuntium ſuum ad ſ. Ap. deſtinaſſe: ad quod taliter reſpondemus, quod judex, ſi conſtiterit ei ipſum appellantem, antequam partes citatæ eſſent, vel delegatio cauſæ perveniſſet ad ipſum, qui appellationis interponit obſtaculum, nuntium deſtinaſſe, factæ debet appellationi deferre; ſed ſi poſt citationem fuerit deſtinatus, ſatis poteſt exequi, quod mandatur.

### CAPUT III.
*Alexander III.*

cap. 31. e. DE Priore, qui non deferens protectioni noſtræ, & appellationi ad ſ. Ap. factæ, quendam canonicum ſuum veſtibus fecit omnibus uſque ad camiſiam ſpoliari, & eum accuſationi, & appellationi renuntiare coegit, quia de ſuis, & quorundam fratrum enormitatibus murmuravit: id tuæ ſollicitudini duximus inſinuandum, ut rei veritate diligenter inquiſita, ſi inveneris, quod pro evitanda diſciplina prædictus canonicus appellavit, eidem Priori propterea (3) nullam pœnam infligere debes, quoniam ſacroſancta Romana eccleſia hujuſmodi appellationem admittere non conſuevit, ne monachis, vel canonicis regularibus præberetur audacia delinquendi. Ceterum ſi præfatus canonicus Priorem propter ſuam (4) enormitatem manifeſtam (5), quæ ipſum notabilem reddunt (6) ad ſ. Ap. appellavit, ſi ipſe tali appellationi deferre contempſerit, eum cum litteris tuis veritatem continentibus de tanto exceſſu ſatisfacturum, ad ſ. Ap. venire compellas: ſuis autem in hac malitia complicibus talem pœnitentiam (7) infligas, quod ceteri audientes, ſimilia non audeant perpetrare.

### CAPUT IV.
*Alexander III.*

SUper eo, quod a nobis tua fratern. requiſivit, utrum appellationi, quam quis metu litterarum, quas ab adverſario ſuo a ſede noſtra audierit impetratas, interpoſuit, omnino ſit deferendum, & an nullæ partes ſint judicis, ad quem per adverſarium ejus, qui appellavit, tales litteræ fuerunt (8) a nobis impetratæ. Tuæ reſpondemus diſcretioni, tali nullatenus fore deferendum appellationi, eam namque fruſtratoriæ dilationis cauſa, veriſimile eſt interpoſitam fuiſſe. Non ponit.

### CAPUT V.
*Alexander III. Univerſis (9) Abbatibus.*

QUia nos elegit dominus in hereditatem ſibi, & a longe de alto proſpexit: paci, & tranquillitati veſtræ, quantum divina gratia concedit, proſpicere cupientes, Ap. vobis auctoritate concedimus, & indulgemus, ut Abbates veſtri ordinis, qui de aliqua publica infamia reſperſi, aut convicti publice ſunt, ab Abbatibus, & deinde in communi capitulo commoniti ſponte ſuæ prælationi cedere noluerint, ad ſe. Ap. appellandi facultatem non habeant, ſuum reatum per appellationem (10) defendendo. c. 32. eod.

### CAPUT VI.
*Alexander III.*

AD aures noſtras te ſignificante pervenit, quod, cum interdum tibi, vel (11) aliis cauſas ſub ap. re. delegamus, altera partium, ut examen valeat declinare judicis delegati, quæſtiones incidentes opponit, & cum in principali cauſa appellatio ſit remota, inappellationis tamen vocem prorumpit, appellationi ſuæ terminum non præfigens, ſicque partem aliam ſine proſecutione appellationis facit manere ſuſpenſam. Poſtulas igitur tibi, & aliis judicibus indulgeri, ubi cauſæ ſine appellationis remedio committuntur, poſſe vos incidentes quæſtiones ſine debito poſt. ap. terminare liceat (12). Ceterum cum incidentes ſæpius præjudiciales non immerito judicentur; petitioni tuæ in hac parte non duximus annuendum; ſed ne qua pars fruſtratoriis diutius * induciis affligatur, appellanti ad proſecutionem appellationis terminus congruus præfigatur, ita quod ſi appellationem non fuerit proſecutus, ex tunc, tam ſuper incidentibus quæſtionibus, quam ſuper cauſa principali ſtare judicio delegati judicis ap. poſt. compellatur; & ita nec uni commune remedium ſubtrahetur, nec erit alter fruſtratoriis dilationibus fatigatus (13). c. 33. eod.

* *judiciis.*

### CAPUT VII.
*Alexander III. Abulen. Epiſcopo.*

AD audientiam noſtram perveniſſe noveris, quod cum Zamorenſis Epiſcopus G. (14) presbyterum eccleſiæ ſancti Jacobi Zamor. quæ eſt c. 34. eod.



(1) Al. *tuum.* (2) *Ad hoc.* [3] Al. *propter hoc.* (4) *Suas.* (5) *Enormitates manifeſtas.* (6) *Reddit.* [7] Al. *pœnam.* (8) Al. *fuerint.* [9] Al. *omnibus.* (10) Al. *ap. diffugium.* (11) *Et.* (12) Al. deeſt, *liceat.* (13) Al. *impeditus.* [14] Al. *W.*

eſt propria Compoſtellanæ eccleſiæ, multipliciter moleſtaret, tandem idem presbyter, pro ejus (1) gravaminibus evitandis, ſe, & eccleſiam, ac parochianos ſuos noſtræ, ac Romanæ eccleſiæ protectioni ſubjecit. Sed præfatus Epiſcopus pro eo forte, quod expreſſim non appellavit, in eum poſt invocatum ſedis Ap. patrocinium, contra etiam privilegium Compoſtellanæ eccleſiæ indultum, excommunicationis ſententiam promulgavit. Licet autem præfatus presbyter ex ſimplicitate forte appellationis verbum non expreſſit, quia tamen poſtquam ſe, & ſua noſtræ protectioni ſubjecerat, non debuit ſine cauſæ cognitione aliqua ſententia condemnari: f. t. per A. ſ. m. qua. ſuper hoc inquiras diligentius veritatem, & ſi ita tibi conſtiterit, ſententiam, quam præfatus Epiſcopus in eundem presbyterum tulit, contrad. & ap. ces. denunties non tenere. Poſtmodum vero, ſi præfatus Epiſcopus adverſus presbyterum forte agere voluerit, cauſam audias, & fine debito decidas. Eundem quoque Epiſcopum ſtudioſius moneas, & inducas, ut a moleſtiis, & gravaminibus Compoſtellanæ eccleſiæ omnino deſiſtat, & ſic jure ſuo ſit contentus, ut ea, quæ ad prædictam eccleſiam ſpectant, ſibi nequaquam præſumat (2) uſurpare.

## CAPUT VIII.

*Lucius III. Barch.* (3) *Epiſcopo, & Abbati de Abanden.* (4) *& Priori Sanctæ Fridæ.*

Non ponit. EX conqueſtione B. clerici & infra. Quoniam igitur ea, quæ ſunt contra eccleſiæ diſciplinam, ratio poſtulat emendari: diſ. v. per A. ſ. m. qua. ſi quod aſſeritur, noveritis ratione ſubniti, præfatum R. a prædicta eccleſia ſub ap. ob. faciatis amoveri, & eandem B. præfato (5), ſi idoneus fuerit, aſſignari, non obſtantibus litteris noſtris pendente ap. a ſede Ap. impetratis. Si autem R. rationabile impedimentum non oſtenderit, quia non ſit appellationem interpoſitam proſecutus, eum in expenſas neceſſarias ap. re. alteri parti condemnetis.

## CAPUT IX.

*Clemens III.*

Non ponit. SIgnificavit nobis tua fratern. quod quidam in provincia tua vocati aliquando ad judicium venire contemnunt, & pro contumacia ſua per te, vel per aliquem ſuffraganeorum tuorum vinculo anathematis innodantur: tandem vero ad ſe redeuntes, offerunt ſe ad juſtitiam, & quod juri pareant, juris jurandi volunt religione firmare. Sed ne ante deciſionem cauſæ a ſententia poſſint excommunicationis abſolvi, pars adverſa appellationis ob. interponit: ſunt inſuper (6) alii, qui excommunicati ſe juramento præſtito juſtitiæ ſtare promittunt, ſed poſt abſolutionem ſuam diffugiunt, & appellant. Super his igitur f. t. duximus reſpondendum, quod abſolutio prædictorum, qui pro eo, quod cum venire noluerint ad cauſam excommunicationis ſententiam receperunt, prohibitione, ſeu appellatione adverſæ partis impediri non poteſt, dummodo parendi juri ſufficientem præſtent, & idoneam cautionem. Illi vero qui jurejurando promittunt ſe juſtitiæ parituros; & per appellationis obſtaculum ſubterfugiunt, niſi infra convenientem terminum appellationem fuerint proſecuti, a te cogi poſſunt, & debent, ut ſicut juraverint, ap. re. juris pareant æquitati.

## CAPUT X.

*Clemens III.*

TEnor litterarum tuarum Apoſtolatum noſtrum edocuit, quod cum (7) nobilis quidam C. de tuo Epiſcopatu recepto a prædeceſſore tuo primario lapide oratorium in ſtadio ſuo (8) conſtruxit, & cum ad inſtantiam ejus paratus eſſes conſecrationis munere illud inſignire; ab alio nobili fuit, ne procederes, in ejus, ut credis (9), odium appellatum. Tu autem volens appellationi pro ut fraternitatem tuam decuit, cum humilitate deferre, & a conſecratione abſtinuiſti, & terminum ei, infra quem debeat proſequi appellationem, præfixiſti: cumque appellationem ſit ille nullatenus proſecutus, & annus ſit a die appellationis elapſus, fundator prædictus [10] cōſecrationem dicti oratorii a te cum inſtantia petere non omittit. Quia vero præſumendum videtur, eum vere (11) propter gravamen, vel oppreſſionem aliquam in ſui juris diſpendium appellaſſe, cum voluntatem non habuerit infra præfixum ſibi terminum ſuper appellationis cauſa procedere, præſertim cum de jure communi anni ſpatium appellantibus ſit indultum, intra quod ſecundum ſe, communiterve litem exerceant: f. t. per A. ſ. m. quat. ſi ita proceſſum cognoveris, ſicut ipſarum habuit continentia litterarum, cum exinde fueris requiſitus, præſcriptum oratorium ap. ces. reddas munere conſecrationis inſigne. Non ponit.

## CAPUT XI.

*Clemens III.*

CUM in eccleſia &c. & infra. Accepimus a v. f. n. Lincon. (12) Epiſcopo tranſmiſſa nobis inſinuatione (13) querelam, quod quidam clerici de Valando (14) non gravaminis neceſſitate non compulſi, & nullius oppreſſionis mole gravati, ſed ſolo prætextu excutiendi a ſe jugum eccleſiaſticæ diſciplinæ, ut poſſint liberius in ſui erroris, & iniqui propoſiti libertate bacchari; ab audientia ſua vocem appellationis emittunt, & occaſione judicii tui, quod velle obſervare ſe jactant, ejuſdem judicis ordinarii ſine cauſa rationabili cognitionem evitant. Unde diſ. t. per A. s. m. qua. ſi quando contigerit aliquem de prædictis clericis a præfato Epiſcopo ad tuam audientiam appellare, non ante audientiam ſibi præbeas, nec ejus appellationem admittas, quam tibi conſtiterit appellationem ipſius, vel a gravamine, vel injuſta condemnatione porrectam: alioquin ipſum ad præfati Epiſcopi auditorium (15) re. ap. remittas, in ſuæ diſcuſſionis examine juſto ejus judicio pariturum. Sic etenim contumacia refrenabitur impro- cap. 38. e.

[1] Al. *hujuſmodi.* (2) Al. *permittat.* (3) Al. *Barcho.* (4) Al. *Abenden.* (5) *Prædicto B.* [6] Al. *etiam.* (7) Al. *ut.* (8) Al. *proprio.* (9) Al. *credit.* [10] Al. *ſupradictus.* [11] Al. *non.* (12) Al. *Lingon.* (13) Al. *conqueſtione.* [14] *Gallandenan.* (15) Al. *audientiam.*

proborum, & honor coepiſcopis debitus per fraternæ (1 viciſſitudinis obſervantiam in ſua libertate conſiſtet.

CAPUT XII.

*Clemens III.*

Non ponit. LIcet appellationis remedium ad levamen inventum fuerit oppreſſorum: nonnulli tamen clerici tuæ fraternitati ſubjecti, ſicut accepimus, ad appellationis diffugium malitioſe recurrunt, & dum examen tui judicii temere ſubterfugiunt, contingit ſæpius, ut non ſolum ipſi, ſed etiam alii, qui ab hujuſmodi culpa ſint penitus immunes, ad ſæculare judicium protrahuntur (2), unde fit, ut pro calumnioſis a laicis innocentes prolixius moleſtentur. Nos igitur tantæ incommoditati clericorum volentes paſtorali ſollicitudine providere, & laicis ipſis auferre materiam ſuggillandi clericos, vel eos ſub eorum (3) judicio coercendi, tibi nos ſuper hoc conſulere curanti, taliter duximus reſpondendum: ut ſi cujuslibet clerici tibi ſubjecti quæſtio fuerit ad tuam fraternitatem delata, & quod in quæſtione vertitur, XL. ſolidorum valentiam non attingat, clerico, qui ex hoc ad ſe. duxerit Apoſtolicam appellandum, neceſſitatem tibi non imponimus deferendi: quo minus ſi malueris, cauſam ipſam ſine ap. ob. valeas terminare, niſi manifeſta contra te ſuſpicionis cauſa fuerit oſtenſa (4).

CAPUT XIII.

*Clemens III.*

c. 39. eod. DIrectæ nobis tuæ litteræ declararunt (5), quod cum in præſentia tua cauſa cujuſdam matrimonii tractaretur, in qua pars viri conſanguinitatis vinculum opponebat, & pars mulieris ad ſedem Apoſtolicam * appellaſſet, nec appellationem ſuam præfixo termino ad proſecutionem ipſius, & [6] ad recipiendos Apoſtolos fuiſſet adveniente termino proſecuta, poſtmodum accedente parte mulieris ejuſdem, & renuntiatione appellationi, quam fecerat in cauſæ cognitione procedens, de parentela teſtes, & dicta teſtium recepiſti. Verum quia mulieris pars iterum appellavit, & a nobis poſtulas edoceri, utrum ad calculum ſententiæ procedere valeas, præſenti pagina reſpondemus, quod licet juxta decretum Lateran. Conc. poſtquam in termino proſequendæ appellationi ſtatuto appellans ſuam appellationem proſecutus non fuerit, auctoritate tua libere uti poſſis (7), tamen quia iterum appellavit, cum ſecundum jura ei licuerit in eadem cauſa appellare ſecundo, a juriſdictione tua ſe fecit exemptam, præſertim, cum hic ad ſeparationem matrimonii, quod eſt res favorabilis, intentio viri procedat, nihilque agendum ſit, niſi quod ſuſpicione careat, quod (8) & irreprehenſibile cenſeatur. Alius vero judex poterit eandem cauſam juxta dicta teſtium, qui poſt renuntiationem primæ appellationis rite admiſſi fuerint, & alia, ſi qua adhuc poterunt in eadem cauſa produci, ſecundum Deum, & ſancita canonum terminare.

* *appellaſſet, nec*, omittit Pariſ.

CAPUT XIV.

*Cæleſtinus III. pars c. A nobis fuit.*

PRæterea requiſiti fuimus, ſi quis judex ita protulerit ſententiam, niſi Semproniano infra x. (9) dies ſatisfeceris, te excommunicatum, vel ſuſpenſum, aut interdictum eſſe cognoſcas, & ille, in quem fertur ſententia, medio tempore appellans, ad diem ſtatutam (10) minime ſatisfecerit (11): utrum ille tali ſententia ligetur (12), an (13) interpoſitione appellationis tutus exiſtat. Videtur autem nobis, quod hujuſmodi ſententiam obſtaculum appellationis debeat impedire. c. 40. eod.

CAPUT XV.

*Cæleſtinus III.*

QUia requiſiſti a nobis fili Præpoſite quid agendum ſit, quando præbendam in eccleſia vacare contigerit, cum plures ex iis, qui nominati ſunt ibi, in vocem appellationis erumpant, interdicentes [14] expreſſi (15), ne ad electionem cujuslibet procedatur, conſultationi tuæ taliter reſpondemus, quod ſi appellationem, quam interponunt infra XL. dies proſecuti non fuerint, procedendum eſt poſtmodum appellatione nullius obſtante ad canonicam electionem perſonæ miniſterio eccleſiæ competentis. Non ponitur.

CAPUT XVI.

*Clemens (16) III. pars c. Prudentiam.*

SEcundo requiris, cum pluribus articulis in una commiſſione poſitis, in uno tantum contingit appellationem expreſſe vetari, utrum appellatio teneat, ſi ſuper aliis fuerit appellatum, in hoc (17) taliter reſpondemus, quod cum ſecundum beatum Gregorium, verba intentioni deſerviunt (18), & hæc ſit noſtra (19) intentio, ut de omnibus articulis, qui [20] in commiſſione noſtra ponuntur, juſtitia non obſtante ap. ſuum conſequatur effectum, in omnibus appellatio intelligitur interdicta; nihil enim intereſt, utrum primo, an ſecundo, medio, an in fine appellatio inhibeatur, cum ſicut nos docent utriuſque juris argumenta expreſſa, & (21) ea, quæ in principio reſcriptorum ponuntur, ad medium, & ad finem, illa vero, quæ in medio ad finem, atque principium ſæpe referri contingat. Tertio poſtulas edoceri, cum aliquis judicem tamquam ſuſpectum recuſat, an cauſam ſuſpicionis debeat allegare, & cauſam, niſi manifeſta ſit, coram eodem judice probare teneatur; utrum etiam judex poſſit in ipſo judicio, & negotio procedere, ſi ille, qui ſuſpicionem objicit, cauſam ejus non velit, aut (22) non poſſit in jure probare: in hoc nimirum duximus dandum tale conſultationi tuæ reſponſum, quod cum aliquis judicem ſuſpectum ſe habere proponit, ſuſpicionis cauſam coram eodem judice allegare tenetur, ne poſſit alius (23) quilibet pro ſuæ voluntatis arbitrio quodlibet judi- c. 41. eod.

(1) *Supernæ.* (2) *Pertrahuntur.* (3) Al. *eodem.* [4] Al. *objecta fuerit, & oſtenſa.* (5 Al. *intimarunt*, al. *deſtinarunt.* [6] Al. *nec*, al. *vel.* (7) Al. *poteris.* [8] Al. deeſt, *quod.* (9) Al. *xx.* (10) Al. *ſtatutum.* (11) Al. *ſatisfecit.* (12) Al. *alligetur.* (13) Al. *aut.* (14 Al. *contrad.* (15) Al. *expreſſe.* (16) *Cæleſtin.* (17) Al. *quo.* (18) Al. *deſerviant.* (19) Al. *noſtræ mentis.* (20) Al. *quæ.* (21) Al. deeſt, *&.* (22) *Vel.* (23) *Alias.*

dicium fruſtratorie declinare, ſed partes, ut in aliquem judicem, vel aliquos non valde remotos conveniant, per eundem tamen judicem, qui nominatur ſuſpectus, debent cogi, coram quo, vel quibus, ſi cauſa ſuſpicionis infra terminum competentem probata non fuerit, tunc demum auctoritate ſua utetur. Quod ſi coram ipſis, in quos convenitur, ejuſdem fuerit cauſa ſuſpicionis probata, judex recuſatus a cauſæ cognitione ſuperſedere tenebitur. Ipſa namque (1) ratio dictat, & plurimis probatur [2] exemplis, quia (3 ſuſpecti, & inimici judices eſſe non debent, cum in decretis ſit conſtitutum, nil gratius, vel amabilius dare quis magis valet inimico, * quem ſi ad impetendum commiſerit, quam lædere, & damnificare intendit. Illam vero præterea quæſtionem quarto loco proponis, utrum judex poſſit de officio ſuo cognoſcere, an fruſtratorie ſit, an cauſa rationabili ſit appellatum, & ſi appellans rationabilem appellationis cauſam non oppoſuerit, aut non probaverit, quam opponit, an judex hujus appellationis obtentu teneatur a cauſæ cognitione ceſſare, hic autem non placet aliter diffinire, quam ab anteceſſoribus noſtris, & utriuſque juris peritis fuit diffinitum. Cautum eſt enim in lege, quod ap. interpoſita, ſive ea recepta ſit, ſive non, tempore medio nihil innovari oportet, & canonica nihilominus tenent inſtituta, ut qui vult (4), vel quibus neceſſe fuerit, ad Romanam eccleſiam, quaſi ad caput ſuum confugere poſſint (5), & ſine impedimento quolibet appellare, ad quam nimirum ſine ulla calumnia, vel cuſtodia, vel excommunicatione, vel excuſatione, vel damnatione, vel ſpoliatione ire libere concedatur, quæ ſecundum ſanctorum canonum ſanctiones paſſim appellare permittit. Ideo judex cum ante ſe cauſam tractaverit, quam ſic per appellationem ſuſpenſam eſſe cognoverit, a cognitione cauſæ, quamcitius abſtineat.

* *quam.*

## CAPUT XVII.

*Cæleſtinus III.*

c. 42. eod.

AN ſit deferendum appellationi illius, quem adverſarius de exſpoliatione poſt ap. legitime interpoſitam ſibi facta paratus eſt convincere incontinenti, nos duxiſti per nuntios tuos conſulendos. Reſpondemus itaque quod cum in eo puniendus ſit, in quo deliquit, ſe beneficio reddidit appellationis indignum, qui appellationi deferre neglexit, unde nec ei appellanti eſſe deferendum cenſemus.

## CAPUT XVIII.

*Cæleſtinus III. H. Cant. Archiepiſcopo.*

Non ponitur.

APpellationis inhibitio, ſecundum quod exiſtimas, irrita eſſe videtur, ſi cum incidens quæſtio quælibet a convento in jure per exceptionem opponatur (6), ei nihilominus liceat appellare. Nos vero ita ſentimus, quod ſi talis fuerit (7) quæſtio incidens, ſine qua principale negotium terminari non poſſit (8), niſi forte in ea remedium appellationis expreſſe vetetur, ſuperſedendum eſt a cognitione principalis negotii, nec in cauſa principali ſub. ap. ob. uſquequaque vacuum eſſe dignoſcitur, cum ſi non acceſſerit incidens quæſtio, ſuum abſque impedimento cauſa proſequatur effectum.

## CAPUT XIX.

*Cæleſtinus III. Senogallen. Epiſcopo.*

Non ponitur.

LIcet ſit appellantibus deferendum, ut ſanctorum canonum approbant inſtituta, non tamen uſque adeo eſt appellantibus effrenata licentia relinquenda, metus [9] judicis evadendi, quod ea, quæ correctione indigent, in aliorum non (10) appellantium detrimenta, incorrecta remaneant, vel alterius jus eſſe oporteat diutius in ſuſpenſo, vel ei debeat aliquod præjudicium generari. Quo circa ven. in Chriſto fr. Epiſcope, felicis recordationis C. PP. prædeceſſoris noſtri veſtigiis inhærentes, charitati tuæ (11) præſentibus litteris auctoritate Ap. duximus indulgendum, ut cum a tuis ſubditis ad ſe. Ap. fuerit appellatum, licitum tibi ſit eccleſiaſtica cenſura cogere appellantem, ut infra xx. dies poſt appellationem interpoſitam iter arripiat ad ſe. Ap. veniendi; quod ſi forte facere noluerit, extunc in ipſo negotio procedendi appellatione non obſtante, niſi appellans impedimento canonico fuerit impeditus, liberam habeas facultatem.

# TITULUS XX. DE PEREGRINANTIBUS.

## CAPUT I.

*Cæleſtinus III. Abien. Epiſcopo.*

De cler. peregr. c. 1.

COnquerente I. presbytero intelleximus, quod, poſtquam iter artipuit ad nos veniendi, quidam res ejus diripere præſumpſerunt, licet autem idem presbyter res ſuas, & eccleſiæ, & ſe in (12) protectione noſtra non poſuerit, cum ad nos acceſſit, quia tamen propter hoc non debuit rebus ſuis ſpoliari, cum ii, qui accedunt ad præſentiam noſtram, & res eorum ſub Apoſtolica debeant protectione eſſe ſecuri, f. t. m. qua. quidquid eidem presbytero poſt iter arreptum ad nos veniendi ſubtractum eſt, vel ablatum ſibi omni ap. re. reſtitui faciatis (13) incunctanter.

# TITULUS XXI. DE CONFIRMATIONE UTILI, VEL INUTILI.

## CAPUT I.

*Cæleſtinus III.*

De confirm. util. c. 3.

BOnæ memoriæ Alanus quondam canonicus veſter, qui apud ſedem Ap. diem concluſit extremum, ſuper quibuſdam nos conſulere ſtuduit, quæ ſecundum tenorem veſtræ 14 reſponſionis vobis neceſſario duximus intimanda; propoſuit autem ſententiam per falſa inſtrumenta a delegatis judicibus fuiſſe prolatam, quæ nimirum vera eſſe credebantur. Intra decimum quoque diem ille, contra quem ſententiatum erat (15), falſita-

(1) Al. *utique.* [2] Al. *compr.* (3) Al. *quod.* (4) Al. *volunt.* (5) *Poſſunt.* (6) Al. *opponitur.* (7) *Fuit.* (8) Al. *poterit.* (9) Al. *motum.* (10) Al. *&.* (11) *Veſtræ.* (12) Al. *ſub.* (13) Al. *facias.* (14) Al. *noſtræ.* (15) *Fuerat.*

ſitatem inſtrumentorum advertens, ab illa ſententia in vocem appellationis, prorupit. Judices tamen nihilominus executioni ſententiam mandaverunt. Ceterum appellans, itinere ſtatim ad Ap. ſe. arrepto, litteras de retractanda ſententia impetravit, adverſarius autem ipſum caute præveniens confirmationis promulgatæ ſententiæ reſcriptum jam fuerat aſſecutus, tamen in quo nulla factæ appellationis (1) mentio habebatur. Ad hoc (2) itaque requiſiſti, quæ quibus litteris præjudicium faciant. Reſpondemus, quod poſteriores debent præjudicare prioribus; ab hac ſiquidem prima conſultatione quæſtio quaſi (3) ſuborta exhibita eſt in auditorio noſtro ſecunda, quæ ita ſe habet. Si in eiſdem videlicet poſterioribus litteris hæc clauſula poneretur, non obſtantibus aliquibus litteris confirmationis latæ ſententiæ audiatur cauſa, & ea fine debito terminetur, utrum ſic primæ revocari deberent, ad hoc dicimus, quod per ultimas primæ forent penitus revocandæ. Verum ſi dicatur [4], ſicut frequentius in litteris Ap. conſueverunt (5) apponi, nullis litteris veritati, & juſtitiæ præjudicantibus, vel ſub alia forma verborum, dummodo non diceretur de litteris confirmatis expreſſe. Dicimus, quod primæ tamdiu vigorem ſuum habere debent [6], donec de iniqua, & falſa ſententia cognitio plenior haberetur.

# LIBER TERTIUS.

## TITULUS I.

## DE VITA, ET HONESTATE CLERICORUM, ET COHABITATIONE MULIERUM (7).

### CAPUT I.

*Lucius III. Ex conc. Moguntino.*

De cohabit. cleric. c. 7.

VEſtra duxit devotio inquirendum, ut conſulamus fratribus veſtris parochiales eccleſias adeuntibus, quarum clerici concubinas habere creduntur (8). De hoc enim diverſæ videntur ſacrorum canonum ſententiæ emanaſſe. Alicubi enim dicitur: nullus audiat miſſam (9) ſacerdotis, quem ſcit concubinam habere indubitanter. Alibi vero legitur: non poteſt aliquis quantumcumque pollutus, divina ſacra polluere quæ purgatoria primitiarum cunctarum contagionum (10) exiſtunt: qualiſcumque enim ſacerdos ſit, quæ ſancta ſunt, coinquinari non poſſunt: ſumite ergo ab omni ſacerdote intrepide Chriſti myſteria, quia omnia in Chriſti fide purgantur. Ceterum aliud eſt crimen notorium, aliud occultum; notorium diffinitur, de quo presbyter canonice condemnatur: aliud eſt occultum, quod ab eccleſia adhuc toleratur. Ceterum aliud eſt, quando crimen notorium non diffitetur presbyter, vel de ipſo eſt canonice condemnatus; aliud eſt pœne occultum, vel (11) ab eccleſia toleratum [12]. Item aliud eſt a talium officiis abſtinere, ut peccandi licentia ceteris auferatur, & hujuſmodi ad pœnitentiæ fructum trahantur; atque aliud, ſi tamquam jacentium in fornicatione myſteria reſpuantur. Sine dubitatione itaque teneatis, quod a clericis, & presbyteris tamquam [13] fornicariis, quamdiu ab eccleſia tolerantur, nec habeant operis evidentiam, licite audiantur divina officia, & alia recipiantur eccleſiaſtica ſacramenta.

## TITULUS II.

## DE CLERICIS CONJUGATIS.

### CAPUT I.

*Alexander III. pars cap. Cauſam.*

De cleric. conjug. c. 4.

SAne ſacerdotes illi, qui nuptias contrahunt, quæ non nuptiæ, ſed contubernia ſunt potius nuncupanda, poſt longam pœnitentiam, & vitam laudabilem, continentes officio ſuo reſtitui poterunt, & ejus executionem ex indulgentia ſui Epiſcopi habere.

### CAPUT II.

*Cæleſtinus III.*

Non ponitur.

EA eſt ſedis Apoſtolicæ præminentia, ut ad ipſam ab eccleſiarum prælatis, & etiam aliis miniſtris eccleſiarum in dubiis recurratur, & id ſuper his inviolabiliter obſervetur, quod ejus fuerit arbitrio diffinitum. Ex tua quidem nobis eſt parte propoſitum, quod cum B. clericus puellam quandam per verba de præſenti legitime deſponſaſſet, antequam eam cognoviſſet carnaliter, contra ſtatutum Romanæ eccleſiæ legatorum de non recipiendis uxoratis eccleſiæ tuæ (14) canonicis eſt promulgatum a bonæ memoriæ prædeceſſore [15] tuo, ignorantem (16) illum conjugali vinculo copulatum in eccleſiæ tuæ canonicum eſt promotus, qui præbendam ipſius eccleſiæ detinere contendens, mulierem ipſam traducere prætermittit; qua de cauſa puella illa cum inſtantia magna requirit, ut vel ei vir ſuus reddatur, vel ei nubendi alii ſine alicujus contradictione [17] licentia tribuatur. Super quo f. t. duximus reſpondendum; ut, ſi res ita ſe habet, memoratum clericum, qui fraudulenter eccleſiæ tuæ præbendæ beneficium adeptus eſt, eodem beneficio prives, & ad uxorem ſuam, a qua taliter ſeparari non potuit, redire compellas. Super alio etiam articulo reſponderi tibi a ſedis (18) Ap. oraculo poſtulaſti, quod (19) videlicet, cum ab eccleſiæ Rom. legatis fuerit inſtitutum, ut uxorati non deberent de cetero ad ſacros ordines promoveri, quidam clerici poſt promulgationem conſtitutionis illius ſacros recipere ordines præſumpſerunt, & uxores ſuas detinere contendunt, de quibus tuæ f. contulimus, & mandamus; ut eis executionem ordinum interdicas, & beneficia etiam eccleſiaſtica ſubtrahere non omittas. Debent enim

(1) Al. *de facta ap.* (2) Al. *Adhuc.* (3) Al. deeſt *quaſi*, al. deeſt *quæſtio.* (4) Al. *diceretur.* (5) Al. *conſuevit.* (6) Al. *habent.* (7) Al. *De habitatione clericorum, & mulierum.* (8) Al. *dicuntur.* (9) Al. *miſſas.* (10) Al. *cogitationum.* (11) Al. *quod.* (12) Al. *toleratur.* [13] Al. *quamquam.* (14) Al. *in eccleſia tua.* [15] Al. *anteceſſore.* (16) *Ignorante.* (17) Al. *contradictionis ob.* (18) Al. *ſede.* (19) Al. deeſt *quod.*

enim pro meritis pœnam reportare, quia ſcienter contra ſtatuta legatorum Ap. ſe. auſu temerario venire præſumunt.

TITULUS III.

DE CLERICIS NON RESIDENTIBUS IN ECCLESIA P. (1)

CAPUT I.

*Alexander III. Eboracen. Archiepiſcopo.*

De cleric. non reſid. cap. 5. FRaternitati tuæ duximus indulgendum, ut ſi clerici, qui in eccleſiis tuæ juriſdictionis beneficium ſunt adepti, ad aliquam [2] diœceſim abſque licentia, & aſſenſu tuo morandi cauſa tranſierunt (3); liceat eos tibi beneficiis, quæ a te habent, ſpoliare, niſi forte ſcholaſticis diſciplinis invigilaverint, aut rationabilem cauſam tibi oſtenderint, quare reverti non debeant. Præterea clericum alterius diœceſis abſque commendaticiis litteris ſui Epiſcopi, niſi pro eo preces, aut mandatum ſedis Ap. receperis, non debes recipere.

CAPUT II.

*Alexander III. Lingon. Epiſcopo.*

c. 9. eod. COnquerente nobis R. presbytero accepimus quod G. ab eo pro eccleſia ſua, de qua, ſicut dicitur, vitæ neceſſaria vix percipere poteſt, annuatim viginti ſol. extorquere conatur, aſſerens beneficium illud in eadem eccleſia ſibi fuiſſe collatum, quamquam eidem eccleſiæ, ſicut accepimus, non deſerviat, & alia beneficia ſibi ſufficientia habeat, & poſſideat. Quoniam igitur indecens eſt, & non conſentaneum rationi, ut idem cum alia eccleſiaſtica beneficia ſibi ſufficientia habeat, & poſſideat, ab eccleſia, cui non deſeruit [4] beneficium quærat: f. t. per A. ſ. m. quat. ſi tibi conſtiterit, quod vel G. habeat eccleſiaſtica beneficia ſibi ſufficientia, vel quod eidem eccleſiæ non deſerviat, ſibi ſuper præſcripto beneficio ſilentium imponas ap. re.

CAPUT III.

*Cæleſtinus III.*

c. 8. eod. EX parte veſtra noſtro Apoſtolatui fuit reſeratum, quod licet dilectus filius N. Cenoman. Archidiaconus ſit eccleſiæ veſtræ Decanus, tamen quod in partibus Gallicanis ſibi potius habitationem elegit, jam per annorum decem ſpatium, veſtra eccleſia ipſius præſentiam habere nequivit. Quia igitur nolumus, ut eadem eccleſia Decani officio defraudetur, univerſitati veſtræ per A. s. m. qua. Archidiacono memorato ſcribatis, ut eccleſiam veſtram viſitare dignetur, & ſuum ibidem, ut Decanus, officium debeat exercere (5). Quod ſi forte vocatus venire noluerit; eligendi Decanum, qui præeſſe veſtræ eccleſiæ valeat, & prodeſſe, extunc vobis concedimus liberam facultatem.

TITULUS IV.

DE PRÆBENDIS.

CAPUT I.

*Alexander III. Januen. Epiſcopo.*

De præbendis, cap. 15. CUM non ignores, quod una eccleſia unius debet (6) eſſe ſacerdotis, mirabile gerimus & indignum, ſi uni perſonæ locum in pluribus eccleſiis velis concedere, & in Epiſcopatu tuo inducere conſuetudinem Gallicanæ eccleſiæ, quæ cum unum ad plura recipiat beneficia, contra ſacrorum canonum inſtituta, non comprobatur a nobis, licet non poſſit præ multitudine delinquentium emendari. Cum (7) igitur nuntius illius presbyteri, qui in duabus eccleſiis locum habere conatur, & quidam clerici eccleſiæ ſancti G. de Raballo, in qua locum ſe habere dicebant, ad præſentiam noſtram acceſſerunt; nos attendentes non eſſe conveniens, vel honeſtum, ut idem presbyter locum in duabus eccleſiis habeat, volumus & m. quat. illo beneficio, quod habet, faciatis [8] eum manere contentum: quod [9] ſi forte Archipresbyter, & clerici alterius eccleſiæ in eum conſenſerint, eis nunc diſſidentibus, cum ipſorum ſcandalo non debet locum in ipſa eccleſia, vel quærere, vel habere.

CAPUT II.

*Alexander III. Elien. Epiſcopo, pars c. Veniens.*

CEterum ſi memoratus P. clericus in aliis eccleſiis vicarias habet, & etiam eccleſiaſticos Non ponitur. redditus, de quibus poſſit (10) commode ſuſtentari, eum a vicaria præſcriptæ eccleſiæ de tali loco, confirmationis noſtræ litteris non obſtantibus ap. ceſſante removeas, & eandem eccleſiam eidem P. reſtituere non poſtponas, dummodo velit, & debeat in presbyterum ordinari, & per ſemetipſum in eadem eccleſia ſervire domino [11].

CAPUT III.

*Cæleſtinus III.*

AD audientiam noſtram perveniſſe cognoſcas, Non ponit. quod cum in tua provincia, & in aliis etiam Teutonicæ terræ conſuetudo nimium prava (12) convaluit, quod videlicet præpoſiti, & alii, quibus ſecundum morem terræ noſcitur attributa poteſtas, in loco decedentium perſonarum perſonis aliquibus aſſignandi præbendas quandoque proprios filios, quos in ſacris ordinibus conſtituti genuerunt, ſubſtituunt decedentibus, per quod ſæpe cõtingit, uno, eodemque tempore patrem, & filium in eadem eccleſia miniſtrare, & proventus accipere præbendarum. Præterea commutationes præbendarum, & dignitatum quidam clerici contra Turonenſis ſtatuta concilii temeritate propria non verentur facere. Nolentes igitur hæc incorrecta relinqui, mandamus quatenus per totam provinciam tibi ſubjectam auctoritate noſtra, & tua prohibeas, ne talia ulterius attemptentur. Quod ſi poſt inhibitionem tuam fuerit attemptatum (13), corrigendi liberam habeas facultatem. Studeas etiam, quæ præſumpta ſunt ſupraſcripta, juxta formam canonicam, prout melius poteris, emendare.

TITULUS V.

DE CLERICO ÆGROTANTE.

CA-

(1) Al. *præbendaria eccleſia.* (2) Al. *aliam.* (3) Al. *tranſierint.* (4) Al. *deſerviat.* (5) Al. *officium exerceat.* (6) Al. *debeat.* (7) Al. *Quoniam.* (8) Al. *facias.* (9) Al. *quia.* (10) *Poſſet.* (11) Al. *domino ſervire.* (12) Al. *perverſa.* (13) Al. *fuerint attemptata.*

### CAPUT I.

*Clemens III. Raven. Archiepiſcopo.*

De corpor. vit. c. 4.

SIgnificavit nobis R. Archipresbyter ſancti Stephani de Longaſco [1], quod R. presbyter credens ſe obſequium præſtare Deo, ſibi fecit virilia amputari; ſed cum idem Archipresbyter ſit ſenectute gravatus, nec relinquere valeat presbyterum memoratum, nobis humiliter ſupplicavit, ut ei concedere debeamus, ea, quæ præter miſſam ad ſacerdotem pertinent, miniſtrare. Quo circa mandamus, qua. inquiras diligenter (2) veritatem, & ſi jam dictum presbyterum alias dignum inveneris, ei ſacerdotale miniſterium abſque omni altaris miniſterio auctoritate noſtra fretus, & tua, prout videris expedire, concedas.

### CAPUT II.

*Clemens III.*

De cleric. ægr. c. 4.

TUA nos duxit fraternitas conſulendos &c. & infra. De ſacerdote vero, qui divino judicio lepræ morbo reſperſus in parochiali eccleſia prælationis officio fungitur, tibi duximus intimandum, quod pro ſcandalo, vel abominatione populi debet ab adminiſtrationis officio removeri; ita quidem, quod juxta facultates eccleſiæ, ſibi neceſſaria, quamdiu vixerit, miniſtrentur.

## TITULUS VI.
## DE INSTITUTIONIBUS.

### CAPUT I.

*Ex concilio Arelatenſi.*

De inſtitut. cap. 1.

NON amplius ſuſcipiantur in monaſterio monachorum, aut (3) clericorum, ſeu etiam puellarum, quam [4] quot ſe regere de bonis eccleſiæ abſque penuria eccleſiæ poſſint.

### CAPUT II.

*Aug. III.* (5)

Non ponit.

IN congregandis clericis modus diſcretionis teneatur, videl. ne plures admittantur, quam facultas eccleſiæ eis canonice attributa ſufferre [6] poſſit.

### CAPUT III.

*Aug.* (7)

c. 2. eod.

IN eccleſia veſtra certum numerum canonicorum, ſicut nobis innotuit, communiter inſtituere curaviſtis, & inſtitutionem veſtram religione firmare juramenti. Unde quia numero illo ſucceſſu temporum deminuto, in dubitationem deducitis, utrum ipſum numerum de inſtitutione canonicorum ſupplere poſſitis, cum laicis computatis, qui in eccleſia veſtra canonicorum titulo nominantur, & ſtatutus numerus ſit impletus, ſedem Apoſtolicam conſulere voluiſtis. Ut autem hæc ambiguitas a veſtris cordibus auferatur, nobis videtur, quod laici non debeant in canonicorum numero cōputari, nec vos debeatis differre, quominus ſtatutum numerum juramento præſtito roboratum de aliis clericorum perſonis idoneis canonicos ſuppleatis; nec enim alia veſtra intentio fuiſſe putatur, quam quod tales ad ſupplendum numerum, cum neceſſe fuerit (8), curaretis unanimiter invenire, per quos Deo in divinis officiis per eccleſiaſticos ordines congrue ſerviretur: ad hæc vero diſtrictius prohibemus, ne de cetero laicos in canonicos admittatis.

### CAPUT IV.

*Auguſtinus* (9).

EA noſcitur & infra. Ad audientiam noſtram ſiquidem te ſignificante pervenit, quod quædam eccleſiæ infra tuam diœceſim, & ad tuam juriſdictionem ſpectantes, cum in eis fuerint prius clerici ſæculares, ad regularem obſervantiam ſint (10) translatæ: verum, in qua aliquando XX. clerici ſoliti honeſte fuerant ſuſtentati, vix modo VII. in ea, vel VIII. monachi commorantur, & ubi decem fuerant clerici, nunc quattuor, vel tres monachi ſunt ſtatuti, cum poſſeſſiones non ſint modo deminutæ, nec aliqua alia, ex quibus clericis ſubſidia ſolebant provenire: quapropter ſuper his quid tibi ſit amodo faciendum, noſtris petiſti litteris edoceri. Ne igitur eccleſiis illis ex mutatione hujuſmodi Dei obſequium diutius maneat imminutum, fraternitati tuæ præſentis ſcripti pagina duximus indulgendum, ut ſi prælati, ad quos eccleſiæ iſtæ pertinent, ad commonitionem tuam in eis tantum religioſorum numerum inſtituere (11) prætermiſerint, quantus ex earum proventu honeſte valeant ſuſtentari, liberum tibi ſit in eis tot religioſas perſonas ejuſdem ordinis contradictione, & ap. ces. ſtatuere, quot earum (12) redditus ſuffecerint ad neceſſaria providenda: liceat quoque tibi (13) per diſtrictionem eccleſiaſticam, quos contradictores inveneris, & ap. ceſſ. cogere ad obſervantiam eorum, quæ ſuper his duxeris ſtatuenda. Non ponit.

### CAPUT V.

*Lucius III. Abbati de * Rameſſaja* (14), *&* *Archidiacono Exonien.* (15)

* *Rameſenſi*, alias, *Rameſtrenſi*, C. Non ponit.

VEniens ad Apoſtolicam ſedem, &c. & infra. Interim autem R. clericus, qui eccleſiam (16) alieno nomine poſſidebat, furto eſt irretitus, & exinde quia crimen ejus notorium fuit, rebus furtivis in arca ſua repertis, graviter puniri metuens, eo quod ad regias aures ſcelus ejus pervenerat, habitum religionis ſumpſit (17), quem infra annum abiiciens, ſedem Apoſtolicam adiit, & ſcriptum Apoſtolici culminis impetravit, in quo continebatur, quod ſi monſtrare poſſet, quod timore mortis clauſtrum intraſſet, a religionis voto abſolveretur a vobis, tacito quod timor ille ex prava conſcientia perpetrati ſceleris proveniebat (18), & infra. Diſcretioni veſtræ (19) per A. s. mandamus, qua. cum exinde requiſiti fueritis, in unum pariter convenientes, utramque partem ante præſentiam veſtram convocetis, & inquiſita horum veritate, quæ dicta ſunt, & plenius cognita, cauſam ipſam ap. re. fine canonico terminetis, ita quod ſi vobis conſtiterit, quod crimen notorium fuerit, & timore illo ſæpe dictus R. religionem ſuſcepit, & quod idem V. per Archiepiſco-



(1) Al. *Longaz.* (2) Al. *diligentius.* (3) Al. *ſeu.* [4] *Niſi.* [5] Al. *Eugenius.* (6) Al. *ſufficere.* (7) Al. *Eug. I.* [8] Al. *foret.* [9] Al. *Eug.* (10) Al. *ſunt.* (11) Al. *reſtituere.* (12) Al. *eorum.* (13) Al. *licitum tibi ſit quoque.* (14) Al. *Rameſeja.* (15) Al. *Oxom.* [16] Al. *res*, al. *eam.* (17) Al. *aſſumpſit.* [18] Al. *proveniſſet.* (19) Al. *tuæ.*

UNED

ſcopum fuerit canonice inſtitutus, ei eccleſiam ipſam ap. & oc. ceſ. faciatis reſtitui, & libere, pacificeque dimitti, non obſtantibus litteris noſtris ſi taliter (1) fuerint, pro ut diximus, impetratæ.

## TITULUS VII.
## DE CONCESSIONE PRÆBENDARUM.
### CAPUT I.
*Alexander III. Wigor.* (2) *Epiſcopo.*

Non ponit. Poſt conc. Lat. p. 37. cap. 1.

EX transmiſſa conqueſtione (3 R. clerici innotuit, quod cum eccleſia de V. (4) a monachis de N. ad quos jus illius eccleſiæ ſpectare dignoſcitur, ei conceſſa fuiſſet tunc temporis, cum V. clericus, qui lepra tactus fuiſſe perhibetur, eam poſſideret, timens, ne ſuper eandem conceſſionem aliqua innovatio fieret, ad ſe.Ap. appellavit, &ad nos ſuum nuntium deſtinavit.Quoniam igitur univerſis Dei fidelibus, & iis maxime, qui clericali dediti ſunt officio, in ſuis juſtitiis adeſſe teneamur; dis. v. per A. s. m. quatenus, ſi vobis conſtiterit, prædictam eccleſiam prædicto (5) R. taliter fuiſſe conceſſam, & poſt ap. ſuper ipſa eccleſia ad nos factam, in ea inveneritis alium inſtitutum, eo inde amoto eccleſiam ipſam nullius ap. & contra. ob. jamdicto R. faciatis dilatione poſtpoſita aſſignari, non obſtante eo, quod eadem conceſſio facta fuit tempore prædicti W. 6) ſi ipſum prænominato morbo manifeſtum fuerit laboraſſe. Teſtes autem, quos idem R. nominaverit, moneatis, & inducere curetis, ut amore juſtitiæ teſtimonium perhibeant veritati.

### CAPUT II.
*Lucius III.*

Non ponit. Poſt conc. Lat. p. 47. c. 10.

AD aures noſtras E. clerico inſinuante pervenit, quod C. presbyter in eccleſia beatæ Mariæ ante portam de Glodeſtria monachorum perpetuam vicariam obtinuit, qui cum ceſſiſſet (7 in fata, Abbas, & monachi illius loci divino intuitu præſcriptam ei eccleſiam conceſſerunt. Cum autem per præfatum Abbatem, & capitulum ad eam vicariam præfatus E. diœceſano Epiſcopo fuiſſet repræſentatus, quidam Conſtantius nomine inſtitutionem ejus quarundam litterarum intuitu continentium, quod idem Abbas ei eccleſiam, quæ primo vacaret, conceſſerat, impedivit. Inde eſt, quod dis. v. per A. s. m. quaſi præfatus I. (8) a vobis ſuper hoc requiſitus aliam cauſam rationabilem non prætenderit (9), niſi conceſſionem eccleſiæ, quæ primo ita vacaret, pro ejus contradictione, vel appellatione nullatenus omittatis, quin auctoritate noſtra diœceſano Epiſcopo mandetis, ut ad repræſentationem prædicti Abbatis, & monachorum, ſupraſcriptum E. ad vicariam præſcriptam recipiat, & ei curam animarum committat, ſicut moris, & juris eſt, ſi aliud non eſt, quod ejus inſtitutionem debeat impedire.

### CAPUT III.
*Clemens III.*

Non ponitur.

EA noſcitur &c. & infra. Ex tua ſi quidem nobis eſt parte propoſitum, quod dubium tibi exiſtat, utrum illorum ſit appellationibus deferendum, qui occaſione promiſſionis ſibi factæ ſuper eccleſiis non vacantibus, cum eis prætermiſſis vacantes poſtmodum eccleſias intelligunt aliis conferendas, in vocem appellationis erumpunt. Super quo. f. t. duximus reſpondendum, quod cum promiſſiones hujuſmodi in concilio Lateranen. ſint prohibitæ, niſi ſe. Ap. auctoritas intervenerit, vel aliud quid rationabile obviaverit, pro hujuſmodi appellationibus non debet vacantium eccleſiarum inſtitutio prorogari, vel aliquatenus impediri.

### CAPUT IV.
*Clemens III. Remenſi Archiepiſcopo.*

Non ponit.

INſinuavit nobis dilectus filius noſter C. nepos, & acolytus noſter, quod cum I. olim Abbas ſancti Vedaſti Atrebaten. conceſſiſſet ei in præſentia plurium eccleſiam primo vacantem, voluntate poſtmodum commutata cuidam alii eccleſiam de Lovegenes (10), quæ primo vacuit, cuidam alii, ipſo C. ignorante, contulit, & conceſſit. Verum cum poſt obitum ipſius Abbatis hoc ad ejuſdem C. notitiam perveniſſet, & ſuam depoſuiſſet in præſentia tua querellam, tu ſucceſſori ejuſdem Abbatis ſcribere curaviſti, ut ita cum prædicto C. de eccleſia illa, & beneficio, ei a prædeceſſore ſuo collato componeret, quod nos exinde ſibi placabiles redderet potius, quam offenſos: dilectus quoque filius noſter M. tituli ſanctorum Joannis & Pauli presbyter Card. quondam Ap. ſe. Le. ſuper hoc ipſo ven. f. n. Silvan. Epiſcopo ſua ſcripta direxit, injungens eidem Abbati, ut ita ſupradicto C. ſatisfacere in prædictis, & reſpondere curaret, quod ob hanc cauſam querella non deberet ad ſe. Ap. iterum deſtinari. Abbas vero non ſolum memoratum Cardinalem audire contempſit, verum etiam litteras noſtras, hac de cauſa ſibi transmiſſas, nedum exaudire, ſed etiam nec voluit receptare. Unde quoniam idem C. ſuper tanto contemptu, & detentione quorundam denariorum, quos ei debebat, Abbatem ipſum ad noſtram audientiam appellavit, & ipſe non curavit proſequi appellationem, nec pro ſe dirigere reſponſalem: f. t. per A. s. m. & firmiter præcipimus, qua. prænominatum Abbatem, & capitulum attente moneas, & inducas, ut in redditibus æquivalentibus eccleſiæ cum ejuſdem perſonatu, quæ ipſi C. promiſſa, & poſtmodum fuit alii aſſignata, omni occaſione, & appellatione re. ſatagat providere; alioquin tu auctoritate noſtra ſuffultus, præceptum noſtrum ſine (11) dilatione, & ap. poſtpoſita exequaris, illos eccleſiaſtica cenſura percellens, quicumque his duxerint temere reſiſtendum.

## TITULUS VIII.
## DE IIS, QUÆ FIUNT A PRÆLATIS SINE CONSENSU CAPITULI.
### CAPUT I.
*Cæleſtinus III.*

De iis, quæ fiunt a prælat. c. 6.

EA noſcitur &c. & infra. Ex tua ſiquidem no-

[1] Al. *aliter.* (2) Al. *Wigornien.* (3) Al. *nobis quæſtione.* (4) Al. *N.* (5) *Præfato.* [6] Al. *V.* (7) Al. *conceſ.* (8) Al. C. (9) Al. *prætendat.* [10] Al. *Lovegines.* [11] Al. deeſt, *ſine.*

nobis eſt parte propoſitum, quod cum [1] in provincia tua ſæpe contingit, ut ad eccleſias, in quibus collegia jus repræſentandi noſcuntur habere, eorum Abbates, aut per ſe, aut per litteras ſuas, perſonas idoneas diœceſanis Epiſcopis repræſentent, quibus repræſentatis poſtmodum, & receptis, aliquando ante inſtitutionem, aliquando poſtea contradicunt monachi, ſeu alterius ordinis collegia, & reclamant. Super quibus aperto quæris certificari reſponſo, utrum inſtitutio jam facta, vel adhuc facienda propter hujuſmodi debeat impediri. Ad quæ tibi duximus hoc modo reſpondendum, quod videlicet in præſentationibus talium prælatorum intelligi debet, quod de collegiorum ſuorum fiant aſſenſu, ſine quo firmitatem non valent aliquatenus obtinere. Unde cum conſtiterit conventus vel majoris, vel ſanioris partis non adfuiſſe conſenſum, inſtitutiones hujuſmodi convenit evacuari, niſi ex antiqua, & approbata conſuetudine, vel conceſſa libertate aliquis eorum probaverit commiſſi ſibi collegii non debere in eccleſiarum, ſeu beneficiorum collationibus requiri conſenſum.

## TITULUS IX.

## DE IIS, QUÆ FIUNT A MAJORE PARTE CAPITULI.

### CAPUT I.

*Clemens III. Andegaven. Epiſcopo.*

Non poſit. FRaternitatis tuæ prudentiam &c. & infra. Secundæ quæſtionis nodum auctoritate duximus Lateranen. concilii reſolvendum, ut niſi videlicet de aliquo, vel de (2) aliquibus (3), vel inferioribus, irrationabile (4) aliquid objici, & probari contigerit, prævaleat ſemper & obtineat debitum re. ap. ob. firmamentum, quod a majoris, & ſanioris parte conſilii fuerit conſtitutum, niſi antiqua conſuetudo eccleſiæ hactenus obſervata, & Apoſtolicæ ſedis auctoritate confirmata aliud ſuaſerit obſervandum. Sic enim & audacia dante domino refrenabitur improborum, & eccleſiarum utilitas latius per ejus miſericordiam extendetur.

### CAPUT II.

*Cæleſtinus III. Gilcberto Claremontano Epiſcopo.*

De iis, quæ fiunt a maj. c. 2. QUæſivit a nobis tuæ diligentia probitatis, quid obſervare debeas, & Apoſtolicæ reſponſionis auctoritate ſtatuere, ſuper eo, quod eccleſiam tuam quidam ex canonicis, vel etiam minimus quilibet (5) occaſione aſſumpta, vel quia penſio eccleſiæ debita, ſicut ſolitum eſt, non redditur, vel quia nonnumquam clericus aliquis vel parochianus deliquit (6), ſine tuo, & aliorum canonicorum aſſenſu, interdicto ſupponit, per quod ipſius eccleſiæ ſervitium deperit, & in populo ſcandalum non modicum generatur. Super hoc autem tuæ f. ſic duximus reſpondendum, ſicut in ſimilibus (7) conſultationibus nos recolimus reſpondiſſe, ut videlicet interdictum in aliqua eccleſia per aliquem, vel (8) aliquos ex canonicis ſine tuo, & aliorum tuorum fratrum aſſenſu poſitum nullatenus debeas obſervare, niſi talis exceſſus, & tam gravis extiterit, propter quod merito eccleſia ſilere [9] debeat, nec ſuſtineas, ut prætextu occaſionis (10) hujuſmodi ab aliis interdictum obſervetur, niſi tuus, & aliorum conſenſus canonicorum acceſſerit, ſed ſi quis occaſionem dederit, vel deliquerit, ſive canonem debitum non ſolverit, vel alia commiſerit, propter quæ irregulariter hactenus eccleſia ipſa interdicto ſupponebatur, eccleſiaſticæ coertioni ſubjaceat, cum peccata ſuos actores [11] tenere debeant, nec pœna ſit ulterius protrahenda, quam delictum fuerit in excedente repertum.

## TITULUS X.

## DE REBUS ECCLESIÆ ALIENANDIS, VEL NON.

### CAPUT I.

*Cæleſtinus III. Ravennati Archiepiſcopo.*

UT ſuper aliqua repoſitæ quæſtionis dubietas Ap. ſe. providentiæ enodetur, Romana eccleſia, cui licet immeriti præſidemus, ſingulorum conſuevit conſultationibus reſpondere, ſane quæſiviſti a nobis, ſi poſſeſſiones, ſeu redditus regalium decimationum, & aliunde ex certis locis provenientes, quos prædeceſſor tuus bonæ memoriæ quo uſque diem clauſit extremum, ad manus ſuas tenuit, & in proprium uſum excepit, nec aliis infeudavit, de menſa ſua (12) ſint Archiepiſcopi intelligendi, & de eis cum ex ſacramento fidelitatis teneatur ab Apoſtolica ſede (13), nihilominus cauſa ſubjectionis contractus poſſit alienationis cujuslibet intervenire; tuæ igitur inquiſitioni præſenti pagina duximus reſpondendum, quod ſive intelligantur de menſa, ſive non, ut non alienentur, conſultius æſtimamus; poſſeſſiones vero, quæ minus utiles eccleſię tuæ exiſtunt, pro illis, quæ ipſi eccleſiæ ſunt utiliores, de fratrum tuorum conſilio, & aſſenſu ſanioris partis capituli alienandi, ſeu commutandi tibi liberam concedimus facultatem. De reb. ecc. c. 8.

### CAPUT II.

*Cæleſtinus III. Exonen. Epiſcopo.*

AD audientiam noſtram noveris perveniſſe, quod quidam de canonicis Exonen. eccleſiæ, quædam prædia ejuſdem eccleſiæ, inconſultis aliis fratribus, in damnum eccleſiæ, & detrimentum eorum, accepta inde pecunia in perpetuum locaverunt, unde quoniam id indignum penitus noſcitur, & iniquum, f. t. [14] per A. s. m. quaſi verum eſt, quod aſſeritur, locationes illas legitime revocare curetis (15), ita quidem, quod ſi locata prædia non aliter revocare poterint (16), eos, quos noveris harum locationum auctores, ſuſceptam inde pecuniam refundere conductoribus compellas (17), ne ſi hujuſmodi locationes in ſua contigerit ſtabilitate perſiſtere, inde gravis eidem eccleſiæ poſſit incommoditas pervenire. c. 9. eod.

Ccc 2 TI-

(1) Al. deeſt, *cum.* (2) Al. *ab.* (3) Al. *dotioribus.* [4] Al. *tamen, vel minus rationabile.* (5 Al. *qualibet.* [6] Al. *delinquit.* 7) Al. *conſimilibus.* [8] Al. *ſuper*, al. *vel per.* (9) *Simile.* (10) Al. *aut occaſione.* (11) *Auctores.* (12) Al. deeſt, *ſua.* (13) Al. *Apoſtolicæ ſedi.* (14) Al. *v.* (15) Al. *procures.* (16) Al. *potuerint.* (17) Al. *compellatis.*

UNED

TITULUS XI.

DE EMPTIONE, ET VENDITIONE.

CAPUT I.

*Alexander III.*

Non ponitur. COnſtitutus in præſentia noſtra G. (1) clericus multimoda nobis conqueſtione monſtravit, quod cum dimidias unius anni decimas, & oblationes eccleſiæ de Bleſebia [2] de (3) perſona ipſius emiſſet W. 4 Truſeboth patronatus jam dictæ eccleſiæ, ei prædictas decimas, & oblationes abſtulit, & ipſam eccleſiam G. fratri ſuo ſubtraxit, & cuidam G. eidem (5) capellano Regis conceſſit, qui eam in manibus canonicorum de Torneton. (6) commiſit. Unde licet non videatur honeſtum decimas, & oblationes vendere, quia tamen non prohibitum eſt, nec illicitũ redditus decimarum, & oblationum, quæ uno anno proveniunt, emere, per A. ſ. m. qua. ſi res ita ſe habet, detentores ipſarum decimarum, & oblationum commoneatis, & auctoritate noſtra contradictione, & ap. ceſ. eccleſiaſtica diſtrictione cogatis, ut G. clerico decimas ipſas, & oblationes poſtpoſita occaſione reſtituant, & de illatis injuriis condignam ſatisfactionem exhibeant.

CAPUT II.

*Cæleſtinus III.*

De empt. & vend. c. 4. PErvenit ad nos ex inſinuatione tua, quod olim Petrus miles A. uxori ſuæ quandam domum in donatione propter nuptias aſſignatam muliere ipſa expreſſim dante conſenſum B. mulieri pro certa vendidit pecuniæ quantitate, quam ex eadem venditione B. matrimonio ſupradicto conſtante xxx. annis libere, pacificeque poſſedit; ſed prænominato milite iter univerſæ carnis ingreſſo relicta (7) ejus contra venditionem de ſuo conſenſu ſollemniter celebratam venire præſumit, allegans dictam domum titulo donationis propter nuptias ſibi conceſſam alienari non poſſe, licet ejus conſenſus noſcatur ipſi contractui acceſſiſſe: præfata vero B. mulier ex eo nititur ſe tueri, quod bona fide, tituloque juſto poſſedit, & quia in communes uſus viri, & uxoris illius pretium eſt converſum, & quia etiam factæ venditionis tempore, unde ſibi utiliter conſulere potuiſſet, in viri facultatibus conſiſtebat. Unde quia ſuper his nos conſulere curaſti, tuæ ſollicitudini 8 reſpondemus, prædictam emptricem, ſi vera ſunt, quæ præmiſimus, domum ipſam debere pacifice poſſidere, nec enim credimus, illam præſcriptis occaſionibus ſuper ipſa domo poſſe ulterius fatigari.

TITULUS XII.

DE LOCATIONE, ET CONDUCTIONE.

CAPUT I.

*Clemens III.*

De locat. & cond. *c.* 1. EX reſcripto litterarum piæ recordationis P. quondam Tuſculan. Epiſcopi nobis innotuit, quod cum civitatem (9) Bon. tempore ſuæ legationis intraſſet, invenit fuiſſe ibi a bon. me. W. (10) quõdam Portuen. Epiſcopo conſtitutum, & ſub excommunicatione prohibitum, ne aliqui ſcholares hoſpitia majoris mercedis promiſſione conducerent, ut ea ſibi, vel majoris gloriæ ſtudio quaſi potentiores in expenſis apparere volentes, vel privatæ utilitatis commodo vindicarent. Unde ipſe ſollicita proviſione conſiderans, quod hujuſmodi conductionis improbitas, & diſcordiæ fomitem, & impedimenta non modica pareret ſtudiorum, prædictam conſtitutionem legatione, qua fungebatur, ſedis Ap. confirmavit perpetuis temporibus, ſub pœna decernens anathematis obſervandam (11): ut nullus magiſtrorum, ſive ſcholarium ſuper conducendis aliorum hoſpitiis in leſionem, vel præjudicium habitantium, audeat hoſpitem convenire, niſi prius conſtiterit tempus conductionis elapſum, vel inquilini in hoc ſuum præſtiterint favorem, & conſenſum. Quo circa nos, qui deteſtabiles verſutias bonæ fidei contractibus inimicas non ſolum in clericis, ſed etiam in quibuslibet mercatoribus condemnamus, prædictam conſtitutionem a præfato Portuen. Epiſcopo factam, & demum a jam dicto Epiſcopo Tuſculano confirmatam, ratam eſſe decrevimus, & eam auctoritate Ap. confirmamus, ſtatuentes, ut a te, frater Epiſcope, & tuo quolibet ſucceſſore ſingulis annis in communi audientia magiſtrorum, atque ſcholarium præſens pagina recitetur, & prætaxata pravæ conductionis improbitas innovata excommunicationis ſententia reprimatur. Nulli ergo omnino hominum liceat paginam noſtræ confirmationis infringere, &c.

TITULUS XIII.

DE RERUM PERMUTATIONE.

CAPUT I.

*Urbanus III.*

QUæſitum eſt ex parte tua, ſi commutationes fieri valeant præbendarum, cum commutatio dignitatum in Turonen. fuerit concilio interdicta. De rerum perm. c. 5. Sunt enim quidam, qui præbendæ ſuæ cedunt, & juri renuntiant, ut majorẽ præbendam obtineant, vel ex hoc certam ſummam pecuniæ conſequantur, quod quidem eſt honeſtati contrarium, & ſimoniacam proculdubio continet pravitatem. Generaliter itaque teneas, quod commutationes præbendarum de jure fieri non poſſunt, præſertim pactione præmiſſa, quæ circa ſpiritualia, vel annexa ſpiritualibus labem ſemper continet ſimoniæ. Si autem Epiſcopus cauſam inſpexerit neceſſariam, licite poterit de uno loco ad (12) alium transferre perſonas, ut quæ in uno [13] loco minus utiles ſunt, alibi ſe valeant utilius exercere.

CAPUT II.

*Clemens III.*

AD quæſtiones ſolvendas &c. & infra. Intelleximus itaque ex litteris tuis, quod duæ conventuales eccleſiæ ſunt in tua diœceſi conſtitutæ, quarum utraque parochialem eccleſiam ha- c. 6. eod.

(1) Al. *O.* (2) Al. *Bleſebeja.* (3) Al. *a.* (4) Al. *V.* (5) Al. *Tud.* al. *quondam.* (6) Al. *Cordeven.* (7 Al. *uxor.* (8) Al. *conſultationi.* [9] Al. *in civitate.* (10) Al. *V.* (11) Al. add. *videlicet.* (12) Al. *in.* (13) Al. *uni.*

UNED

habet, cum poſſeſſionibus magis alteri, quam ſibi vicinam: illis autem eas deſiderantibus permutare, cum illarum altera reſpectu meliorum proventuum plus in poſſeſſionibus habundet, ſuæ eccleſiæ ſibi poſtulat adiici certam ſummam pecuniæ numeratæ, ut ſic ad æqualitatem permutationis valeant (1) pervenire; utrum poſſit id licite fieri, cœpit ab aliquibus dubitari. Quam ob cauſam ſedem Ap. conſuluiſti. Licet itaque tuæ diſcretionis induſtriam ignorare minime putemus quid ſuper eodem articulo ſit agendum, nihilominus tuæ diligentiæ (2) reſpondemus, quod cum de jam dictis parochialibus eccleſiis per ſe queat (3) commutatio celebrari, & in permutatione (4) poſſeſſionum per ſe non ſit inhibitum, ſi [5] altera poſſeſſionum alteri præponderet, pecuniam poſſe refundi; de ipſarum quoque poſſeſſionibus adinvicem, prout viſum fuerit expedire, refuſa certæ pecuniæ quantitate, poterit contractus permutationis iniri, ſic tamen, quod contractus nequaquam ſibi invicem miſceantur (6).

## TITULUS XIV.
## DE TESTAMENTIS.
### CAPUT I.
*Alexander III.*

Non ponitur. AD audientiam Apoſtolatus noſtri pervenit, quod cum [7] V. de Cedon. A. R. G. clericis fructus redditum ſuorum de primo anno poſt obitum ejus, quos in eccleſia de Laced. habuit, ſicut inſtitutio, & conſuetudo tam illius, quam aliarum parochialium (8) eccleſiarum Anglicarum continet, ut ſcilicet poſt obitum canonici 9 proximi ſequentis anni redditus decedens poſſit attribuere (10), in teſtamento reliquit. Quia quidem hæc, & alia, quæ in teſtamento ipſius continebantur, diœceſanus Epiſcopus ante obitum ipſius, & poſt rata habuit; f. t. per A. s. m. qua. ſi res ita ſe habeat, detentorem redditum conſtanter admoneas, & ap. ceſ. diſtrictione eccleſiaſtica compellas, ut prædictis clericis fructus 11 redditum ſecundum diſpoſitionem defuncti non differat aſſignare.

### CAPUT II.
*Alexander III. electo, & capitulo Caſſan.*

De teſtam. c. 12. RElatum eſt auribus noſtris, quod quia ſtatuimus in concilio Lateran. ut bona per eccleſiam acquiſita ad eam in clericorum obitu devolvantur, dubitatis, an hoc ſit de immobilibus tantum, vel de mobilibus ſentiendum; reſponſo quoque noſtro quæritis edoceri, ſi præſcripta bona in uſus Epiſcopi, vel ejus, qui clerico decedenti ſucceſſerit, de jure tranſeant, vel communi eccleſiæ utilitati debeant applicari. His itaque breviter reſpondemus, quod generaliter bona quælibet per eccleſiam acquiſita ei debeant poſt acquirentis obitum remanere. Nomine autem eccleſiæ non ſolum (12) Epiſcopus intelligitur, vel ſucceſſor clerici morientis, ubi eſt collegium clericorum, ſed communis congregatio, quæ rerum illarum debet (13) canonicam diſtributionem, aut curam habere. Ubi autem in loco decedentis tantum unus eſt ordinandus, is ea bona, ſicut & alia ipſius eccleſiæ in timore domini diſpenſet. Licet autem mobilia per eccleſiam acquiſita, ut diximus, de jure in alios pro decedentis arbitrio transferri non poſſint (14), conſuetudinis eſt tamen non improbandæ, ut de his pauperibus, religioſis locis, & illis, qui viventi ſervierunt (15), ſive conſanguinei fuerint, ſive alii, juxta ſervitii meritum conferatur. Ceterum quæ hereditate, vel artificio, aut doctrina proveniunt, pro decedentis arbitrio dividantur. Quia vero nonnulli in diverſis eccleſiis beneficia poſſident, ita diſtinguimus, ut quæ habuerint, per æſtimationem congruam dividantur.

## TITULUS XV.
## DE SEPULTURIS.
### CAPUT I.
*Alexander III.*

EX parte canonicorum Eburgenſis eccleſiæ nobis eſt intimatum, quod Prior de Inſula quendam parochianum eorum poſt appellationem ad nos factam in eccleſia ſua ſepelivit. Unde quoniam hoc eccleſiaſticæ diſciplinæ [16] contrarium eſſe dignoſcitur, & a rationis tramite penitus alienum, ut quis falcem mittat in alienam meſſem, f. t. per A. ſ. m. ut (17 præfatum Priorem moneas, & diſtricte compellas, quatenus memoratis canonicis prædicti parochiani ſui corpus reſtituat, & exinde pacifice, & amicabiliter cum illis conveniat, aut in præſentia noſtra ſe non differat exhibere. De ſepult. cap. 5.

### CAPUT II.
*Alexander III. F. Decano, & magiſtro M. Remen.*

CUM liberum ſit de univerſis conſtitutionibus ſanctorum patrum apud religioſa loca in ultima voluntate ſibi ſepulturam eligere, canonicæ proculdubio obviat rationi, qui devotioni extremæ voluntatis decedentium in hac parte contradicere præſumit. Pervenit ad audientiam noſtram ex conqueſtione Abbatis, & fratrum ſancti Martini Londen. (18) quod cum presbyter quidam corpus cujuſdam mulieris, prout in ultima voluntate ſua diſpoſuit, ad eccleſiam ſancti Martini ſepeliendum deferret, monachi Sancti Vincentii Lugdonen. (19 corpus ipſius violenter rapere, & ad eccleſiam ſuam ſepelire minime dubitarunt, & hoc idem de filio Randulfi Canis præſumpſerunt, ſuper quo utique vehementi ſumus admiratione commoti, cum idem monachi, & ſanctorum patrum inſtitutionibus contrairent, & privilegia prædeceſſorum noſtrorum, & noſtra, quæ prædicti fratres de libera ſe habere ſepultura proponunt, ſatagunt (20 violare; inde eſt, quod f. t. c. 6. eod.

(1) *Valeat.* [2] Al. *indulgentiæ*, al. *indiligentiæ.* (3) Al. *nequeat.* (4) Al. *permutationibus.* (5) Al. *ut*, al. *ubi.* (6) Al. *admiſc.* (7) Al. deeſt, *cum.* (8 Al. *plurium.* (9) Al. *canonicus.* (10) Al. *diſtribuere.* (11) Al. *fructum.* (12) Al. deeſt, *ſolum.* (13) Al. *deberet.* (14) Al. *poſſunt.* (15) Al. *ſervierant.* (16 *Inſtitutioni.* (17) Al. *quatenus.* (18) Al. *London.* (19) Al. *London.* al. *Lundon.* [20] *Satagerunt*, al. *ſatagerint.*

UNED

t. (1) per A. ſ. m. qua. utraque parte apud (2) vos convocata rei veritatem ſuper hoc inquiratis 3), & ſi ita invenietis (4) eſſe, præfatos monachos monere curetis, & auctoritate noſtra diſtricte compellere, ut omnia præfatæ mulieris, & filii prædicti R. & beneficia, quæ occaſione ſepulturæ ipſorum recepiſſe noſcuntur, memoratis fratribus cum integritate reſtituant, & de cetero facere ſimilia non præſumant.

### CAPUT III.

*Clemens III.*

cap. 9. e. Certificari voluiſti a nobis, quomodo illa clauſula, quæ in privilegiis noſtris apponi de ſalva juſtitia ſolet illarum eccleſiarum, a quibus mortuorum corpora aſſumuntur, intelligi debeat (5), & exponi. Cum autem ſuper hoc articulo diverſa anteceſſorum noſtrorum manaverint inſtituta, Leone juſtitiam illam aliquando tertiam partem, quandoque vero mediam partem, & Urbano III. quartam fore (6 cenſente, nos tale præbemus in hac varietate reſponſum, ut ſicut Hieronymus inquit unaquæque provincia in ſuo ſenſu habundet, ſecundum rationabilem conſuetudinem regionis, illa juſtitia circa medietatem, vel tertiam, aut quartam partem pro locorum diverſitatibus attendatur.

## TITULUS XVI.

## DE PAROCHIIS, ET ALIENIS PAROCHIANIS.

### CAPUT I.

*Clemens III.* [7]

De paroch. cap. ult. Significavit nobis venerabilis frater noſter Anconitan. Epiſcopus, quod cum poſt recuperationem civitatis Ancon. ad habitandum in ea ſe quamplurimi contuliſſent, quia ante generalem occupationem terræ ſanctæ, & in aliis civitatibus Regni Hieroſolymitani elegerant manſionem, & in ea reſidentiam fecerint aliquantam, & adhuc etiam reſidebant (8) in eadem, prælati prædictarum civitatum eos ad ſolvenda ſibi eccleſiaſtica jura compellant [9]. Quia vero tranſgredi non debemus terminos a patribus conſtitutos, aut falcem in meſſem mittere alienam, ſ. v. m. qua. prædictorum locorum prælatos, ut ſibi nullam in prædictos Anconen. (10) habitatores juriſdictionem uſurpent, nec ab eis temporalia exigant, quibus ſpiritualia non miniſtrant, diſtrictione, qua convenit, compellatis, ita tamen, quod ſi de agris in eorum parochia (11) conſtituti fructus perceperint (12), & in ultra marinis partibus ratione prædiorum decimæ perſolvuntur, deinceps eis ipſas decimas cum integritate perſolvant, dicto vero Ancon. tamquam diœceſano ſuo de ceteris reſpondere cogantur.

## TITULUS XVII.

## DE DECIMIS.

### CAPUT I.

*Hieronymus ſuper Ezechielem.*

Decimam partem omnium frugum Leviticæ tribui populus ex lege debebat, rurſus ex ipſis decimis Levitæ, hoc eſt inferiorum miniſtrorum gradus decimas dabant ſacerdotibus. Erant quoque & aliæ decimæ, quas unuſquiſque de populo Iſrael in ſuis horreis ſeparabat, ut comederet eas, cum iret in templum in urbem Hieruſalem, & in veſtibulo templi Sacerdotes, & Levitas invitaret ad convivium. Erant autem & aliæ decimæ, quas pauperibus recondebant (13). At vero primitiva, quæ de frugibus afferebant [14], non erant ſpeciali nomine diffinita, ſed offerentium (15) arbitrio derelicta, traditionemque [16] accepimus Hebræorum, non lege præceptam, ſed arbitrio magiſtrorum inolitam, quod qui plurimum quadrageſimam partem dabant ſacerdotibus; qui minimum, ſexageſimam; & intra quadrageſimam & ſexageſimam licebat offerri, quodcumque voluiſſent. Quod igitur in Pentateucho dubium derelictum eſt, hic ſpecialiter diffinitur propter ſacerdotum avaritiam, ne amplius a populo exigāt in primitiis offerendis, ideſt, ut ſexageſima pars offeratur eorum, quæ gignuntur a terra; ſi enim chorus, qui Hebraice appellatur (17) Gomor, & a ſeptuaginta dicitur Gomor, xxx. habet modios tam in aridis ſpeciebus, quam etiam in liquentibus. Cophi (18 quoque, & batus decima pars eſt chori, præcipitur quoque ut ſexta pars tam chori, quam cophi, quam bati detur ſacerdotibus in primitiis offerendis, quæ de tribus modiis dimidium facit modium, perſpicue ſupputatur, quam ſexageſimam partem primitiarum ſacerdotes accipere deberent (19); hæc interim juxta litteram, & Hebraicam veritatem, & ſenſiſſe ſufficiat, & audiſſe. De decim. cap. 1.

### CAPUT II.

*Alexander III.*

Quamvis grave ſit nimis, & divini dignum animadverſione judicii habeatur, quod laici quidam, quod ſacerdotum eſt, in eccleſiaſticis rebus uſurpant; majorem tamen incurrunt (20) formidinem, & dolorem, quod fomitem ſui erroris dicuntur in ipſo clero aliquotiens invenire, dum quidam coepiſcoporum noſtrorum, aliorumque prælatorum eccleſiæ, decimas, & eccleſias ipſas diſponere eis indulgent, & eos in devia mortis impellunt, qui prædicatione eorum ad vitæ viam fuerant revocandi, de quibus dicit dominus per prophetam: *Populi mei peccata comedunt, & ad iniquitatem provocant.* Unde ſtatuimus, ut ſi quis alicui laico in ſæculo remanenti eccleſiam, decimam, oblationemve [21] conceſſerit, a ſtatu ſuo, ſicut arbor, quæ inutiliter terram occupat, ſuccidatur, & donec emendet, dolore ruinæ ſuæ jaceat proſtratus. cap. 17. e.

CA-

(1) Al. *veſtræ.* (2) Al. *ante.* [3] Al. *inquiras.* (4) Al. *inveneritis.* [5] Al. *debet.* (6) Al. *forte.* (7) Al. *Cæleſt. III.* 8 Al. *reſident*, al. *reſideant.* [9] Al. *compellunt.* (10) Al. *Acon.* (11) Al. *parochiis.* [12] Al. *percipiunt.* 13) Al. *reddebant.* (14) Al. *offerebant*, al. *auferebant.* [15] Al. *afferentium.* (16) *Quoque.* (17) Al. *vocatur.* (18) Al. *Cophus.* (19) Al. *debent.* (20) Al. *incurrit.* (21) Al. deeſt, *oblationem.*

## CAPUT III.

*Alexander III. Maſſilien. Epiſcopo.*

c. 18. eod. CUM ſint homines in parochia unius eccleſiæ ſicut, aſſeris, qui terras in alia parochia alterius excolunt: tua diſcretio nos conſuluit, cui eccleſiæ de terris illis decimas ſolvere debeant, an ei, in cujus parochia ſunt conſtituti, an illi, in qua divina audiunt, & eccleſiaſtica alia percipiunt (1) ſacramenta. Sane cum hujuſmodi quæſtio temporibus prædeceſſorum noſtrorum ſæpius mota fuerit, nec ab aliquo terminata, aliis intuitu territorii, aliis perſonarum obtentu aſſerentibus debere perſolvi; non eſt nobis facile certum ſuper hoc dare reſponſum, cum auctoritates ſanctorum patrum etiam ſint diverſæ, & ideo in hujuſmodi dubitatione ad conſuetudinem duximus [2] recurrendum, & attendendum; etiam ſi illæ eccleſiæ in uno ſint, vel in diverſis Epiſcopatibus conſtitutæ, quia difficile nimis videtur, ut una eccleſia in Epiſcopatu alterius recipiat decimas, cum ex hoc Epiſcopatuum fines confundi non immerito viderentur (3).

## CAPUT IV.

*Cæleſtinus III.*

cap. 22. e. NON eſt in poteſtate hominum, cum plantant arbores, vel aliqua terræ ſemina mandant, quid eis ſatio ſit, vel plantatio reddituſ ra, cum juxta verbum Apoſtoli ad litteram exponendum, neque qui plantat aliquid plene faciat, neque qui rigat, ſed Deus, qui tribuit incrementum. Audivimus autem, quod quidam veſtrum de vineis, olivetis, cannamellis, & frugibus non niſi primo deductis expenſis ſeminum, & laboris, vel agriculturæ, decimas curant eccleſiis exhibere. Revera ſicut ſancti patres in ſuis tradiderunt ſcripturis, de vino, grano, fructibus arborum, pecoribus, hortis, & negotio (4), & de ipſa etiam militia, & de venatione, & de omnibus bonis, decimæ ſunt [5] miniſtris eccleſiæ tribuendæ, ita etiam, ut qui his ſolvere neglexerint, eccleſiaſtica debeant diſtrictione percelli. Præterea ſi quis decimas Deo non dederit, quæ ſunt tributa egentium animarum, & ex debito requiruntur, ad decimam partem, ut docet Auguſtinus, revocari * meretur. Volumus igitur, & diſtricte præcipimus, quatenus (6) antequam deducatis de cunctis veſtris bonis collectis expenſas, ſalvis privilegiis Romanæ eccleſiæ, decimas eccleſiis, ad quas pertinent, cum integritate debita perſolvatis.

* meremur.

## CAPUT V.

*Cæleſtinus III.*

c. 21. eod. EX parte dilectorum filiorum noſtrorum canonicorum eccleſiæ tuæ nobis eſt querella propoſita, quod quidam agricultores, cum ſimul vel diverſis anni temporibus in eodem agro, vel horto diverſa ſemina ſparſerint (7), non niſi de unius illorum ſeminum fructibus decimas illis (8) perſolvunt, qui etiam decimas de agrorum proventibus non curant exſolvere, niſi quibuſdam deductis expenſis, quas faciunt pro illis ad horreum, vel ad aream deportandis. Quia igitur per hoc canonicis ipſis, & eccleſiæ Dei non modica irrogatur injuria, cum Levitis abſque expenſis decimas ſit injunctum impendi, m. quat. inquiſita diligentius veritate, ſi rem taliter noveris ſe habere, agricultores illos, ut de omnibus prædiorum [9] fructibus, nullis ſubtractis expenſis, ſed integras potius decimas, & abſque deminutione perſolvant, per cenſuram eccleſiaſticam omni oc. (10) & ap. ceſ. compellas, & auctoritate noſtra diſtricte inhibeas, ne talia de cetero aliqua cupiditate, ſeu præſumptione attemptent.

## CAPUT VI.

*Cæleſtinus III.*

PErvenit ad audientiam noſtram ex conqueſtione B. Dolenſis Archidiaconi rectoris eccleſiæ de N. quod cum eccleſia ipſa de frugibus quarundam terrarum, quæ infra fines parochiæ ſuæ poſitæ aſſeruntur, decimas perſolvere conſueverint (11), nunc ad pratorum opus remanentibus eiſdem incultis decimæ de feno, quod ab eis colligitur eidem eccleſiæ contra juſtitiam ſubtrahuntur. Volentes igitur indemnitati ejuſdem eccleſiæ, circumſpectione, qua convenit, providere, d. v. per A. s. m. quat. eccleſiæ, de qua præmiſimus, feni decimas, quod de terra provenit, a memoratis earum (12) dominis, per eccleſiaſticam diſtrictionem exſolvi ſub. ap. ob. compellatis.

## CAPUT VII.

*Cæleſtinus III.*

EX tranſmiſſa querella B. de Leun. (13) Archidiaconi rectoris eccleſiæ de N. intelleximus, quod cum miles quidam molendinum quoddam ad ventum in terra quadam infra fines parochiæ ſuæ, de cujus terræ proventibus decimas ſolebat eccleſia percipere memorata, conſtruxit, de ipſius molendini obventionibus decimas ei exſolvere contradicens, & in ſalutis ſuæ periculum detinere non veretur. Quia igitur fidelis homo de omnibus, quæ licite poteſt acquirere ſine deminutione decimas erogare tenetur: diſ. v. per A. s. m. qua. prædictum militem ad ſolutionem decimarum de obventionibus, quæ de prædicto molendino ſibi proveniunt, ſine deminutione aliqua per cenſuram eccleſiaſticam ſub. ap. obſ. compellatis. Non ponitur. c. 23. eod.

## CAPUT VIII.

*Cæleſtinus III.*

AD audientiam noſtram te ſignificante pervenit, quod cum (14) Judæi cupiditate maxima, & damnabili parochiam ſancti Laudi pro parte magna occupaverunt, & adhuc reſiduum de die in diem occupare contendunt. Quia vero præſcripta ſancti Laudi eccleſia propter hoc magnam ſuorum bonorum jacturam incurrerit (15) diſ. v. per A. s. m. quatenus niſi Judæi, qui in civitate Rotomagenſi morantur, ad monitionem (16) veſtram, & decimas, & omnes proventus alios, quos de parochianis fidelibus, ſi ibi habitarent, Non ponit.

(1) Al. *percipiant.* (2) Al. *credimus.* (3) *Videntur.* (4) Al. *negotiatione.* (5) *Sint.* (6) Al. *quod.* (7) Al. *ſparſerunt.* (8) Al. *illi.* (9) Al. *prædictorum.* (10) *Cont.* (11) Al. *percipere conſueverit.* (12) *Eorum.* [13] Al. *Dolen.* al. *Delen.* (14) Al. deeſt, *cum.* [15] *Incurrit.* (16) Al. *commonitionem.*

rent, conſequerentur, prædictæ ſancti Laudi eccleſiæ, & aliis, quarum parochias detinent occupatas, annis ſingulis ſufficienter, ac congruæ recompenſare curaverunt, omnes Chriſti [1] charactere inſignitos, ſive virilis, ſive feminei ſexus extiterint, qui Judæis obſequium exhibere, aut mutuo aliquid ab eis accipere, aut reſtituere jam acceptum, venditiones, aur locationes cum eis contrahere, ſeu quemlibet alium contractum inire, vel eis ave dicere, ſeu habere colloquium niſi de ſua correctione, vel inexperta converſione allicere (2) ulla præſumptione temptaverint, omni gratia, & timore poſtpoſitis, contradictione, & ap. ceſ. anathematis vinculo aſtringatis, cui etiam volumus ſententiæ ſubjacere quicumque illis ad veſtri eluſionem mandati conſilium ſuum, ſive auxilium impenderit, aut favorem.

## TITULUS XVIII.
## DE REGULARIBUS, ET TRANSEUNTIBUS AD RELIGIONEM.

### CAPUT I.

*Ex regiſtro Gregorii.*

De regular. c. 6.

QUia in inſulis dura eſt congregatio monachorum, pueros in eiſdem monaſteriis ante XVIII. annorum tempora ſuſcipi prohibemus, vel ſi qui ſunt, eos experientia veſtra (3) auferat, & in urbem Romanam tranſmittat: hoc in Palmaria, & in aliis inſulis te per omnia volumus cuſtodire.

### CAPUT II.

*Alexander III. Eboracen. Archiepiſcopo.*

Non ponitur.

AD audientiam Apoſtolatus noſtri pervenit, quod quidam diaconus G. nomine volens in presbyterum ordinari, Archidiaconum ſuum adiit, & tunica nepoti Archidiaconi collata, ut ejus negotium promoveret, ſic eſt in presbyterum, ut creditur, ejus interventu, & auxilio ordinatus. Tempore vero procedente, cum eum conſcientia ſua ſuper hujuſmodi ordinatione accuſaret, communicato virorum prudentum conſilio ad religionem fratrum hoſpitalis Hieroſoly. (4) tanſiit, in qua quidem religione, ſicut aſſeris, decennio permanſit, & nunc artioris religionis obtentu ab eorum conſortio ſeparari, & in loco deſiderat ſolitario per dignos pœnitentiæ fructus delictorum veniam obtinere, ſecrete ſacerdotale officium exequendi licentia miſericorditer obſervata (5). Ceterum cum in privilegiis hoſpitalis manifeſtius prohibetur, poſt factam in eadem domo profeſſionem diſcedere, etiam, artioris religionis obtentu, illius voto aſſenſum nequivimus impertiri. Faciat igitur apud prædictos hoſpitalarios, ſine executione ſacerdotalis officii dignos pœnitentiæ fructus ſciens, quod quælibet occulta loca ſine gratia animas ſalvare non poſſunt. Quid enim paradiſo jocundius? quid cælo ſecurius? & tam ex paradiſo homo, & angelus de cælo cecidiſſe peccando minime dubitatur.

### CAPUT III.

*Clemens III.*

CUM virum te prudentem in cauſis fore noverimus, & diſcretum, ſi in quibus dubitas, a nobis conſilium ſollicitudine paſtorali requiris, & tibi de jure canonico (6), quod poſſumus, reſpondemus, & prudentiam tuam dignis in domino laudibus commendamus. Curaſti ſiquidem tua nobis inſinuatione proponere, utrum ea, quæ infra diſcretionis annos a parentibus monaſterio tradita eſt, & habitum religionis induens benedictionem accepit, & exiens poſtmodum (7) cuidam ſe militi copulavit, ex quo etiam prolem ſuſcepit, ad monaſterium redire cogatur, cum illa aſſerat, poſtquam ætatem conſentiendi habuit (8), diſſenſiſſe, & benedictionis munus invitam ſuſcepiſſe commemorat. Super hoc conſultationi tuæ duximus reſpondendum, quod cum juxta concilii Toletani cenſuram, monachum aut paterna devotio, aut propria profeſſio [9] faciat, quidquid horum fuerit allegatum (10) tenebit, revertendi ad ſæculum aditu (11) penitus interdicto, non enim videtur illa monaſticæ profeſſionis a ſe poſſe jugum excutere, cum eam non conſtet evidenter contradixiſſe, cum benedictionem accepit, quam utique non niſi in ætate diſcretionis recipiunt, quæ velantur, præſertim ſi (12) ratihabitione ſequenti, etſi eam quandoque contradixiſſe conſtiterit, quod ante geſtum eſt, roboratur. Nec obloquitur, quod de ſancti viri prædeceſſoris noſtri Leonis papæ conſtitutione per contrarium ſenſum aſſumitur, ut puellæ, quæ coactæ parentum imperio virginitatis [13] habitum ſuſceperunt (14), ipſum poſſunt ſine prævaricatione deſerere, cum de ea poſſit intelligi, quæ in ætate nubili noſcitur conſtituta, tunc enim quia liberum arbitrium habet in electione propoſiti, parentum ſequi non cogitur voluntatem. c. 12. eod.

### CAPUT IV.

*Idem.*

POrrectum nobis ex parte tua petitorium continebat, quod I. canonicus Acherontinus infirmitate gravatus, votum, ut fieret monachus, ſe aſſeruit emiſiſſe. Unde metuens, ne voto decederet non completo, junctis manibus tibi ſe reddidit in monachum, & fratrem. Alii quoque in abſentia tua in ſacerdotum manibus monachos ſe fieri devoventes (15), ſani facti ad vomitum redierunt, & cum familiares monaſterii tui antea extitiſſent, quia non fuerunt [16] ad familiaritatem antiquam admiſſi, adverſarii facti ſunt pro amicis. Utrum ergo talium facta diſſimulare valeas, ne fiant deteriores, an compellendi ſint (17) ad complenda (18) promiſſa, per nos poſtulas edoceri. Nos ergo inquiſitioni tuæ taliter reſpondemus, quod cum monachum faciat non habitus, ſed profeſſio regularis, ex quo a (19) cövertendo emittitur, & recipitur ab Abbate, talis ut fiat monachus, & reddat domino, quæ promiſit, erit uti- c. 13. eod.

[1] Al. *xpīo.* [2] Al. deeſt, *allicere.* [3] Al. *tua.* [4] Al. *Hilm.* [5] Al. *obamata.* (6 Al. *communi.* (7) Al. *poſtea.* (8) Al. *habuerit.* (9) Al. *confeſſio.* (10) Al. *alligatum.* (11) *Abitu.* (12) Al. *cum.* (13) Al. *religionis.* (14) *Suſceperint.* [15] Al. *volentes.* (16) Al. *fuerant.* (17) Al. *ſunt.* (18) Al. *ſervanda.* (19) Al. deeſt, *a.*

UNED

utique non immerito, ut fiat monachus (1) compellendus.

CAPUT V.

*Cæleſtinus III.*

c. 14. eod. CUM ſimus (2) &c. & infra. Sane nuper auribus noſtris eſt relatum, quod cum C. miles lepræ morbo domino permittente eſt reſperſus, ſe cum filio ſuo diſcretionis annos nullatenus agente ad quoddam monaſterium cum bonis etiam ſuis, quæ a monaſterio ipſo tenuerat, contuliſſet, dictum filium ſuum habitum fecit ſuſcipere monachalem: cumque ipſi puero diſciplina monaſtica propter aſperitatem regulæ diſpliceret, infra x. hebdomadarum ſpatium a monaſterio, & habitu taliter ſuſcepto reſiliens (3), bona patris ab Abbatia illa cœpit cum inſtantia poſtulare; & cum ſuper hoc ad diœceſanum Epiſcopum quæſtio delata fuiſſet, & coram eo aliquandiu diſputatum [4], quia plerique ſentire de rigore canonum videbantur, ſi conſanguinei dicti pueri poſſent teſtibus comprobare, illum, quando fuit oblatus, infra annos diſcretionis exiſtere, ipſum tali voto nullatenus obligari: dictus Abbas ad Maguntinæ ſedis audientiam appellavit, quidam de (5) conſanguineis ejuſdem pueri ad Romanam eccleſiam appellationem, ſicut ex litteris Auguſtini Epiſcopi comperimus, transtulerunt. Ideoque diſcretioni v. ſignificatione præſentium intimamus, quod ſi dictus puer ad annos diſcretionis pervenit (6) & habitū retinere noluerit monachalem, ſi ad hoc ipſum induci nequiverit, non eſt compellendus, quia tunc liberum erit ſibi eum dimittere, & bona paterna, quæ ipſi recte ſucceſſione proveniunt [7] poſtulare.

CAPUT VI.

*Cæleſtinus III. oblatis univerſis monaſterii ſancti Petri de Fertum* (8).

Non ponitur. QUI relictis mundanis illecebris religioſis domibus, in quibus digne valeant pœnitere de commiſſis, aſſidue impendere obſequium creatori debeant, ſe pia devotione offerunt, & committunt, vivere non debeant pro ſuæ voluntatis arbitrio, ſed etiam (9 prælati ſui magiſterio in omnibus obedire. Inde eſt, quod univerſ. veſtræ mandamus, & firmiter præcipimus, quatenus veſtro Abbati debitam reverentiam, & obedientiam exhibentes, ad mandatum ipſius monachalem habitum recipere non tardetis, & ipſius ſalubria in omnibus mandata obſervare. Alioquin, noveritis nos ſententias, quas idem Abbas in contumaces protulerit, & rebelles, ratas habituros, & firmas.

## TITULUS XIX.

## DE CONVERSIONE CONJUGATORUM.

CAPUT I.

*Urbanus III. Priori ſanctæ Crucis.*

De converſ. conjug. c. 9. EX parte dilecti filii Abbatis ſancti Petri de Romandin ad audientiam noſtram pervenit, quod cum D. de Ter. (10) in infirmitate poſitus conſentiente uxore ipſius, votum vovens caſtitatis monachalem habitum ſuſcepiſſet, poſtmodum ab infirmitatis ipſius liberatus anguſtia, & prædictam uxorem ſuam retinuit, & aliam, ea defuncta ſibi temere copulavit. Quia vero licet prædictus D. uxore ſua remanente in ſæculo, de jure ad religionem nequiverit [11] proficiſci, ea tamen ſublata de medio votum quidem factum ſine ſalutis ſuæ periculo nequaquam potuit violare: m. qua. ſi verum eſt, quod aſſeritur, prædictum D. per excommunicationem compellas, ut eam mulierem ſine dilatione dimittat, & ad ſuum monaſterium revertatur, de cetero ſub regulari habitu domino ſervitutus.

CAPUT II.

*Cæleſtinus III.*

CONſuluit nos G. ſacerdos de ſancta Columba, utrum vir mercator negotiationi, & uxori propter Deum renuntians, ad religionis habitum tranſiens, & in eo per annum, & amplius moram faciens, uxore ſua poſtquam ad domum tranſierat regularem, de præſenti vita ſublata ſæcularem habitum reſumere valeat, quem dimiſit, & aliam ducere (12) in uxorem, vel ſi ductam, ei liceat retinere. Cui conſultationi taliter duximus reſpondendum; quod prædictus vir, nec habitum poteſt abiicere, quem aſſumpſit, nec aliquam ſibi matrimonio copulare, quod ſi contraxerit, matrimonium ipſum decrevimus (13) dirimendum. c. 10. eod.

CAPUT III.

*Cæleſtinus III.*

KAriſſimus in Chriſto filius noſter R. Rex Illuſtris Suevorum Apoſtolatui noſtro litteris, & nuntio humiliter nuntiavit (14), quod cum eſſet adoleſcens, & dilecta uxor ejus juvencula, mutua fide voto contrahendi legitimi matrimonii ſe adſtringentes, invicem conſenſum ſuū accedente voluntate parentum arrarum donatione roboraverunt; poſtmodum vero claræ memoriæ N. patre ſuo ab inimicis occiſo, cum per bellorum adverſitatem (15 undique premeretur, & habito cum hoſtibus ſuis congreſſu victus, fugatuſque fuiſſet, quia timebat, ne ipſa ſponſa ab inimicis ſuis per violentiam raperetur, & alia ſimilis ei non inveniretur in regno, quam ſibi poſſet matrimonialiter copulare, de ſuorum, & ejuſdem ſponſæ parentum conſilio factum eſt, quod in conventu habitum ſanctimonialium monaſticum ſine propoſito perpetualiter retinendi ſuſcepit, & ibidem per aliquot (16) annos moram fecit, ne quid ab inimicis injuriæ pateretur, quam cum pace reddita, & obtento de inimicis triumpho ſollemniter duxiſſet, cum grandi exultatione uxorem, & ex ea filios ſuſcepiſſet; unum eorum de communi conſenſu, & electione principum Sueviæ in regnum ſibi inſtituit ſucceſſorem: procedente vero tempore, prædicta uxor gravi in- c. 11. eod.



(1) Al. deſunt. (2) Al. *ſicut.* (3) Al. *reſilivit.* (4) Al. *diſputaſſet.* (5) Al. *ex.* (6) Al. *pervenerit.* (7) *Perveniunt.* (8) Al. *Ferum.* (9) Al. *&*, al. deeſt. (10) Al. *de Deret.* (11) *Nequivit.* (12) Al. *traducere.* (13) Al. *decernimus.* (14) Al. *intimavit.* (15) Al. *bellorum adverſitate.* (16) *Aliquos.*

infirmitate correpta, cum ſe de hac vita crederet receſſuram [1], timore mortis inducta continentiam vovit. Cumque Rex ipſe nollet eam contriſtare (2), conceſſit ad tempus; nunc autem ſe continere proponit non poſſe, & quod licite poſſe fieri arbitratur, ad thorum uxoris ſuæ redire cupit (3), & ad reprimendas æmulorum ſuorum detractiones, & obloquia, petiit a nobis dari ſibi in mandatis, ut uxorem ſuam auctoritate noſtra maritali affectione pertractet, non obſtante voto continentiæ incaute ab ipſa emiſſo, & ab eodem Rege ad tempus approbato. Verum quia ſuper his nos ad plenum non potuimus elicere veritatem, f. t. cognitionem horum, & deciſionem canonicam duximus committendam, per A. s. m. ut ſuper his inquiratis diligentius veritatem, & ſi vobis conſtiterit, quod prædicta mulier primo fuit [4] inter moniales recepta timore violentiæ & rapinæ, & propoſitum profitebatur ſe habuiſſe nubendi, cum inter eas moram faceret, præſertim cum poſtmodum in facie eccleſiæ publice Regi nupſerit, & uſque ad hæc tempora cohabitando [5] filios ex ea ſuſcepit (6), eam denuntietis præfato monaſterio non teneri: non enim factum illud contractum matrimonii poteſt dirimere, & ſi forte poſſet matrimonium contrahendum impedire. De alio vero ita 7) ſollicite diſcretio fraternitatis veſtræ diſcutiat, quod ſi inveneritis eandem gravi infirmitate depreſſam continentiam voviſſe, & virum ejus ad tempus præbuiſſe conſenſum, maxime ſi non idem vir peræque continentiam voverit perpetuam, eandem viro cohabitare faciatis, & invicem utrumque maritali affectione tractare.

## CAPUT IV.

*Cæleſtinus III.*

cap. 12. e. PLacet nobis, & tuam prudentiam commendamus, quod in cauſis dubiis ſedis Apoſtolicæ conſilium requiris: licet enim præditus ſis ſcientia litterarum, ad matrem tuam Rom. eccleſiam idcirco devote recurris, ut habita, ſuper quo dubitas, reſponſione condigna, quam in ſimilibus ſervare formam debeas, evidenter agnoſcas: per dil. autem filium W. (8) Decanum Cathalaven. (9) Apoſtolatum noſtrum ſollicitudo tua conſuluit; utrum mulier, quæ credens mortuum maritum, habitum religionis aſſumpſerit, & eo reverſo de monaſterio educta fuerit, poſt obitum viri ſit ad obſervantiam regulæ compellenda. Super quo diſ. t. ſic reſpondemus, quod licet votum ejus non tenuerit uſquequaque eatenus tamen fuit obligatorium, quatenus ſe poterat obligare: promiſit enim intrando monaſterium, ſe non exacturam carnis debitum, quod erat in poteſtate ipſius, redire vero ad ſæculum, in ejus poteſtate non erat, ſed in poteſtate mariti; & ideo, quantum ad ipſam tenuit votum, quod poſt viri obitum tenere non deſiit, cum ad eum caſum redierit, a quo poterat efficax habere principium. Conſultius itaque dicimus, & ei congruentius ad ſalutem, prædeceſſoris n. felicis memoriæ Alexandri Papæ veſtigia imitantes, ut vanitatibus ſæculi derelictis ad monaſterium redeat, ubi bona ducta intentione profeſſionem fecit, & habitum religionis accepit. Si vero ad hoc induci non poterit, invitã ipſam credimus non cogendã.

## TITULUS XX.

## DE CONVERSIONE INFIDELIUM.

## CAPUT I.

*Clemens III.*

INterrogatum eſt ex parte veſtra, utrum Judæi vel Sarraceni ad fidem Chriſtianam converſi ſuis uxoribus cohabitare veleant, quas in ſecundo, tertio, & quarto gradu ſibi, dum fuiſſent in infidelitate poſiti, matrimonialiter copularunt, & an ipſis converſis liceat relictis conjugibus ad alias nuptias convolare. Auctoritate tibi præſentium reſpondemus, quod taliter ad fidem Chriſti converſi, quamdiu voluerint uxores eorum remanere cum ipſis, eas ſive converſæ ſint, ſive non, licentiam habeant, ſi voluerint, retinendi, non tamen ſunt cogendi ad hoc. Ceterum ipſis viventibus, & volentibus remanere, cum aliis contrahere non debent 10, quod ſi in odium Chriſtianæ fidei receſſerint, cum teſte Gregorio, contumelia creatoris circa eum, qui relinquitur, jus matrimonii ſolvat, alias in matrimonium ducere non prohibentur, nec refert, utrum in ſecundo, vel tertio gradu, dum fuiſſent a fide alieni, contraxerint 11, cum fuiſſet in veteri [tantum] lege prohibitum, ne ſororum ſuarum turpitudinem revelarent.

Non ponitur.

## CAPUT II.

*Cæleſtinus III.*

LAudabilem &c. & infra. Ceterum quod interrogaſti de Sarracenis, qui dum in captivitate eſſent, quarundam Chriſtianarum viros eorum [12] inſidiis, & machinationibus occiderunt; utrum quia poſtea per ipſas ad fidem Chriſtianam converſi ſunt, eaſdem de jure accipere poſſunt in uxores, vel ſi duxerint, ipſum conjugium teneat. Hic Triburien. concilii regula contenti ſumus aſſerentis, quod ſi in mortem ipſorum virorum malitioſe fuerint machinatæ, licet earum ſtudio ad eccleſiaſticam fidem acceſſerint, tamen nec eis adhærere debent, nec ſunt, ſi adhæſerint, tolerandi: non enim hic diſpenſatio ſine periculo poſſet admitti, cum tantum [13] damnum tali lucro eccleſia compenſare non velit. Ad hæc (14) Sarraceni quidam, qui in bello ſunt Chriſtianos interfeciſſe notati, & Chriſtiani ſimiliter Sarracenos, poſtea vero Sarraceni ad catholicam fidem a gentilitatis errore converſi, uxores eorum, quos certamine bellico neci tradiderant (15), ſibi matrimonialiter copularunt; id ipſum & Chriſtiani de Sarracenis mulieribus converſis ad fidem feciſſe noſcuntur, quæ tamen poſtquam de priorum virorum morte compererunt [16] veritatem, di-

De converſ. infid. c. 1.

vor-

(1) *Deceſſuram.* (2) Al. *contriſtari.* (3) Al. *cupiens.* (4) Al. *fuerit.* (5) Al. *cohabitans.* (6) Al. *ſuſceperit.* (7) Al. deeſt, *ita.* (8) Al. *G.* [9] Al. *Catalanen.* (10) Al. *debebunt.* (11) Al. *contraxerunt.* (12 *Earum.* (13) Al. *tale.* (14) *Ad hoc.* [15] Al. *interfecerant.* (16) Al. *comperiunt*, al. *comperuerint.*

vortium inſtanter expoſcunt: reſpondemus quoque in his, quod cum nec Sarraceni, nec Chriſtiani mortem alterutrorum procuraſſe noſcantur, matrimonium hujuſmodi inter prædictas perſonas licite contrahi poteſt, & taliter copulati cujuſcumque ſexus exiſtant, divortium poſt mortem conjugum poſtulare non poſſunt. Idem ſi quidem juris erit in ſequenti caſu, quem proponere ſtuduiſti, cum S. Chriſtiano viro propter odium uxoris Chriſtum negante, & ſibi copulante Paganam, & ex ea filios procreante Chriſtiana in opprobriū Jeſu Chriſti relicta eſt (1), tamen [2] aſſenſu Archidiaconi ſui ad ſecundas nuptias convolavit, & filios ſuſcepit ex (3) ipſis, non enim videtur nobis, quod ſi prior maritus redeat ad unitatem eccleſiaſticam, eadem a ſecundo debeat recedere, & reſignari priori, maxime cum ab eo viſa fuerit eccleſiæ judicio diſceſſiſſe, & teſte Gregorio contumelia creatoris ſolvat jus matrimonii circa eum, qui relinquitur (4) odio fidei Chriſtianæ. Quod autem mulier poſſit primo viro, qui ad fidem reverſus eſt, nolente (5) ad vitam monaſticam remeare (6), vel utrum ille reverſus ad eam, quam ritu gentili ſibi conjunxit, & quæ propter eum ad fidem noſtram cum liberis ſuis eſt converſa, mortua prima (7) poſſit habere uxorem, & an filii ante converſionem geniti obtentu nuptiarum, quæ poſt converſionem ritu eccleſiaſtico celebratæ fuerunt [8], & ſimiliter ſi filii illius, quæ cum licentia Archidiaconi ſui marito priore vivente, ſed facto infideli nupſit viro catholico, legitimi ſint (9) habendi, tam regula, quam doctrina Apoſtoli, qua dicitur, ſi infidelis diſcedit, diſcedat; non enim frater, aut ſoror ſubjectus eſt in hujuſmodi ſervituti (10), quam illud decretum memoratum Gregorii, non eſt peccatum dimiſſo propter Deum, ſi alii (11) ſe copulaverit, infidelis enim diſcedens, & in Deum peccat, & in matrim. & nihilominus, quod prædeceſſor noſter bo. mem. Alex. III. ita dixerit, tanta eſt vis matrimonii, ut qui antea ſunt geniti, poſt contractum matrimonium legitimi habeantur. Nos in hujuſmodi dubitare non ſinit, quin in his & liber aditus pateat ad religionem migrare volenti, & ille, qui ad fidem revertitur, eam, quæ converſa eſt ad fidem, defuncta prima ſibi licite poſſit copulare, filii etiam in ſupradicto utroque caſu legitimi cenſeantur.

## TITULUS XXI.
## DE VOTO, ET VOTI REDEMPTIONE.

### CAPUT I.

*Alexander III. magiſtro M. Abbati de Vad. Forden.*

De voto, c. 3.

LItteraturam tuam, & prudentiam, jam dudum referente fama, cognovimus, & ſaluti tuæ tanto attentius conſulere debemus, & volumus, quanto perſonam tuam conſideratione tuæ honeſtæ converſationis, & vitæ, ferventioris charitatis brachiis amplectimur. Relatum eſt autem auribus noſtris ex parte tua, quod cum ex quadam minutione brachii tui minuiſſes (12), pavore mortis perterritus hæc verba tecum protuliſti, *non diu hic morabor*, proponens in animo, quod religionis habitum eſſes aliquando ſuſcepturus, ſed propter frequentes infirmitates in ſuperficie (13) corporis, quæ plurimum vitæ religioſæ diſtrictionem impediunt, & quia tranſeuntibus hoſpitalitatem exhibes, & plura ſalutaria impendis, quod concepiſti olim in animo, opere nondum impleviſti, ac per hoc dubitas, ne profracta fide voti in diſtricto debeas examine conveniri, licet autem prudentiam tuam latere non credamus, quid canones in hujuſmodi ſtatuant, tibi tamen conſulenti reſpondemus breviter, quod ſentimus, præſentium ſignificatione mandantes, quod ſi plus non eſt progreſſum in voto, quam prædiximus, tranſgreſſor judicari non poteris, & ſi non impleas, quod dixiſti. Monemus autem prudentiam tuam attentius, & hortamur, quatenus id facias, quod tuæ ſaluti amplius cognoveris provenire, & condicionis tuæ memor exiſtens memoriter teneas, quod Loth dum montis timeret aſcenſum, Segor civitatem parvulam petiit, & accepit.

### CAPUT II.

*Alexander III. univerſis Abbatibus, Ciſtren. [14] ordinis per Angliam conſtitutis.*

SCripturæ ſacræ teſtimonio declaratur, quod ſpiritualis homo propoſitum non mutat, cum pro ſalute animæ ſuæ aliquid utilius meditatur. Inde eſt, quod veſtris juſtis poſtulationibus inclinati, vobis indulſimus, quatenus ſi quis ſepulchrum dominicum, vel alia limina ſanctorum propoſuerit viſitare, & infirmitate, vel alia rationabili cauſa occurrente apud vos religionis habitum aſſumere, atque Deo ſervire voluerit, libere eos recipere valeatis, nec rei voti fracti (15) habeantur aliquatenus, qui temporale obſequium in perpetuam (16) noſcuntur religionis obſervantiam commutare. c. 4. eod.

### CAPUT III.

*Alexander III. Remenſi Archiepiſcopo.*

Non ponitur.

AD audientiam noſtram noveris perveniſſe, quod cum nobilis vir Comes Clarimontis crucem ſumpſiſſet Hieroſolymam (17) profecturus, eam pro ſua voluntate depoſuit, non attendens, quantum in violatione ipſius voti propriæ ſaluti detrahat, & honori. Verum quoniam tanto magis quiſque fraudati voti auget iniquitatem, quanto minorem habuit vovendi neceſſitatem, f. t. per A. s. m. qua. ſi verum eſt, quod aſſeritur, præfatum Comitem ad votum ſuum implendum, vel ad commutandum in melius, ſi rationabilis cauſa non impedit, per excommunicationis ſententiam ap. re. compellas. Quanto enim majoris nominis eſt idem Comes, tanto plures exemplo ſuo corrumperet, ſi a voto recedere ſineretur.



(1) Al. deeſt, *eſt.* (2) Al. *cum.* (3) Al. *ab.* [4] Al. *derelinquitur.* (5) Al. *volente.* [6] Al. *commeare.* (7) Al. *priori.* [8] Al. *fuerint.* (9) *Sunt.* (10) Al. *ſervitute.* (11) Al. *alteri.* (12) Al. *brachium tuum intumuiſſet.* (13) Al. deſunt. (14) Al. *Ciſtercien.* (15) Al. *facti.* (16) Al. *perpetuum.* (17) Al. *Hilm.*

CAPUT IV.

*Clemens III.*

Non ponit. PErpendimus &c. Ceterum de voto, quod ipſum comitem feciſſe proponis, ut ſcilicet ſingulis ſextis feriis in pane, & aqua jejunaret, non videtur, quod redemptio illa ſufficiat de altari conſtruendo, cum (1) quamvis voluntarium ſit vovere, ex neceſſitate tamen vota facta illicita (2) ſunt ſolvenda. Ad ultimum quod de ſubveniendo terræ Hieroſolymitanæ promiſit, ipſum ad eundum illuc in propria perſona, ſi fieri poteſt, diligentius exhorteris, vel in voti ſupplementum competentia ſubſidia euntibus Hieroſolymam ſubminiſtret.

## TITULUS XXII.

## DE STATU REGULARIUM.

CAPUT I.

*Alexander III.*

Non ponit. SI cum aliquo veſtrum pecunia fuerit inventa, & in vita ſua non patefecerit, nec ad eccleſiam, nec ad hoſpitale ſepeliatur, ſed extra civitatem in campis ponatur.

CAPUT II.

*Alexander III. univerſis Abbatibus, & converſis Ciſtrenſis ordinis.*

De ſtatu mon. c. 3. REcolentes qualiter hæc plantatio ſancta, hæc vitis fructifera, hæc denique vinea domini Sabaoth ſub primis ordinis patribus pullulavit, & palmites longe, lateque producens ad mortifera circumquaque venena pellenda protulit flores, & odores effudit, pervigili cuſtodia cuſtodiatis eorum in omnibus inhærere veſtigiis, per quos cooperante domino in deſerto hujus mundi flos hujuſcemodi plantatus eſt honeſtatis; hi enim monaſticæ frugalitatis (3) contentiſſimi, optimum ponentes in paupertate principium, totius ſufficientiæ aſſecuti ſunt complementum, eccleſiæ cari, Epiſcopis, & prælatis accepti, atque in conſpectu Regum, ac Principum fama, & merito glorioſi, nunc autem, quod dolentes dicimus, & (4) ſi non ab omnibus, neque in omnibus, a pleriſque tamen, & in pluribus ab illa ſancta inſtitutione dicitur declinatum, in tantum, ut (5) aliqui ex vobis primæ inſtitutionis obliti penitus, vel ignorantes contra ordinis veſtri regulam villas, molendina, eccleſias, & altaria poſſident, fidelitates, & hominia (6) ſuſcipiunt, juſtitiarios (7), & tributarios (8) tenent, & omne ſtudium adhibent, ut termini eorum dilatentur in terris, quorum converſatio debet eſſe in cælis. Læditur hinc (9) ordo penitus, & vitiatur, nec eſt (10) mutatio dexteræ excelſi, quin immo potius de dextera tranſeunt in ſiniſtram, qui cum relicto ſæculo ſub paupertatis habitu Deo militare decreverunt, in (11) negotiis denuo ſæcularibus implicantur. Inde eſt, quod vobis ab iis, qui foris ſunt, contentiones, & litigia ſuſcitantur, & Abbatibus in cauſis forenſibus occupatis, plurimum in commiſſis domibus & tepor ordinis, & diſſolutio naſcitur charitatis, maxime quia charitas in paupertate plus proficit, & cupiditatis dedignata conſortium, niſi illa reſtringatur, hæc tepeſcit. Ideo ſanctum, ac venerabile collegium veſtrum precibus, & monitis, quibus poſſumus, exhortamur, quatenus domus illæ, quæ a prima ſui origine in ordine ipſo ſunt fundatæ, conſtitutis, & ordinatis terminis ſint contentæ, nec velint inordinate ad ea manus extendere, quæ ſine laboribus, & periculis multis, & [12] demum ſine criminibus, & magna confuſione non poterunt retinere. Si enim relictis originalibus ordinis inſtitutis, ad communia volueritis aliorum monaſteriorum jura divertere, oportebit, & vos communi jure cenſeri, quia dignum eſt, ut ſi qui ſimilem cum aliis ſuſcipiunt vitam, ſimilem ſentiant in legibus diſciplinam. Ceterum domus illæ, quæ ab [13] aliis inſtitutionibus ad veſtrum ordinem ſe tranſtulerint (14), veſtris omnino ſe ſatagant (15) uſibus conformare, & relictis poſſeſſionibus, vel mutatis, quas inſtitutio veſtra non recipit, ſic ſe in omnibus religioni veſtræ coaptent, ut quemadmodum ſe gaudent (16) in ſocietatem ordinis, identitatemque habitus, & obſervantiæ regularis aſſumptas (17), ſic etiam in paucitate ſæcularium rerum ſe lætentur veſtris inſtitutionibus conformatas [18], quatenus inde & ſuperno conditori magis amabiles, & nobis, atque univerſæ eccleſiæ merito debeant fieri cariores. Sane ſi ſuper poſſeſſionibus ipſis in aliquo de monaſteriis veſtris Apoſtolicæ ſedis auctoritas diſpenſavit, a nullo veſtrum ſumendum eſt inde exemplum, quia temerarium eſt, & indignum aliquem ſibi ſua auctoritate præſumere, quod Romana eccleſia alicui monaſterio, certa ratione inſpecta, ſingularibus voluit indulgere beneficiis.

CAPUT III.

*Alexander III. omnibus Epiſcopis.*

DIlectos filios noſtros, & fratres, qui ſunt in ordine Ciſtren. (19) attentioni veſtræ propenſius commendantes, vobis per A. s. m. quatenus (Non ponitur.) eos contra antiquam conſuetudinem, & libertatem ordinis fratribus a Romana eccleſia indultam, ad ſynodum, & ad concilium non cogatis venire, ſed ipſos (20) juxta conſuetudinem ſui ordinis, permittatis in arce contemplationis libere domino famulari, ita quod charitas, & affectio veſtra debeat exinde in domino merito commendari.

CAPUT IV.

*Alexander III.*

QUanto nos fidem, & devotionem veſtri ordinis Ciſtren. (21) in multis ſumus (22) experti, tanto amplius ea, quæ a prædeceſſoribus noſtris ſibi amore virtutis (23) indulta ſunt, obſervare tenemur. Auctoritate igitur Ap. vobis inhibe- Non ponit.

(1) Al. *quia.* (2) Al. *licite.* [3] Al. *fragilitatis.* (4) Al. *quod.* [5] Al. *quod.* (6) Al. *dominia.* (7) Al. *juſtitiarias.* (8) Al. *tributarias.* [9] Al. *hic.* (10) Al. *ſi eſt hæc.* (11) Al. deeſt, *in.* [12] Al. deeſt, *&c.* (13) Al. *de.* (14) Al. *tranſtulerunt.* [15] Al. *ſatagunt.* (16) Al. *gaudeant.* (17) Al. *aſſumptos.* (18) Al. *conformatos.* (19) Al. *Ciſtercien.* (20) Al. *eos.* (21) Al. *Ciſtercien.* [22] Al. *ſimus.* (23) Al. *veritatis.*

UNED

hibemus artius, ne pro obſervatione eorum, quæ ipſis Apoſtolica ſedes conſueta benignitate indulſit, in mercenarios ſuos interdicti, vel excommunicationis ſententiã præſumatis promulgare, pro certo ſcituri, quod ſi hoc egeritis [1], grave eſſet nobis modis omnibus, & moleſtum, & indignationem Dei, & iram, & pœnam poſſetis incurrere.

CAPUT V.

*Alexander III.*

Non ponit. SI qua libera, vel abſoluta perſona pro redemptione animæ ſuæ veſtro monaſterio ſe conferre voluerit, ſuſcipiendi eam liberam habeatis facultatem, addentes etiam Apoſtolica auctoritate interdicimus, ne quis veſtros fratres clericos, ſive laicos poſt factam in monaſterio veſtro profeſſionem abſque veſtra licentia ſuſcipere audeat, vel tenere. Præſenti quoque decreto ſancimus, ut Epiſcopus, in cujus diœceſi eccleſia veſtra conſiſtit, nec electionem Abbatis veſtri umquam impediat, nec de removendo eo, aut deponendo, qui pro tempore ſecundum ſtatuta Ciſtren. ordinis removendus, aut deponendus fuerit, ſe ullatenus intromittat. Sancimus (2) autem, ne quis Archiepiſcopus, vel alterius ordinis clericus veſtrum locum divinis interdicat officiis, ſed liceat vobis omni tempore clauſis januis, & excluſis excommunicatis divina officia celebrare. Paci quoque & tranquillitati veſtræ providentes auctoritate Apoſtolica prohibemus, ut infra clauſuras locorum, vel grangiarum veſtrarum nullus violentiam, vel rapinam, ſeu furtum facere, aut ignem apponere, vel homines capere, ſeu interficere audeat; ſi quis temerario auſu hoc præſumpſerit, tamquam ſacrilegus judicetur, & excommunicationis ultione plectetur.

CAPUT VI.

*Clemens III.*

Non ponitur. c. 4. eod. SUper quodam canonico regulari, qui in articulo mortis agens, licet a Priore ſuo commonitus, proprium, quod contra regulam latenter habuerat, noluit reſignare, & ſic diem clauſit extremum, quid ſ. de illo agendum ſit, cum nihilominus fuerit inter alios fratres traditus ſepulturæ, nos duxiſti neceſſario requirendos. Quia vero te ignorare non credimus, quid de talibus in regula beati Auguſtini habeatur ſtatutum, & quod id ipſum in ſynodo Lateranen. conſtet inhibitum manifeſte, inquiſitioni tuæ præſentibus litteris reſpondemus, quod ille canonicus non tantum fuit Chriſtiana ſepultura privandus, verum etiam ſi ſine maximo ſcandalo potuerit fieri, de ipſa proiici dignus eſt eccleſia, & extra cœmeterium eccleſiæ ſepeliri. Cum ſicut in ipſa ſynodo habeatur (3) expreſſum, nec oblatio pro eo facienda ſit, nec inter fratres debeat ſepulturam habere. Hoc autem cum forte contigerit, in ſimilibus eſt agendum.

## TITULUS XXIII.
## DE CAPELLIS MONACHORUM.

CAPUT I.

*Lucius III. de Maſſandane (4), & de Dorceſtre Abbatibus & magiſtro A. de W. de Fordit. (5)*

EX tranſmiſſa nobis conqueſtione Abbatis, & monachorum de Abandoe (6) accepimus, quod cum eccleſia de Camenore (7) ad jus eorum pertineat, & homines de N. & de Winthan (8) parochiani ſint ipſius eccleſiæ, clerici, qui prædictas eccleſias de N. & N. habuerunt, minuatim omne jus parochiale, præter jus funerandi, matrici eccleſiæ ſubtraxerunt. Sibi enim decimas, & obventiones alias retinentes, tantum mortuorum cadavera ad prædictam eccleſiam deferri ſinebant, quorum ſucceſſores prædicta parochialia jura, ut dicitur, contendunt auferre, propter hoc d. [9] v. per A. s. m. qua. ſi quod aſſeritur, noveritis veritate eſſe ſubnixum, prædictas decimas, & oblationes cum aliis obventionibus matrici eccleſiæ memoratæ ap. re. præſcriptione hoſtilitatis tempore non currente reſtitui faciatis, & præfatos clericos de cetero ab eorum perceptione eccleſiaſtica cenſ. compeſcatis. De præſcr. c. 10.

CAPUT II.

*Clemens III.*

DE minori poſſemus ſollicitudine argui merito, ſi ad conſervanda jura veſtri monaſterii, quæ ad proviſionem veſtram (10) ſpecialiter reſpiciunt, animum non accommodaremus: quapropter vobis, & juſtitiis (11) veſtris Pontificali volentes diligentia providere, auctoritate Ap. prohibemus, ne in eccleſiis ad præſentationem veſtram ſpectantibus ulli, niſi a vobis præſentati fuerint, ordinentur, ſed ſi quos vobis non præſentantibus ordinari (12) contigerit, ab eccleſiis eis per voſmetipſos auctoritate Ap. amoveantur (13), & eorum ordinatio penitus irrita habeatur, niſi forte, quod abſit, præſentationem clericorum vos conſtiterit malitioſe differre. Non ponitur.

## TITULUS XXIV.
## DE JURE PATRONATUS.

CAPUT I.

*Alexander III.*

DIlectus frater noſter S. tranſmiſſa nobis inſinuatione monſtravit, quod cum Illuſtris Rex Scotiæ patrimonium ſuum detinuiſſet, & occuparet, quibus voluit, & prout voluit, eccleſias, quarum gerebat patronatum, eo inconſulto conceſſit. Quoniam igitur ex injuncti officii debito tenemur unicuique jura ſua integra ſervare, nolentes, quod præfatus S. ſub tali occaſione jus patronatus amittat, ſ. v. per A. s. m. qua. ſi diligenter inquiſita veritate tibi ita eſſe conſtiterit, inſtitutos univerſos amoveas, & ſi idoneæ perſonæ ab eo, qui habet jus patronatus, & præſentandi perſonas ipſas * ad præfatas eccleſias fuerint præſentatæ, perſonas ipſas de conſilio, & aſſenſu (14) prælatorum tuorum (15) quorum intereſt, præſcriptis eccleſiis nullius ap. ob. inveſties Non ponit: Poſt conc. L.p.47.c.2. * *ad præfatas Eccleſias fuerint præſentatæ, perſonas ipſas,* omitt. Par.

(1) Al. *cogeretis.* [2] Al. *ſtatuimus.* (3) *Habetur.* (4) Al. *Maſſendaven.* (5) Al. *Fort.* (6) Al. *Abendon.* (7) Al. *Cumenon.* (8) Al. *Witan.* (9) Al. *diſcretioni igitur.* (10) Al. *noſtram.* (11) Al. *ruſticis.* (12) Al. *ordinare.* (13) Al. *removeantur.* (14) Al. *conſ.* (15) Al. deeſt, *tuorum.*

ſtias, neque ipſas citra formam juris exinde a quoquam gravari permittas.

CAPUT II.

*Alexander III.*

De jure patron. c. 25. NObis fuit &c. Præterea quæſiviſti a nobis, ſi aliquis efficiatur ſola eccleſiæ conſtructione patronus, vel ſi ad electionem plebani ſit cum clericis admittendus, ſeu ab ipſa repellendus omnino, tamen & ſi (1) de longa conſuetudine allegaverit [2] ſe electioni intereſſe debere, in hujuſmodi ſiquidem tale damus reſponſum. Quod ſi quis eccleſiam cum aſſenſu diœceſani Epiſcopi conſtruxerit, ex eo jus patronatus acquirit. Ceterum in conventuali eccleſia non electioni plebani faciendæ, ſed jam factæ honeſtius patroni poſtulatur aſſenſus, niſi patronus aliter (3) de ſua juriſdictione obtineat, ut partes ſuas debeat interponere electioni tractandæ, ſecus tamen eſt in capella, in qua unus presbyter inſtituendus a patrono quandoque eligitur, & pro inſtitutione habenda loci Epiſcopo præſentatur, pro fundatione quoque ipſi honor proceſſionis fundatori ſervatur, & ſi ad inopiam vergit (4), ab eccleſia illi modeſte ſuccurritur, ſicut in ſacris canonibus eſt conſtitutum.

TITULUS XXV.

DE CENSIBUS, ET EXACTIONIBUS, ET PROCURATIONIBUS.

CAPUT I.

*Lucius III.*

De cenſib. c. 13. SIgnificavit T. nobis rector eccleſiæ de Sultig. (5) quod cum a dil. fi. Abbate, & monachis de Clanſtig. (6) ad regimen eccleſiæ ipſius electus fuiſſet, de ſolvendo annuo cenſu trium marcharum, quem prædeceſſor ejus ſolverat, præſtitit corporaliter ſacramentum; poſtmodum ven. f. noſter N. Bathanen. Epiſcopus, in cujus diœceſi eccleſia ipſa conſiſtit, ne ipſum cenſum monachis ſolveret, niſi prius conſtaret, quod Epiſcopali auctoritate fuiſſet impoſitus, in periculum ordinis, & ſub interminatione anathematis interdixit, unde prædictus rector hinc (7) perjurii reatum metuit, & (8) inde timet inobedientiæ periculum imminere. Quo circa f. t. per A. s. m. qua. partibus ante præſentiam veſtram [9] convocatis, ſi tibi præfatum canonem de auctoritate præſulis, & non de novo impoſitum fuiſſe conſtiterit, Epiſcopo auctoritate noſtra præcipias, ut prohibitionem ſine dilatione relaxet. Si vero cenſus ſit de novo impoſitus, ſive auctoritate Epiſcopi hoc factum fuerit, ſive non, Abbates, & monachos, ut clericum a juramento abſolvant, ap. re. eccleſiaſtica diſtrictione compellas, pati enim nec debemus, nec volumus, ut eccleſiæ cenſus novi exactione vexentur.

CAPUT II.

*Lucius III. Ravennati Archiepiſcopo.*

c. 14. eod. SOpitæ judicio ſedis Ap. quæſtiones ſcripto ad memoriam perpetuam commendantur, ne per oblivionem proceſſu temporis valeant ſuſcitari; ut autem habeat majorem ſententia fortitudinem (10), Apoſtolici ſcripti munimine roboratur, ſane cum inter te, & monaſteria Bonon. tam monachorum, quam monialium ſuper procurationibus, quas ab eis exegeras, controverſia verteretur, & (11) cauſam ven. f. n. H. Atinien. (12) Epiſcopo commiſimus audiendam. Poſtmodum vero dil. filius N. (13) Abbas ſancti Proculi aliorum omnium procuratur, ſicut ex litteris, quas portavit, apparuit, & ipſe in manu Epiſcopi jam dicti data fide firmavit, coram nobis, & fratribus noſtris pro omnibus aliis monachis (14) ſancti Damiani, & ſancti Bartholomæi exceptis, qui (15) ſuper hoc quæſtionem minime referebant, diutius litigavit. Verum nulla pro parte ſua privilegia Romanæ eccleſiæ, vel Ravennatis exhibuit, nec oſtendit longa conſuetudine ſe munitum, ſed tu firmiter, ipſas in aliis monaſteriis tuæ provinciæ aſſerens ſine contradictione præſtari, eas prædeceſſoribus tuis in monaſteriis Bononien. exhibitas per teſtes idoneos probaviſti: inde utique fuit, quod deliberatione cum fratribus habita vidimus intentionem tuam jure communi, & prædeceſſorum tuorum conſuetudine adjuvari, ea propter tuis juſtis petitionibus annuentes: monaſteria ſupradicta de communi conſenſu fratrum condemnavimus ad procurationem [16] ſecundum facultates eorum tibi, tuiſque ſucceſſoribus & (17) adjudicantes eas vobis in jam dictis eccleſiis monaſteriis univerſis, ſententiam, quam protulimus, noſtra duximus, & fratrum noſtrorum ſubſcriptionibus roborandam.

CAPUT III.

*Urbanus III. Cantori, & magiſtro ſcholarum Re.*

QUerellam P. presbyteri ſancti Petri accepimus, quod cum canonicis Debore (18) certa ſummam pecuniæ pro penſione eccleſiæ ſuæ aliquot perſolverit annis, idem canonici ab eo ſummam illam ex integro de Pariſienſi moneta exigunt ſibi ſolvi, licet ea melior ſit illa, quam pro penſione prædicta ſolvere conſuevit. Quia igitur in hoc idem presbyter contra juſtitiam gravatur (19) dis. v. per A. s. m. qua. ſi verum eſt, quod aſſeritur, canonicos illos antiqua penſione cogatis ap. ceſ. manere contentos. Non ponitur.

CAPUT IV.

*Clemens III.*

GRavis admodum, & correctione digniſſima nuper querella in audientia eſt noſtra propoſita, quod ſalva conſcientia ſub diſſimulatione tranſire non poſſumus. Cum enim eccleſiaſticæ perſonæ eccleſias quamplures Sinon. (20) diœceſi habeant, cum eas vacare contigerit, non aliter quemquam ad ipſarum regimen volunt vocare, niſi aut novum cenſum in eccleſiis illis imponant, aut veterem contra conſtitutionem concilii Lateranen. augmentent, ad ipſius ſolutionem inſtituen- c. 15. eod.

(1) Al. *tam & ſi*, forte. (2) Al. *allegavit.* (3) Al. *alias.* (4) Al. *vergat.* (5) Al. *Fulrig.* (6) Al. *Clauſtig.* (7) Al. *inde.* (8) Al. deeſt, &. (9) *Tuam.* (10) Al. *firmitudinem.* (11) Al. deeſt, &. (12) Al. *Abanen.* [13] *V.* (14) Al. *monaſteriis.* [15] Al. *quæ.* (16) Al. *procuratione.* (17) Al. deeſt, &. (18) *de Boren.* (19) Al. *aggravatur.* [20] Al. *in Morinen.*

tuendum presbyterum, juratoria quandoque vel fidejuſſoria cautione cogentes, quandam etiam partem ſuis uſibus redditum applicare contendunt, unde ſæpe contingit, ut diœceſano Epiſcopo exceſſus hujuſmodi ignorante, vel eo minime requiſito in eccleſiis illis (1) inducant pro ſuæ (2) voluntatis arbitrio ſacerdotes. Quoniam igitur prædictas (3) conſtitutiones concilii pati nolumus, neque debemus aliquorum injuria violari, diſ. v. per A. s.m. quat. cum ſuper hoc fueritis requiſiti, partibus ad veſtram præſentiam convocatis, quæcumque noveritis contra conſtitutionem prædictam ſuper eccleſiis illis, vel earum cenſu ab aliquibus a tempore conſtitutionis attemptata, contradictione, & ap. ces. in irritum revocantes, ab augmentatione cenſuum eccleſias penitus abſolvatis, & ad ſtatum debitum reducatis (4). Presbyteros, quos ſuper his juramenta illicita præſtitiſſe noveritis, congrua ſatisfactione impoſita facientes abſolvi eos etiam, quos de cetero contra formam canonum ſuper his venire noveritis, ſine cujuſcumque (5) perſonæ acceptione, ſub ap. ob. cenſura canonica puniatis.

## TITULUS XXVI.
## DE ECCLESIIS ÆDIFICANDIS.

### CAPUT I.

*Alexander III. pars cap. Ad petitionem.*

Non ponitur. SI hoſpitale in aliquo loco abſque [6] oratorio feceritis, liberum erit vobis abſque conſcientia Epiſcopi, in cujus parochia fuerit, ipſam domum conſtruere; quod ſi oratorium ibidem facere volueritis, id abſque licentia Epiſcopi non faciatis, juſtitia in omnibus ſervata.

### CAPUT II.

*Clemens III. Exoſonen. (7) Epiſcopo.*

Non ponitur. LItteras tuæ fraternitatis, & infra. Memoratis fratribus dedimus in mandatis, ut jura tua tibi quiete dimittant, & tenorem privilegiorum, quæ Romana eccleſia eis indulſit, non excedant. Sane eiſdem fratribus qui multa religione & honeſtate præfulgent, & circa obſequia pauperũ Chriſti ſunt diligenter intenti, Romana eccleſia ſuo privilegio hanc libertatem indulſit, ut liceat eccleſias interdicto ſuppoſitas ſemel in anno aperire, & excluſis excommunicatis divina in eis officia celebrare. Indultum eſt etiam eis a Romana eccleſia, ut in deſertis locis poſſint villas conſtruere, & ibi eccleſias ædificare, quæ nulli ſint ſubjectæ, niſi Rom. Pont. & in aliis locis tantum pro ſe, & familia ſua oratoria [8] ædificare, in quibus parochianos aliorum ad cotidiana officia non recipiant, nec ad ſepulturam, ſed numquam eis, vel aliquibus a nobis, vel a prædeceſſoribus noſtris fuit indultum, ut corpora eorum, qui excommunicati decedunt, in cemeteriis debeant ſepeliri.

### CAPUT III.

*Lucius III. Paduano Epiſcopo.*

De novi op. nunt. c. 1. INtelleximus ex litteris tuis, quod cum cauſa, quæ inter dilectos filios noſtros Priorem ſancti Cypriani Deven. & clericos de Rodigo, ſuper capella, quæ in præjudiciũ eccleſiæ baptiſmalis de Coſta ab eiſdem clericis conſtructa fuit, ſicut nobis ejuſdem Prioris relatio demonſtravit, f. t. a ſe. Ap. fuiſſet delegata, ſine canonico terminanda, tibi partibus ad tuam præſentiam convocatis per teſtes ſufficienter innotuit, quod præfata eccleſia de Rodigo eandem capellam poſt appellationem ad nos factam, & denuntiationem novi operis ædificare cœperat, & ob hoc præfatus Prior in judicio poſtulabat, quidquid in ſæpe dicta capella poſt ap. ad nos factam, & poſt denuntiationem novi operis factum primitus (9) fuerat, demoliri. Super quo diſcretioni tuæ dubium videbatur, utrum ad hoc canonico procedi poſſet judicio, & cum nihil denuntiatione novi operis ſit in canonibus diffinitum, ſedem duxiſti Ap. conſulendam: quia vero ſicut humanæ leges non dedignantur ſacros canones imitari, ita, & ſacrorum ſtatuta canonum priorum principum conſtitutionibus adjuvantur, f. t. præſentibus reſpondemus, quod diligenter conſiderans (10), quod poſt denuntiationem novi operis, ſive jure, ſive injuria aliquid conſtituatur (11) de legalibus debet conſtitutionibus demoliri, & quia nulla eccleſia in præjudicium alterius debet conſtrui: aſcitis tibi viris prudentibus, negotium ipſum ſecundum canonum, & legum ſtatuta, ap. re. non differas terminare. Nam cum te credamus (12) in utroque jure peritum, ſecurius duximus cauſam per tuam ſollicitudinem terminari, qui [13] per dicta partium, & terminos, & fines locorum plenius poteris cognoſcere veritatem, quam aliquid a nobis ignorantibus qualitatem negotii diffiniri.

### CAPUT IV.

*Urbanus III. Trundenſi (14) Archiepiſcopo, & G. delegato.*

AD audientiam noſtram jampridem pervenit, quod tu (15) in eccleſia de Cologia, de qua in Epiſcopum vocatus, & electus fuiſti, regulares canonicos ordinare, & eorum inſtitutioni (16) de bonis tibi collatis congrue velis providere, inde ſiquidem eſt, quod tuum nos deſiderium, atque propoſitum multimodis laudibus commendantes, devotioni tuæ auctoritate Ap. indulgemus, ut juxta votum tuum, canonicos regulares in eccleſia præſcripta, ſi tibi in hoc Epiſcopus diœceſanus conſentit, ad honorem Dei, & eccleſiæ tuæ, ſecundum beati Auguſtini regulam, valeas ordinare, & eos ibidem nullius (17) contradictione, & ap. inſtituere. Unde (18) ſi clerici ſæculares in ea fuerint, qui adhuc ſupereſſe noſcantur (19), volumus, ut eis, dum vixerint, ibi, vel alibi neceſſaria ſecundum conſuetudines provideantur, licet autem (20) vicini tui nobis inſtantius ſupplicarent, quatenus in eccleſiæ præſcriptæ jure confirmationis privilegium fa-

De eccl. ad. c. 5.

[1] Al. *ipſis.* [2] Al. *ſuo.* [3] Al. *prædicti.* [4] Al. *ſtatutum terminum reducentes.* [5] Al. *cujuſquam.* (6) Al. *ſine.* (7) Al. *Alex. III. Hyroſen.* (8) Al. *oratorium.* (9) Al. *ponitus.* (10) Al. *conſiderantes.* (11) Al. *conſtruatur.* (12) Al. *credimus.* (13) Al. *quod.* (14) Al. *Trudenſi.* [15] Al. *cum.* (16) Al. *inſtructionem.* (17) Al. *nulla.* (18) Al. *Verum.* (19) Al. *noſcuntur.* (20) Al. *enim.*

UNED

faceremus de canonicis, tuæ in hac parte devotioni de jure non poſſumus deferre, cum nulli canonici adhuc ibidem exiſtant, quibus privilegium indulgeatur, eis utique cum fuerint inſtituti, tam in his, quam in aliis precum tuarum obtentu, in quibus cum Deo poterimus, libentius deferemus.

## CAPUT V.

*Cæleſtinus III.*

c. ult. eod. TUA nobis [1] duxit &c. & infra. Præterea quia occaſione juramenti, quod de rebus eccleſiæ non alienandis, te aſſeris præſtitiſſe, in locis tui Epiſcopatus, in quibus populi habitantes oratoriis plurimum videntur indigere, ne (2) prætextu novarum eccleſiarum commiſſa tibi eccleſia deſtitui videatur, eccleſias formides erigere, fraternitati tuæ præſentium ſignificatione mandamus, qua. illius juramenti occaſione, nullatenus prætermittas, quin populo indigenti ſuper baſilicarum inſtructione ſtudeas ſalubriter providere (3).

## TITULUS XXVII.
## DE IMMUNITATE ECCLESIÆ, ET CŒMETERII.

## CAPUT I.

*Turon. conc. ſub Alexandro III. celebratum.*

Non ponit. Poſt conc. Lat. p. 31. cap. 6. QUoniam ſupervenientibus novis morbis novas expedit medicinas invenire, eccleſiaſticæ libertati conſulere, & ſubditorum utilitati providere curantes, ſtatuimus, ut capellani caſtrorum, & qui eorum jura miniſtrant, hujuſmodi ſacramento aſtringantur, quod ex quo fuerit cognitum eis aliquid eccleſiæ, vel cœmeterii, vel eccleſiaſticæ poſſeſſionis in caſtrum veniſſe, vel [4] violentia caſtrenſium ablatum fuiſſe, conveniant dominum caſtri, ſive illum, qui prius ab illo dominatum tenet, cujus poteſtate, & conſilio res dirigi poſſit, & ſi eorum commonitione prædicta non reddiderint, ſi affuerint, vel non affuerunt, de integra reſtitutione, infra octavam diem (5) ſecuritatem [6] non fecerint, ex tunc ab omni eccleſiaſtico ceſſabunt officio, excepto baptiſmo, & confeſſione, & timore mortis communione, quod in omnibus eorum terris propriis præcipimus obſervari, nec non & in illis, quibus integram exercent dominationem. Permittimus tamen ſemel in hebdomada in proxima villa cauſa conficiendi corpus domini, ut miſſa celebretur clauſis oſtiis, excluſis omnibus præter miniſtros altaris. Quod ſi prædicti caſtrenſes poſt ſententiam in eos datam incorrigibiles per XL. dies extiterint, capellani ab eorum officio recedant, non amplius cum eis moraturi, quamdiu ſub anathematis vinculo teneantur, & ſub hac lege ſcriptores claudimus. Quod ſi capellani, vel quilibet officiales clerici ex ſuis poſſeſſionibus ſunt, ipſis advocati (7) ſervitii debitores, ultra tres menſes cum eis commorandi licentiam non adhibemus. Quod ſi gratia commorationis (8) ejus conceditur, conveſcendi tamen, & cohabitandi interdicimus participationem. Quod ſi (9) ultra præfatum terminum cum eis commorari præſumpſerint, ordine ſuo, & beneficio eccleſiaſtico careant, & ne forte præda committatur in dolum, vel clericos caſtrorum excuſet ignorantia, egredi debent obviam prædæ, audituri, & ſollicite requiſituri (10), ſi quæ res ibi fuerint eccleſiaſticæ, vel earum reclamatores; ſi quis autem clericus ob hujuſmodi receſſum propter juſtitiam a domino ſuo rerum ſuarum damnum pertulerit, ipſe dominus, non niſi per integram omnium reſtitutionem merebit abſolvi. Si quælibet villa duos, aut plures habeat advocatos, in quorum aliquem ſententia ſit lata, non carebunt officio, niſi qui eorum ſubſunt (11) dominio; quod ſi eccleſia unius advocationis fuerit, ſuis eadem, & ſibi interdicta licentia, licet alterius advocationis corpora ſepelire, miſſa tamen non celebretur. De mutandis autem caſtrorum vicariis, vel clericis ſtatuimus, ut Archid. ſignificetur, ne aliquis (12) loco illius ſubſtituatur (13) donec eodem adſtringatur (14) ſacramento. Mercatoribus autem, & ceteris hominibus civitatum, & burgorum prohibemus, ne aliquando hominem (15) excommunicatum ſuſcipiant pro hoſpite [16], nec in venditione, vel emptione, ſive aliqua ſibi participent accommodatione. Qui vero tranſgreſſores extiterint, a ſacerdote parochiano per tres dies vocentur ante tribus diebus, poſtea expectentur ad correptionem (17) vii. die ſi incorrigibiles apparuerint, anathematis ſententiam ſubituri [18], nec ab ipſo (19), nec ab Archidiacono ſe noverint abſolvendos. Si vero a domino, aliquove (20) potente ad hoſpitandum excommunicatum vim hoſpiti illatam cognitum fuerit, hoſpes reus non habeatur; ſed ejus, qui violentiam intulit, terra ſuſpendatur, cujus ſuſpenſionis reſtitutio Pontificis erit arbitrio reſervanda. In villis vero, vel urbibus, vel caſtellis, quæ ſub dominio ſunt, in quibus conſtabularii ad tempus conſtituuntur, ſi ipſum conſtabularium contigerit anathematis ſententiam ſubiiſſe, ipſo in villa ſtante, loco illo divina vacent, quo recedente, eodem die reverſuro, alii officium divinum non admittant (21), ſuis domeſticis omnibus a Chriſtianitate ſuſpenſis. De cœmeteriis, ſive quibuslibet eccleſiaſticis poſſeſſionibus cenſuarias dari prohibemus, ne (22) pro eccleſiæ, vel cœmeterii defenſione, fidei ſuæ clerici ſponſionem interponant, qui ſi fecerint, ordinis ſui & beneficii periculum incurrent: qui vero eccleſiam vel cœmeterium combuſſerit, vel ordinatis manus violentas impoſuerit, ſententia anathematis feriatur, nec ab alio, quam a domino Papa abſolutionem conſequatur, niſi mortis interveniente articulo, diſpenſatio merito

(1) Al. *nos.* (2) Al. *cum.* (3) Al. *ſubvenire.* [4] *Et.* [5] Al. *octo dies.* (6) Al. *ſecurum.* (7) Al. *advocatis.* [8] Al. *commonitionis.* [9] Al. *Qui vero.* (10) Al. *inquiſituri.* (11) Al. *ſubjecti ſunt.* (12) Al. *aliqui.* (13) Al. *ſubſtituantur.* (14) Al. *aſtringantur.* (15) Al. *nomine.* [16] Al. *hoſpitem.* (17) Al. *correctionem.* [18] Al. *ſenſituri.* (19) Al. *Epo.* [20] Al. *vel.* (21) Al. *amittant.* (22) Al. *nec.*

rito ſubveniat, data tamen pro ſe ſatisfaciendi ſecuritate, ſi convaluerit, pro abſolutione Papam aditurus. Si quis vero excommunicatum nomine ſuſceperit hoſpitio, vel ei pecuniam ſcienter accommodaverit, quia noſtri ſunt contemptores mandati, prohibemus, ne Chriſtianus vel Chriſtiana ei ſerviat, donec inde ſatisfecerit: præcipimus etiam, quod Decani rurales fide adſtringantur, quatenus eis, ſi cognitum fuerit, aliquem de eccleſiaſticis viris hæc decreta non ſervare, Epiſcopo, ſi adfuerit, vel Archidiac. ipſi renuntient. Prohibemus etiam, ne Abbates, vel monachi, vel Priores, vel Abbatiſſæ, vel Prioriſſæ de poſſeſſionibus eccleſiaſticis cenſarias donent; clericis autem, & laicis prohibemus, ne quis [1] ſcienter prædia eccleſiæ emat (2), vel prædium cœmeterii ſive cujuslibet eccleſiaſticæ [3] poſſeſſionis: quod qui præſumpſerit, anathematis ſententia feriatur.

CAPUT II.

*Lucius III.*

De immun. eccl. c. 5.

CUM eccleſia Dei ſecundum evangelicam veritatem domus orationis eſſe debet, non ſpelunca latronum, aut ſanguinis forum, ne ſæculares judices cauſas, ubi de ſanguinis effuſione, & corporali pœna agitur, in eccleſia, vel cœmeteriis agitare præſumant ſub anathematis interminatione prohibemus: abſurdum enim eſt, & crudele, ibi judicium ſanguinis exerceri, ubi conſtituta eſt tutela refugii.

# LIBER QUARTUS.

## TITULUS I. DE SPONSALIBUS, ET MATRIMONIIS.

### CAPUT I.

*Ex concilio Triburienſi.*

De ſponſal. cap. 1.

DE Francia nobilis quidam homo nobilem de Saxonia lege Saxonica (4) duxit in uxorem, tenuitque eam multis annis, & ex ea (5) filios procreavit; verum quia non iiſdem (6) utuntur legibus Sauxones, & Francig. cauſatus eſt, quod [7] eam non ſua (8), ideſt non Francorum lege deſponſaverat, vel acceperat, vel dotaverat, dimiſſaque illa duxit aliam. Diffinivit ſuper hoc ſancta ſynodus, ut ille transgreſſor evangelicæ legis ſubiiciatur pœnitentiæ, & a ſecunda conjuge ſeparetur, & priorem recipere (9) cogatur.

### CAPUT II.

*Alexander III.*

c. 15. eod.

VEniens ad nos W. lator præſentium ſupplici nobis relatione monſtravit, quod in domo ſua mulierem quandam recepit, de qua filium, & filiam habuit, cui fidem coram pluribus præſtitit, quod eam duceret in uxorem. Interim autem, cum de quadam civitate ad propria remearet, apud domum vicini ſui pernoctavit, cujus filia nocte illa ſecum concubuit, & cum pater ejus in lecto eos [10] ſimul inveniſſet, ſummo mane invitum ipſum eam deſponſare coegit, qui nuper in præſentia noſtra conſtitutus nos conſuluit, cui potius adhærere deberet; quia vero nequaquam innotuit nobis, utrum poſt fidem præſtitam primam cognoverit, mandamus, quatenus rei veritatem diligenter inquiras, & ſi inveneris, quod primam poſt fidem præſtitam cognoverit, ipſum cum ea facias remanere; quod ſi poſt datam fidem eam non cognoverit, ſecundæ, niſi metu coactus, qui poſſet in virum conſtantem cadere, eam deſponſaverit, tamquam uxori facias adhærere.

### CAPUT III.

*Clemens III. Cæſarauguſtano Epiſcopo lib. 1. regiſtri.*

c. 19. eod.

IN præſentia noſtra poſitus a nobis duxiſti neceſſario requirendum, quid agendum tibi ſit de quibuſdam mulieribus in tua diœceſi conſtitutis, quæ cum viros in captivitatem, vel aliam peregrinationem abductos, jam ultra ſeptennium fuerint præſtolatæ, nec certificari poſſunt de vita, aut de (11) morte, licet ſollicitudinem ſuper hoc adhibuerint diligentem; quia tamen pro juvenili ætate, ſeu alia fragilitate carnis humanæ continere non poſſunt, aliis expetunt in matrimonio copulari. Cum autem dicat (12) Apoſtolus, *mulier tādiu alligata eſt viro, quamdiu vir ejus vivit*: tuæ conſultationi taliter reſpondemus, quod quantocumque annorum ſpatio ita remaneant viventibus viris ſuis, non poſſunt ad aliorum conſortium canonice convolare, nec tu eas contrahere in eccleſiæ facie (13) permittas, donec certum nuntium recipiant (14) de morte virorum.

### CAPUT IV.

*Alexander III. Exonen. Epiſcopo.*

c. 16. eod.

COmmiſſum &c. & infra. Significavit nobis f. tua, quod quidam litteratus, & nobilis, cum ad eum paterna hæreditas devolveretur, cuidam mulieri nobili fidem dedit quibuſdam præſentibus de contrahendo matrimonio, & ſe cum ea infra biennium per verba de præſenti contracturum, præſtito ſacramento ſuper ſacroſancta evangelia confirmavit. Nunc autem privata lege ductus ad frugem melioris vitæ ſuſpirat (15) convolare, tuamque ſuper hoc conſulens prudentiam, ante matrimonium contractum ad monaſticæ religionis habitum licite poſſe tranſire ſuſpicatur, quia ſi contraxiſſet ea invita infra duos menſes, juxta veterum canonum ſtatuta noſtra conſtitutione innovata ad laxioris (16) vitæ religionem poſſet tranſire. Quia igitur ſuper hoc tua nos d. f. con. ita con. t. reſpondemus, quod tutius eſt ei prius reli-



[1] Al. *qui.* (2) Al. *emant.* (3) Al. *eccleſiæ.* (4) Al. *Sauxoniæ.* (5) Al. *illa.* [6] Al. *eiſdem.* (7) Al. *quia.* (8) Al. *ſuam.* (9) Al. *accipere.* [10] Al. deeſt, *eos.* [11] Al. deeſt, *de.* (12) Al. *dicit.* (13) Al. *auctoritate eccleſiæ.* (14) Al. *percipiant.* (15) Al. *deſiderat.* (16) Al. *artioris*, al. *altioris.*

religione juramenti ſervata contrahere, & poſtea, ſi elegerit, ad diſtrictionem religionis migrare, ſi tamen poſt primam deſponſationem carnalis copula (1) dignoſcitur non interveniſſe.

CAPUT V.

*Clemens III.* (2)

cap. 20. e. INter opera charitatis, quæ imitanda nobis auctoritate ſacræ paginæ proponuntur, ſicut evangelica teſtatur auctoritas, non minimum eſt, errantes (3) ab erroris ſui ſemita revocare, ac præſertim mulieres voluptuoſe viventes, & admittentes indifferenter quoslibet ad commercium carnis, ut caſte vivant, ad legitimum thori conſortium invitare. Hæc igitur (4) Ap. auctoritate attendente, ſtatuimus, ut omnibus qui publicas mulieres de lupanari extraxerint, & duxerint in uxores, quod agunt, in remiſſionem proficiat peccatorum.

CAPUT VI.

*Clemens III.*

Non ponitur. NObis ex tuarum innotuit continentia litterarum, quod quidam miles parochianus tuus olim quandam nobilem juravit filio ſuo tradere in uxorem, circa annos nubiles exiſtenti, quam idem filii nomine traduxit, poſtmodum etiam quattuor annis, & amplius eandem nurum in propria domo enutrivit, proceſſu vero temporis uxor præfati militis diem clauſit extremum, & ipſe cum traducta filii inſtinctu diabolico dormivit, & cum id poſtremo (5) publicum extitiſſet, eam ſibi matrimonialiter copulavit, cui firmiter vetuiſti, ut cum ea amplius (6 non dormiret, ſi ſaluti propriæ vellet providere. Verum quia quid ſuper hoc fieri debeat ſedem duxiſti Ap. conſulendam, nos tuam diligentiam approbantes per A. s. m. qua. militi prænominato ſub excommunicatione prohibeas, ne ad eam carnaliter de cetero præſumat accedere, vel ei ſe audeat ulterius admiſcere 7).

CAPUT VII.

*Clemens III.*

cap. 21. e. AD id, quod per litteras tuas intimaſti de quadam parochiana tua, quam ſuus vitricus cuidam Teutonico matrimonialiter copulavit, taliter reſpondemus, quod quamvis XI. annos adhuc habens ab initio ei invita fuiſſet tradita, & renitens, tamen quia per annum poſtmodum, & dimidium ei cohabitans conſenſiſſe videtur, ad ipſam eſt cogenda redire, nec de cetero recipiendi ſunt teſtes, ſi quos memorata mulier ad probandum, quod non conſenſerit in eum, nominaverit producendos, cum mora tanti temporis hujuſmodi probationes (8) excludat. Volumus igitur, & mandamus, ut propter hoc non omittas, quominus ap. re. per cenſuram eccleſiaſticam utrumque compellas ad alterum maritali affectione tractandum, niſi forte velint [9] ad religionem pariter convolare, pœnitentia eis inflicta, pro eo quod ad alienos, & illicitos concubitus uterque tranſivit.

CAPUT VIII.

*Clemens III. pars cap. Martinus Bertam.*

TErtio loco quæſtionis hujuſmodi nodum tua frater. petiit enodari 10), an juvenis ſponſam, in quam per verba de præſenti conſenſit, in uxorem debeat habere, ad quorum matrimonium impediendum neptis ipſius ſponſæ proſiliens, ſe a juvene præcognitam carnaliter proponebat, & cum de hoc (11) teſtes produceret, dixerunt illi ſic ſe pro certo credere, quod illa prædicti juvenis concubina extiterit, & ei carnali commixtione adjuncta [12], adiicientes quod eos inſimul viderant, & per plana, & nemora, vias, & invia plurie convagantes, & teſtimonium viciniæ ſe ſuper hoc recepiſſe dicebant; ad majorem autem certitudinem, quia minus ſufficienter credidiſti probatum eſſe, quod eadem mulier aſſerebat, tam ipſam quam juvenem juramentis adſtrictos conveniſti, & ſeorſum confeſſi ſunt, quod ſe invicem carnaliter præcognoverant, licet juvenis nollet ab ea, quam deſponſaverat, ſeparari. Nos autem hæc 13), quæ dicta ſunt, intelligentes, & attendentes viciniæ famam, & dictæ mulieris, ac juvenis conſuetas confabulationes, & per ſolitudines vagos inceſſus per teſtes eſſe probatos, & de carnali cognitione (14) eos per juramentum ſeparatim fuiſſe confeſſos, præſertim cum hoc non dicatur occultum, ſed quaſi a pluribus manifeſte prædicatur, prædeceſſorum noſtrorum veſtigiis inhærentes, & præſertim felicis memoriæ Alex. III. ſtatuta ſectantes, conſultius, & ſecurius eſſe credimus, ut matrimonialiter non conjungantur, ſed ab invicem ſolutis ſponſalibus ſeparentur. De præſum. c. 13.

TITULUS II.

DE DESPONSATIONE INPUBERUM.

CAPUT I.

*Clemens III.*

DUO pueri W. 15 & Wlla [16] in tua diœceſi, quemadmodum accepimus, matrimonialiter ſunt conjuncti; puer autem ſextum annum agens, ſeptimumque puella poſtquam fuerunt conjuncti, ſimul per tres annos manſerunt: tunc vero pater puellæ ſubtrahens eam ſponſo ſuo W. (17 alteri Meſtaco [18] nomine copulavit, cum quo per ſeptem annos quiete permanſit; ipſe vero tunc eam reliquit, quia credebat eam alium virum habere, illum ſ. cui prius fuerat deſponſata, cum autem W. 19 prior ſponſus ad annos diſcretionis poſtea perveniſſet, a P. anteceſſore tuo cum alia contrahendi licentiam impetravit, qui quandam nomine Stephanam conſobrinam prioris in uxorem accepit, & cum ea per aliquod tempus exiſtens, non tamen eam cognovit carnaliter, ut ipſe fatetur, licet Stephana ſe ab eo cognitam aſſeveret. Cum autem pater memoratæ W. De deſp. imp. c. 12.

[1] Al. *commixtio.* [2] Al. *Alexander III.* [3] Al. *errantem.* [4] Al. *hoc ergo.* [5] Al. *poſtremum.* (6 Al. *ulterius.* 7 Al. *immiſcere.* (8) Al. *probationem.* (9) Al. *vellent.* 10 Al. *explicandum.* (11) Al. *his.* (12) Al. *conjuncta.* (13 Al. deeſt, *hæc.* (14) Al. *commixtione.* [15] Al. *Wlls.* (16) Al. *W.* [17] Al. *Wllo.* (18) Al. *Meſdaeo.* (19) Al. *Wls,*

W. (1) ſuam vidiſſet a ſecundo viro Meſtaco [2] filiam derelictam, ut compulit eundem V. (3 prænominatum, cui prius eandem deſponſaverat, ut Stephanam neptem ſuam omnino dimitteret, & ad Wllam ſuam deſponſatam rediret, qui poſtmodum cohabitaverunt ſimul [4] per biennium, prout 5) fertur, quoniam 6) igitur in his quid tibi agendum (7) ſit, poſtulas edoceri, breviter reſpondemus, quod impediente primo puerili ætate matrimonium inter W. & W. (8) non fuerit, & licet W. (9) ipſe poſtquam Wlla alii nupſit, aliam potuit accipere in uxorem: tamen quia Stephanam duxit ipſam conſobrinam prioris, ſive cognoverit eam, ſive non propter cauſam publicæ honeſtatis, cum Stephana remanere non debet, nec ad W.[10] regreſſum habere, quia alteri fuit legitime copulata. Cum ergo vir caput ſit mulieris, & W. dicat ſe non cognoviſſe prius Stephanam ſupradictam, aliam, ſi voluerit, poterit ducere in uxorem, & Stephana viro legitimo deſponſari; poſt ſeparationem vero (11) pro vitando populi ſcandalo pœnitentia utrique ad tempus injuncta. Si vero legitime conſtaret ipſam Stephanam ab eo ſive poſt, ſive antea cognitam extitiſſe, neutro (12) vivente alteri (13) dabitur licentia contrahendi, remanebit ergo Wlla cum Meſtaco (14) impoſita tamen ei (15 Meſtaco (16 ad tempus pœnitentia competenti, qui pro ſola opinione ſua Wilam pernitioſe dimiſerat, judicio eccleſiæ non requiſito.

## TITULUS III.

## DE CLANDEST. DESPONSATIONE.

### CAPUT I.

*Alexander III.* * 1

Non ponitur.

CONſuluit nos tua f. quid faciendum ſit de iis qui cum*2 aliqua de cauſa *3 in Epiſcopatu ſuo non poſſunt nuptialem benedictionem accipere, ad alios Epiſcopatus furtive ſe transferunt conjugia ibidem (17) clandeſtina contrahentes. Ad quod taliter reſpondemus, quod ſi talis fuerit culpa, quæ non permittat eos ſimul manere, ſunt *4 adinvicem dividendi. Si vero *5 aliqua fuerit, quæ contractum matrimonium non diſſolvat, *6 pro tranſgreſſione tali pœnitentia poteſt eis indici, conjugium vero ex tali cauſa non debet diſſolvi.

### CAPUT II.

*Alexander III.*

Non penit. Poſt conc. Lat. p. 49. cap. 10. 30. q. 3. c. 2.

NUllus fidelis cujuſcumque condicionis occulte faciat nuptias, ſed benedictione accepta nubat in domino. Si ergo ſacerdos tales nuptias benedixiſſe inventus fuerit occulte, triennio officio ſuo ſuſpendatur.

### CAPUT III.

*Clemens III.*

EX litteris tuis accepimus, quod lator præſentium W. (18) nomine olim de tua diœceſi quandam duxit videlicet Liciam in uxorem, qui maligno ſpiritu inſtigante paucis temporibus fuerunt concordes, proponebat etiam idem W. 19) quod illam per violentiam ſibi illatam etiam metu mediante duxiſſet. Tu vero una cum capitulo tuo cum tam minis, quam admonitionibus inter eos ſæpe pacem reformare ſtuderes, & eos temere ſegregatos pariter reconciliare coegiſſes, tandem vir uxorem ſuam ſuper crimine fornicationis in jure convenit, poſt longas vero indutias, & admonitiones diligenter factas, ut ab hujuſmodi litigatione ceſſarent, cum ad hoc (20) ulterius flecti non poſſet, vir etiam eam de crimine iterum fornicationis expreſſius appellaret, ipſa, neſcimus quo ducta ſpiritu, cœpit publice confiteri, quod cum vir ei negaret in debitis, & neceſſariis providere, crimen compulſa eſt incurrere memoratum. Cumque diligentius a te fuiſſet admonita, ne ad ſuggeſtionem alicujus, vel iniquum conſilium illud tam turpe contra ſe proponeret, ipſa eadem manifeſtius aſſerebat. Sane convocato capitulo tuo, & aliis viris diſcretis, cum ex eorum conſilio utrique privatim continentiam firmiter injunxeris obſervandam, ita quod caſte viverent invicem ſegregati & ex relatione quorundam perceperis, quod aliam memoratus W. (21 intenderet ducere in uxorem, licet ipſum ne hoc facere aliquatenus attemptaret, monueris diligenter, ipſe nihilominus extra civitatem furtim cum alia ſponſalia, & nuptias temere celebravit; verum cum factum inquirere laborares, ut ſecundum illud procederes, ſupradictus W. rei ſeriem, prout factum fuerat, explicans, & exponens, ad audientiam noſtram dicitur appellaſſe. Unde f. t. per A. s. m. qua. ſi res ita proceſſit, prætaxatum virum ap. re. ad legitimam uxorem per excommunicationis ſententiam redire compellas, & injuncta ei pœnitentia de commiſſo adulterio, cum ſecunda maritali affectione ab ipſo facias pertractari.

## TITULUS IV.

## QUI CLERICI, VEL VOVENTES MATRIMONIUM CONTRAHERE NON POSSUNT.

### CAPUT I.

*Cæleſtinus III.*

FRaternitatis tuæ litteris receptis, ex earum tenore percepimus, quod W. nomine poſtquam fuit ad ordinem ſubdiaconatus aſſumptus, quandam mulierem duxiſſet [22] in uxorem; quia eam vero ad crebram redargutionem, & admonitionem eccleſiæ a ſuo conſortio dimittere contemnebat, bonæ me. I. & G. prædeceſſores tui excommunicationis vinculo eum innodarunt, & tua etiam in hoc fraternitas eos imitata, poſtquam cognovit exceſſum hujuſmodi, & contu- Non ponitur.

 ma-

(1) Al. *Wllæ.* (2) Al. *Meſdaco.* (3 Al. *Wi.* (4) Al. *ſibi.* (5) Al. *ut.* (6) Al. *quia.* (7 Al. *faciendum.* (8) Al. *Wll. & Wllam.* [9] Al. *Wlls.* (10) Al. *Wilam.* (11) Al. *tamen.* (12 Al. *neutri.* 13) Al. *altero.* (14) Al. *Meſdario.* [15] Al. *ipſi.* (16) Al. *Meſda.* (17) Al. *ibi.* (18) Al. *Wlls.* (19) Al. *Wll.* (20 Al. *hac.* (21) Al. *Wlls.* (22) Al. *duxit.*

* 1 *Sagienſi Epiſcopo*, addit Cujac. * 2 *Ex aliqua juſta cauſa*, Cujac. * 3 *Epiſcopatu tuo.* * 4 *Cum notum fuerit*, addit Cujac. * 5 *Cauſa*, Cujac. * 6 Pro his quæ ſequuntur uſque ad verbum *diſſolvi* habet Cujac. *Presbyteri, qui tales benedicere præſumpſerint, benedicendi poteſtate priventur.*

maciam ſimili eum ſententiæ quamcito ſubjecit, ſed idem in ſua pertinacia induratus neglecta excommunicationis ſententia, mulierem ipſam relinquere non curavit, qui etiam litteras quaſdam, quaſi ex parte noſtra tranſmiſſas oſtendit, quarum auctoritate pro temporis longitudine, qua eam tenuiſſe dinoſcitur, nitebatur (1) ſe in cœpta (2) iniquitate tueri. Quoniam igitur illius exceſſum longitudo temporis non excuſat, nec numeroſitas filiorum, quos ex ipſa ſuſcepiſſe proponitur, f. t. conſulimus, & m. qua. ad inſtar prædeceſſorum tuorum non obſtantibus litteris illis eum vinculo excommunicationis ſine ap. ob. aſtringas, & omnino ſuſpendas ab (3) eccleſiaſtico beneficio, & tamdiu tamquam excommunicatum facias ab omnibus evitari, donec mulierem ipſam a conſortio ſuo dimittat.

CAPUT II.

*Cæleſtinus III. pars c. Laudabilem.*

Qui cler. c. 6. RUrſum (4) quidam, ut dicit, votum caſtitatis emittens, juravit ſe quandam ducturum poſtea in uxorem, unde a fraternitate tua requiſiti, conſultis viris prudentibus arbitramur, quod cum ſimplex votum apud dominum (5) non minus obliget, quam ſollemne pro eo quod temere juravit, pœnitentiam agat, & votum, quod Deo fecit, ſtudeat obſervare; quod ſi, poſtea quam (6) hujuſmodi præſtitit juramentum, ad nuptias jam motu proprio convolaſſet, cum votum ſimplex contrahendum matrimonium impediat, non tamen dirimat jam contractum, nihil ambiguitatis tua quæſtio contineret.

TITULUS V.

DE EO, QUI DUXIT IN MATRIMONIUM, QUAM POLLUIT PER ADULTERIUM.

CAPUT I.

*Clemens III.*

De eo, qui duxit. c. 4. EX litterarum tuarum inſinuatione percepimus, quod Theophilus lator præſentium parochianus tuus olim uxorem ſuam in adulterio deprehenſam anteceſſoris tui conſenſu abjecit, ſed licet illa poſtmodum habitum ſuſceperit monachalem, prædictus tamen vir, antequam illa decederet (7), aliam ſuperduxit, & cum ea xII. annis vixit, & ex ipſa plures filios ſuſcepit. Ceterum quia prædicta mulier deceſſit (8), & quid ſuper prædicta copula fieri debeat, ſedem duxiſti Ap. conſulendam; f. t. de fratrum noſtrorum conſilio reſpondemus, quod debes eos ſine dilatione ab invicem ſeparare, & de adulterio eidem viro pœnitentiam injungere competentem, peracta vero pœnitentia (9) poſtmodum aliam libere poterit in Chriſto ducere in uxorem.

CAPUT II.

*Cæleſtinus III.*

c. 5. eod. CUM haberet uxorem legitimam nomine Alitiam Joannes lator præſentium, cum ancilla (10) crimen adulterii perpetravit, quod ipſe tibi publica confeſſione detexit, ſicut nobis tuæ deſtinatæ litteræ demonſtrarunt. Cumque ſuper hoc fuiſſet vocatus in jus, ipſam in jure adulteram abjuravit; poſtmodum vero poſthabito juramento, & contempto, cum eadem matrimonium qualecumque contrahere, & vivente legitima ipſi mœchæ diutius cohabitare præſumpſit. Denique prædicta Alitia de præſenti luce ſubtracta, nihilominus memoratus Joannes cum præfata adultera per decennium eſt moratus, a qua etiam (11) decem procreavit filios: quia igitur conſulis, an prædicta mulier, & vir ſimul manere poſſint, vel ſi debeant ſeparari, utrum liceat eis ad alias nuptias convolare, tale damus conſultationi tuæ reſponſum, ut ſeparentur omnino, & eis competenti pœnitentia injuncta, perpetua continentia indicatur, præſertim cum in dies ſuos ambo proceſſerint, & tamdiu publice in adulterio, & perjurio ex certa ſcientia (12) perdurantes, eccleſiam in gravi ſcandalo perturbarunt. Noſti enim quod Leo Papa ſtatuit, ut nullus ducat in matrim. uxorem, quam adulterio polluit, & quod hic plus proceſſum fuerit, quam ſi fides dumtaxat præſtita fuiſſet adulteræ, ut defuncta legitima, adulteram eam duceret in uxorem, cum eadem etiam vivente, quaſi matrimonialiter mœchæ mœchus adhærere præſumpſerit (13), & ſacramentum ſuum temere violare, quod utique connubium, ubi etiam nulla interceſſit religio juramenti, tam Gregorius Papa, quam Triburienſis ſynodus deteſtatur, & utrumque hoc modo conjunctum præcipit (14) publicæ pœnitentiæ (15) ſubiici, ac perpetuo ſine ulla ſpe conjugii permanere, nec certe aliquod idem I. & M. adminiculum offerunt, ut ſimul maneant, quod decennio cohabitaverint invicem, ac decem ſuſceperint filios, cum multiplicitas prolis ita ſuſceptæ magis eorum crimen exaggeret, & diuturnitas temporis non peccatum minuat, ſed augmentet, ſollicitudinis tuæ tamen intererit, ut uterque provideat ſuis liberis procreatis, & ſecundum quod eiſdem ſuppetunt (16) facultates, ſuſtentationi eorum neceſſaria ſubminiſtret.

TITULUS VI.

DE COGNATIONE SPIRITUALI.

CAPUT I.

*Clemens III.*

MArtinus Bertam duxit in uxorem, Tebergam ſibi Lotharius copulavit & Lotharius Bertæ, & Martini filium de ſacro fonte ſuſcepit, Lothario vero & Berta ſublatis de medio, Martinus cum Teberga (17) contraxit, quærit a nobis tua f. utrum tales ſint ab invicem ſeparandi. Nos autem tuæ f. (18) conſultationi duximus reſpondendum, quod cum ſecundum verbum domini, vir & mulier una per connubium caro efficiantur, liquidum eſt Tebergam (19), non poſſe De cogn. ſpir. c. 4.

Mar-

(1) Al. *nitatur*, al. *nititur*. (2) Al. *in incepta*. (3) Al. deeſt, *ab*. (4) Al. *Rurſus*. (5) Al. *Deum*. (6) Al. *per ſe quidem*. (7) Al. *diſcederet*. [8] Al. *diſceſſit*. [9] Al. *indicas*. (10) Al. *Maxilla*. (11) Al. deeſt, *etiam*. (12) Al. *conſcientia*. (13) Al. *præſumpſit*. (14) Al. *præcepit*. (15) Al. *ſententiæ*. [16] Al. *ſuppetant*. (17) Al. *Tiberga*. [18] Al. deeſt, *f.* (19) Al. *Tibergam*.

Martino matrimonialiter copulari, qui compater ejus fuerat, cum quo ipſa Teberga (1) una caro noſcitur extitiſſe.

CAPUT II.

*Clemens III.*

cap. 5. e. Contracto matrimonio inter P. de Regali (2), & A. uxorem ſuam, ſicut ejuſdem P. nobis conqueſtio [3] patefecit, cum per biennium inſimul cohabitaſſent (4), & ex ea filium memoratus P. ſuſcepiſſet, quidam conſanguinei ejuſdem A. volentes eam ſeparari a viro, contra matrim. objecerunt aſſerentes, quod eadem A. in primo ſacrati ſalis pabulo filium concubinæ quondam ipſius P. tenuit, cum fuerit (5) primo in eccleſiam inductus, & propter hoc tuam adeuntes præſentiam, dicebant ipſam a viro per tuum judicium debere ſeparari; tua vero fraternitas, ſicut accepimus, cauſa non cognita carnale eis commercium interdixit, prohibens ipſi P. ne debitum ab uxore requireret. Verum, quoniam (6) ſi conſtaret eccleſiæ vera eſſe, quæ diximus, non ideo tamen contractum matrim. ſolveretur, quæ res utique vix contrahendo matrimonio impedimentum afferret, diſ. t. per A. s. m. qua. (7) præfato P. firmiter injungas auctoritate noſtra, quod memoratam A. ſicut uxorem propriam affectione maritali pertractet, & carnale debitum ab ea licenter exigat, & perſolvat, ſive, quod ſupradictum eſt, ipſam A. ante matrim. contractum cum P. ſive poſtea id (8) egiſſe conſtiterit, dum tamen ſi in fraudem cauſa ſeparandi matrimonii hoc fecit, pœnitentiam pro præſumptione accipiat, matrimonio in ſua firmitate durante.

CAPUT III.

*Cæleſtinus III.*

Non ponitur. Laudabilem Pontificalis officii proſequens actionem, cum (9) in iis, quibus dubitas, matrem tuam Romanam eccleſiam conſulis, & ab ea poſtulas edoceri. Aſſeris quidem in primis, quod quidam quandam mulierem in uxorem accepit, cujus pater ipſum, dum eſſet puer, de ſacro fonte ante [10] levaverat, qui ambo conjuges xxx. annis pariter ſine quæſtione manſerunt, & filios procrearunt, licet a xv. anno eorum conſcientia læſa fuiſſet: poſtmodum vero contra hujuſmodi conjunctionem accuſatione in jure propoſita, facta eſt fides eccleſiæ per teſtes omni exceptione majores, ipſum virum mulieris a patre ejus, cum qua contraxerat, de baptiſmatis unda fuiſſe ſublatum. Ad hoc autem cum Zacharias, & Deuſdedit Romani Pontifices talem copulam decreverunt ſeparandam, utpote, ubi cognatio ſpiritualis minime eſſe dubitatur, maxime inter eos, per quos compaternitas contrahitur, per quam in lege divina germani eſſe dicuntur, licet tanto tempore ſibi invicem cohabitaverint, quia tamen diuturnitas temporis non minuit peccata, ſed auget, & ſpecialiter lite mota ſuper hoc Marte proprio decurrente, eccleſia contractum illum eſſe cognovit, illicitum dicimus matrim. illud fore, ſecundum inſtituta canonica dirimendum: monendus eſt tamen uterque ut in neceſſariis provideat alteri juxta vires, prolem autem ſuſceptam ante ſeparationem hujuſmodi, ſi aliud non obſiſtat (11), legitimam eſſe cenſemus.

TITULUS VII.

## DE EO, QUI COGNOVIT CONSANGUINEAM SUÆ UXORIS.

CAPUT I.

*Alexander III.*

Super eo, quod celſitudo tua a nobis requirit, an ille, qui prius cognovit matrem, ſive ſororem illius, quam poſtea duxit in uxorem, teneatur eidem carnale debitum reddere, & an exigere poſſit ab ea, quod etiam conſilium dandum ſit ei, qui hoc facinus [12] profitetur, quæ [13] probare non poſſit, nec ille velit ullatenus continere. Tuæ prudentiæ duximus reſpondendum, ut uxorem cum viro labores inducere, ut continentiam inſimul [14] obſervent; ſi autem ad hoc induci non poſſunt (15), & vir debitum ſolvat, & de commiſſo pœnitentiam agat, in hoc vero caſu cum quis poſt contractum matrim. uxoris ſuæ matrem, vel ſororem cognoſcit, id ipſum, quod in priori obſervetur. Non ponitur. Poſt conc. Lat. p. 12. c. 7.

CAPUT II.

*Alexander III.*

De illo autem, qui uxorem fratris ſui, antequam ei matrimonio jungeretur, proponit ſe (16) agnoviſſe (17), hoc tuæ prudentiæ reſpondemus, quod niſi publicum, & notorium fuerit, aut idoneis teſtibus comprobatum, ipſum prius præfatam mulierem cognoviſſe carnaliter, prædictum matrimonium occaſione illa impetere [18] non permittas. Super eo vero, quod aſſeris; Sarracenum quendam de muliere Chriſtiana, quam per XIV. annos retinuerat, filios ſuſcepiſſe, diſ. t. duximus reſpondendum, quod tam Sarracenus, quam mulier pro tanto exceſſu gravi ſunt animadverſione plectendi. De eo, qui cogn. conſ. c. 3.

CAPUT III.

*Cæleſtinus III.*

Tranſmiſſæ nobis litteræ tuæ demonſtrarunt, quod G. lator præſentium uxore ſua defuncta filiam ejus privignam videlicet propriam carnali copula cognovit, poſtmodum vero aliam legitimam accipiens in uxorem, non jam occulte cum privigna prædicta, ſed publice tanquam carnis ad vomitum rediens, illicitam rem committere non expavit. Quia vero ſuper his, quid vobis agendum ſit, a nobis conſilium requiſiſti, de conſilio f. noſtrorum præſenti pagina reſpondemus, quod ſuæ legitimæ uxori cohabitans, & neceſſaria ſubminiſtrans, ne cognoſcat eam, quamdiu vixerit, niſi ab ea fuerit requiſitus, & tunc ad ipſam, non ſine gravi cordis ſui dolore accedat, qui etiam pro inceſtu, & adulterio, donec cap. 4. eod.

(1) Al. *Tiberga*, al. *Taberga*. (2) Al. *Regale*. (3) Al. *quæſtio*. (4) Al. *habit*. (5) Al. *fuerat*. (6) Al. *Unde*. (7) Al. *ut*. (8) Al. deeſt, *id*. (9) Al. *qui*. (10) Al. deeſt, *ante*. (11) Al. *obſiſtit*. (12) Al. *contra jus matrimonii*. (13) Al. *cum*. (14) Al. *ſimul*. (15) Al. *poteſt*. (16) Al. deeſt, *ſe*. (17) Al. *cognoviſſe*. (18) Al. *impeti*.

UNED

nec cum eadem permanſerint, juxta moderamen tui arbitrii pœnitentiã agens, poſtmodũ ſi ſupervixerit ei, perpetuo ſine ſpe conjugii permanebit.

### CAPUT IV.

*Cæleſtinus III. pars c. Martinus Bertam.*

cap 5. eod. SUper eo vero, de quo reſcriptum Apoſtolicæ ſedis poſtulaſti, utrum conjugatus, qui ante contractum matrimonium uxoris ſuæ conſanguineam, vel propinquam carnali commixtione cognovit, cum id uterque fateatur, & aliqua pars viciniæ id acclamare dicatur, ſit ab uxore ſua judicio eccleſiæ ſeparandus. Tali reſponſo tuæ f. reſcribimus, quod ſi aliter veritas ordinario judicio venire non potuerit in lucem, propter eorum confeſſionem tantummodo, vel rumorem viciniæ ſeparari non debent (1), cum & quandoque nonnulli, cum (2) inter ſe contra matrimonium colludere velint, ad confeſſionem inceſtus facile proſilirent, ſi ſuo judicio crederent judicium eccleſiæ concurrendum. Rumor autem viciniæ non eſt momenti uſque adeo validi judicandus, quod niſi rationabiles, & fide dignæ probationes accedant, poſſit bene conſtitutum (3) matrimonium irritari.

## TITULUS VIII.
## DE CONSANGUINITATE, ET AFFINITATE.

### CAPUT I.

*Urbanus III. Burdegalen.* [4] *Archiepiſcopo, pars cap. Conſul.*

De conſ. c. 2. SUper eo quod juvenem quendam aſſeris puellam quandam nondum nubilem fide interpoſita juraſſe, quæ jam facta nubilis virum repetit, & ipſe (5) excipit dicens ſe non debere eam ducere, pro eo quod poſtquam puellam affidavit, carnaliter propinquam ejus cognovit. Inquiſitioni tuæ taliter reſpondemus, quod ſi manifeſtum fuerit [6] eundem juvenem cognoviſſe propinquam jam dictæ puellæ, aut ſi manifeſtum non eſt etiam (7) id fama loci non habet (8), cum ſponſa ſua eſſet tantum de futuro, idem juvenis ab impetitione puellæ debet abſolvi.

### CAPUT II.

*Cæleſtinus III.*

c. 3. eod. QUod dilectio tua &c. Quæſiviſti a nobis, utrum is, qui a (9) ſtipite per lineam deſcendentem ſexto, vel ſeptimo gradu diſtat, poſſit ei, qui ex altera parte per lineam deſcendentem ab eodem ſtipite, ſecundo, vel tertio gradu diſtat, matrimonialiter copulari, propter indulgentiam fe. me. Adriani Papæ, tunc Albanen. Epiſcopi in Norvagiam (10) legati, qua permiſſum eſt omnibus (11) illius terræ in ſexto gradu conjungi, quod tibi videtur convenienter fieri poſſe ſecundum regulam a quibuſdam doctoribus approbatam, qua dicitur, quoto quis gradu diſtat a ſtipite, toto diſtat a quolibet deſcendentium, cum tamen de conſuetudine Norvagiæ, ſi quando (12) talis caſus emerſerit, incolæ terræ propter proximiorem gradum conjunctos ſeparant, copulari autem volentes non permittunt inſimul copulari, ſicut litterarum tuarum ſeries demonſtravit. Nos vero ſic conſultationi tuæ duximus reſpondendum; quod indulgentia ſic eſt intelligenda, ut uterque conjungendorum a ſtipite ſexto gradu diſtet, cognatione ſecundum canones computata, ſi vero alter ſexto, vel ſeptimo gradu diſtet (13) a ſtipite, alter vero ſecundo, vel tertio gradu conjungi non debent, unde in hac parte conſultius duximus multitudini, & obſervatæ conſuetudini deferendum, quam aliud in diſſenſionem, & ſcandalum populi novitate quadam adhibita ſtatuendum.

## TITULUS IX.
## DE FRIGIDIS, ET MALEFICIATIS.

### CAPUT I.

*Alexander III.*

EX litteris tuis accepimus, quod quidam XV. [14] annorum, vel eo amplius quandã XIII. De frigid. c. 3. annorum duxit in uxorem: verum cum debitum reddere deberet, & non poſſet, mulier tam gravem contraxit infirmitatem, ut omnino viro ſit facta inutilis, & inſtrumentum ejus ita ſit impeditum, quod viro non valeat commiſceri; ſed quia nobis dubium eſt an pro (15) culpa viri infirmitas pervenerit, ſuper hoc plenum, vel certum dare reſponſum non valemus. Quod ſi tibi conſtiterit, quod illud vitium a natura contraxerit, nec ope (16) medicorum poterit juvari, viro aliam accipiendi liberam tribuas facultatem; ſi vero ex culpa viri hoc provenit, licet non ſit tutum indulgeri (17) ei, ut aliam accipiat, tamen ſub diſſimulatione poteris ſuſtinere, quia tutius eſt unam tamquam uxorem habere, quam cum multis peccare.

### CAPUT II.

*Lucius III.*

COnſultationi tuæ, qua nos conſuluiſti, utrum feminæ clauſæ impotentes commiſceri maribus matrim. poſſint contrahere, & ſi contraxerint, utrum debeat reſcindi, taliter reſpondemus, quod licet incredibile videatur, quod aliquis cum talibus matrim. contrahat, & quamvis de hujuſmodi expreſſum canonem non habemus, ſacroſancta tamen Romana eccleſia conſuevit in conſimilibus judicare, ut quæ non poſſunt haberi tamquam uxores, habeantur tamquam ſorores. Veruntamen talibus artificio aliquando (18) conſuevit ſuccurri, ut valeant apte reddere debitum, & accipere. c. 4. eod.

### CAPUT III.

*Cæleſtinus III.*

LAudabilem &c. & infra. Sollicite quoque ad ultimum requiſiſti, quantum tempus indulgendum ſit naturaliter frigidis ad experientiam copulæ nuptialis, in qua ſi defecerint, ſeparentur (19). Nos vero quamvis in antiquis tam cap. 5. e.

ca-

(1) Al. *debet.* (2) Al. deeſt, *cum.* (3) Al. *contractum.* (4) Al. *Burgegalum.* (5) Al. *ille.* (6) Al. *fuit.* [7] Al. *&*, al. *ac*, al. *& ad.* [8] Al. *habeat.* (9) Al. *ab eodem.* (10) Al. *in Origelam*, al. *in Origenam.* (11) Al. *hominibus.* (12) Al. *quandoque.* (13) Al. *diſtat.* [14] Al. *xvi.* (15) Al. deeſt, *pro.* (16) Al. *opere.* (17) Al. *indulgere.* (18) Al. *aliquo.* (19) Al. *ſeparantur.*

UNED

canonibus, quam legibus ſuper hoc diverſa tempora concedantur, id tamen in præſenti conſultatione ſentimus, ut ſi naturaliter frigidus non poteſt illa, quam duxit, uti pro conjuge, a tempore celebrati contractus, ſi frigiditas prius probari non poſſit, uſque ad triennium ſecundum authenticum legale cohabitent, quo elapſo ſi nec tunc cohabitare (1) voluerint, & juxta decretum Gregorii mulier ſi per juſtum judicium de viro probare potuerit, quod cum ea coire non poſſit, accipiat alium, ſi autem ille aliam acceperit, ſeparentur: quod ſi ambo conſentiunt ſimul eſſe, vir eam etſi non ut uxorem, ſed ſaltem ut ſororem habeat. At vero, ſi quod numquam ſe invicem cognoverint, ambo fatentur ſeptima manu propinquorum, vel vicinorum bonæ famæ; ſi propinqui defuerint, tactis ſacroſanctis evangeliis uterque jurejurando dicat (2), quod numquam per carnis copulam una caro effecti fuiſſent, & tunc videtur, quod valeat ad ſecundas nuptias convolare. Verum ſi ille aliam duxerit, tunc ii, qui juraverant, rei perjurii teneantur, & peracta pœnitentia cogantur ad priora connubia redire.

Non ponitur.

## TITULUS X.

## DE MATRIMONIO CONTRA INTERDICTUM ECCLESIÆ CONTRACTO.

### CAPUT I.

*Clemens III.*

Non ponitur.

CUM ſis præditus ſcientia litterarum, & ad ea ſufficiens, quæ a nobis requirere voluiſti, quia tamen ad majorem certitudinem judicium noſtrum ſollicitudine paſtorali requiris, & prudentiam tuam exinde commendamus, & reſponſum noſtrum pro ſuſcepto (3) officii noſtri debito deſtinamus. Conſuluit nos ſane tua diſcretio, utrum ii, qui contra inhibitionem annuatim in ſua ſynodo cum excommunicatione in genere facta clandeſtina conjugia contraxerunt, ſeparandi ſint (4), an tolerari debeant ſic contracta matrimonia, vel taliter contrahentes excommunicandi ſunt [5], donec ſatisfaciant eccleſiæ, quam læſerunt. Super quo utique f. t. duximus reſpondendum, quod licet ſic contracta (matrimonia) conjugia eſſe negentur [6], ſacri tamen canones ideo prædicta prohibere noſcuntur, ne ſi alter contrahentium mutata voluntate in aliud votum ſe publice transferret, pro conjugio, quod * incertum eſt, judicis [7] ſententia promulgari non poſſit. Verum ſi contrahentium voluntas propria ſuffragaverit, & legitima vota ſuccurrerint (8), licet ab initio tale matrim. non tenuerit, ex poſt facto tamen ſubſequente voto utriuſque legitimo roboratur, & tolerandi ſunt taliter contrahentes, niſi matrim. fuerit accuſatum. Sed quoniam contra interdictum eccleſiæ, & excommunicationem generaliter factam agere præſumpſerunt [9], nominatim excommunicati denuntiandi ſunt pro contemptu, donec eccleſiæ ſatisfecerint, & poſtmodum eis inſpecta perſonarum, & temporis qualitate, pœnitentia eſt indicenda.

* certum, Cujac.

## TITULUS XI.

## QUI SUNT (10) FILII LEGITIMI.

### CAPUT I.

*Cæleſtinus III. Eboracen. Archiepiſcopo.*

DEferente (11) nobis &c. Tibi taliter reſpondemus, quod publicæ honeſtatis juſtitia prohibente, matrim. inter eos contrahi non potuit, & contractum debuit ſeparari, ac per hoc cum filii nec per eccleſiæ permiſſionem (12), nec per paternam ignorantiam excuſentur, ad ſucceſſionem paternorum bonorum non videntur aliquatenus admittendi.

Qui fil. ſint leg. c. 10.

### CAPUT II.

*Cæleſtinus III. Lincolien. [13] Epiſcopo, & Abbati T.*

PErvenit ſane ad nos ex inſinuatione Luciæ viduæ, quod cum inter G. patrem ſuum, & A. matrem illius matrimonium fuiſſet legitime celebratum, & quamdiu vixerant quiete obſervatum; poſt illorum deceſſum quidam aſſerentes eam de non legitimo matrimonio fuiſſe ſuſceptam, a paterna hereditate tamquam illegitimam amovere conantur: m. itaque diſ. v. per A. s. m. (14) qua. ſi vera ſunt, quæ præmiſimus, dictam viduam auctoritate noſtra legitimam nuntietis.

c. 11. eod.

## TITULUS XII.

## QUI MATRIMONIUM ACCUSARE, VEL TESTIFICARI POSSUNT.

### CAPUT I.

*Clemens III.*

EX litteris tuæ fraternitatis accepimus, quod cum B. miles L. mulierem XXV. annis tenuerit in uxorem, nunc dictus miles ab ea ſeparari deſiderans, matrimonium ipſum accuſavit aſſerens, ſe adinvicem in ſeptimo conſanguinitatis gradu attingere, idemque (15) coram te ſufficienter ſe probaturum idoneis teſtibus proponebat, adiiciens inſuper, quod ob hanc cauſam a G. prædeceſſore tuo in primo nuptiarum anno vinculo fuit excommunicationis aſtrictus; ex adverſo vero præfata mulier dixit, accuſationem ſuam nullatenus audiendam, eo quod ſicut ſe manifeſte probare dicebat, per XXV. annos idem vir tanquam legitimam uxorem eam tenuiſſet. Unde quia ſuper hoc nos conſulere voluiſti, conſultationi tuæ taliter reſpondemus, quod ſi tibi conſtiterit prædictum virum mulierem illam XXV. annis tamquam uxorem legitimam tenuiſſe, ipſum ad eam in [16] uxorem de cetero detinendam, & maritali affectione tractandam ap. re. compellas, perpetuum ipſi viro ſuper eadem quæſtione ſilentium auctoritate Ap. imponens.

### CAPUT II.

*Clemens III.*

DIlectus filius noſter Archipresbyter tuus per ſuas nobis litteras intimavit, quod cum duo viri duas accepiſſent ſorores, altera ſine liberis ex hac vita ſubtracta, vir ejus accepit aliam in

Non ponitur.

(1) Al. *habitare.* (2) Al. *dicit.* (3) Al. *ſuſcepti.* [4] Al. *ſunt.* [5] Al. *ſint.* (6) Al. *videantur.* (7) Al. *eſt judici.* [8] Al. *ſuccurrunt.* (9) Al. *præſumpſerint.* [10] Al. *ſint.* (11) Al. *Referente.* (12) Al. *remiſſionem.* (13) Al. *Lincon.* (14) Al. deeſt, *m.* (15) Al. *ideoque*, al. *idem quoque.* (16) Al. *ut.*

in uxorem, ex qua filium generavit, cui filia ſororis alterius fuit tempore procedente in matrim. (1) copulata, cum qua jam permanens filios ex ipſa, ac filias, qui adhuc ſuperſtites ſunt, accepit: quia vero ex matrimonio illo ſiniſtra opinio eſt exorta, per memoratas litteras idem Archipresbyter Apoſtolicum duxit ſuper hoc conſilium requirendum. Unde licet publicæ honeſtatis juſtitia hujuſmodi prohibeat matrimonia contrahi, quia tamdiu inſimul permanſerunt, ut accuſatores, ſi qui (2) fuerint, debeant ſuſpecti haberi, qui cum præſentes extiterint per tam longa temporis ſpatia tacuiſſe noſcuntur, hoc tibi ſuper hoc duximus conſulendum, ut contra matrimonium illud accuſatio nullatenus deinceps admittatur, ſed potius ſub diſſimulatione perſonæ illæ permittantur inſimul permanere.

### CAPUT III.

*Cæleſtinus III. pars c. Laudabilis* [3].

Qui matr. acc. poſ. c. 4. INſuper adjeciſti, quod aliquis contraxit cum quadam puella innubili, quæ tandem ætatis metas attingens, & ab illo cognita pluries, poſt quatuor, aut quinque annos a præfata ætate decurſos, contra matrimonium allegavit, aſſeverans ſe ab initio diſſenſiſſe ſemper ab illo, & quod dicit per teſtes probat fama, & converſatione præclaros. In hoc itaque caſu ſentimus, quod adverſus matrim. audiri non debet, quæ ante cognitionem ſui legitimum annum attingens, cum potuit (4), minime reclamavit, ſicut enim ante conſenſum legitimum, qui in anno XII. ſperatur, ſecundum jus canonicum potuit diſſentire, ſic poſtquam legitimo tempore accedente, ſemel etiam carnali copulæ conſenſit, ex ratihabitione ſibi ſuper hoc ſilentium non ambigitur induxiſſe.

### CAPUT IV.

*Clemens III.*

c. 2. eod. A Nobis eſt ex parte eccleſiæ veſtræ (5) requiſitum, utrum aliqui ſuper accuſatione matrimonii nil voce propria depromentes, debeant per ſolam chartulæ conſcriptionem admitti. Ad hoc reſpondemus, quod in talibus niſi quantum ad præſumptionem nullius momenti eſt conſcriptio, quo ad ſententiæ calculum proferendum, niſi alia legitime 6) ſuffragentur. Praeterea quia & hoc conſultationi fuit additum, proinde reſpondemus, quod qui ſponſalibus interfuerunt, & tacuere quæſiti, non ſunt poſtea recipiendi, ſi velint contra matrimonium aliqua confiteri, niſi de his aliqua velint dicere, quæ in veritate poſtea didicerunt, de quibus tamen [7] conſtet eos nil factæ interrogationis tempore cognoviſſe. Qualiter vero ab iis, qui accuſant matrim. vel aliquod proteſtantur, accipiendum (8) ſit ſacramentum, & poſt quot annos ſint aliqui in accuſatione matrimonii audiendi, præſentibus litteris non duximus adnectendum, quia forma hujus ſacramenti pene in omnibus patet canonibus diligenter expreſſa, & quia per varietatem caſuum, & diverſitates perſonarum certa de annorum ſpatio his non poſſit meta præfigi.

### CAPUT V.

*Clemens III.*

SIcut ex litteris tuis, & petitionis tenore nobis oblatæ cognovimus, cum olim inter H. (9) & R. mulierem matrimonium eſſet juramento firmatum, quod quidam aſſerebat eos adinvicem conſanguinitatis ſe gradu attingere, tunc vocato plebano, de cujus parochia vir, & mulier fuerant oriundi, ei diſtrictius injunxiſti, ut ſuper negotio illo veritatem inquireret diligentius, & accuſatoribus ipſius matrimonii ex tua parte præciperet, ut infra terminum, quem plebanus ille [10] illis ſtatueret, ad accuſationem convenirent, quod ſi in illo termino non accederent, ulterius minime audirentur. Unde quia idem accuſatores in ſtatuto eis termino minime acceſſerunt, matrimonium illud fuit utriuſque copula confirmatum, quia vero poſtmodum patruus prædictæ puellæ ad illius, ut dicitur, hereditatem anhelans, accuſaturus matrimonium illud ad præſentiam tuam acceſſit, duos ſecum teſtes adducens, quos præfatus vir, & mulier parati erant infames eſſe incontinenti probare, & quia verbis eorum minime adquieſcere videbaris, idem vir ad noſtram audientiam appellavit; quia vero contracta matrimonia ſine magna deliberatione ſeparari non debent, nec contra ea recipi quæſtiones, f. t. m. qua. ſi vera ſunt, quæ prædiximus, teſtes, & accuſatores ipſius matrimonii, tamquam ſuſpectos abiicias, nec tu ipſe admittas, nec ſinas, quantum in te fuerit, a quoquam admitti. Non ponitur.

## TITULUS XIII.

## DE DIVORTIIS.

### CAPUT I.

*Alexander III.* *

AD aures * &c. & infra. Fraternitati tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus, ſi coram eccleſiæ tuæ canonicis probatum eſt, quod conſobrinus latoris præſentium ejuſdem uxorem, & ante, & poſt contractum matrimonium carnaliter cognovit, cum illud fuerit nullum matrim. (11, accipiendi aliam liberam tribuas facultatem, niſi cum prædicta muliere poſt factum cognitum inceſtum probetur commiſiſſe. * *Caſſinenſi Epiſcopo*, addit Cujac. Non ponitur.

### CAPUT II.

*Clemens III.*

COmes Wll. de Rumaren. 12 vir nobilis parochianus tuus, prout nobis per tuas litteras retuliſti, tibi fuit ſecreto confeſſus, quod cum ipſe cum quadam muliere nobili matrimonium contraxiſſet, ipſa inſtinctu quorundam admo- Non ponitur.

(1) Al. *matrimonio.* (2) Al. *qui.* (3) *Laudabile.* (4) Al. *potuerit.* [5] *Tuæ.* (6 Al. *legitima.* (7) Al. *cum.* [8] Al. *excip.* (9) *M.* (10) Al. *ipſi.* 11) *Inde.* [12] Al. *de Rimare.*

* *Noſtras noveris perveniſſe, quod cum quidam Parochianus tuus quandam publice duxiſſet uxorem coram dilectis filiis noſtris Eccleſiæ tuæ Canonicis, probatum eſt, quod prædictam mulierem conſobrinus ejuſdem viri ante, & poſt contractum matrimonium cognoviſſet. Unde quia præfatus vir ad alia poſtulat vota tranſire, f. t. per A. s. m. q. quod ſi ita ſe habet, memorato viro, cum illud fuerit nullum matrimonium, accipiendi aliam liberam tribuas facultatem, niſi cum prædicta muliere, poſtquam eam cum ſuo conſobrino peccaſſe cognovit, inceſtum probetur commiſiſſe*, Cujac.

monita, conſanguinitatem inter ſe, & eum eſſe propoſuit, & per Ricardum olim Cantuar. Archiepiſcopum poſtulavit divortium celebrari, licet autem prædictus Comes illam crederet ad ſe nulla conſanguinitatis linea pertinere; ferens tamen indigne, quod uxor ſua eum contempſerat, cum contradicere potuiſſet, obticuit, nec aliquatenus ad ſedem Apoſtolicam appellavit (1), ſed poſt conſanguinitatem probatam, & divortio judicio eccleſiæ conſecuto, muliere jam dicta ad matrimonium cujuſdam nobilis tranſeunte, idem Wll. (2) aliam ſibi matrimonialiter copulavit: quia vero ipſum propria conſcientia remordet, ut aſſeris, de eo, quod ſciens inter ſe, & primam uxorem nullam eſſe conſanguinitatem, ab ea ſuſtinuit ſeparari, cum ab ipſo commonitus quid ſibi agendum ſit, diligenter inquiras. Præſenti pagina reſpondemus, quod quamvis in conſcientia ſcrupulum gerat de prima conjuge derelicta, non debet tamen a ſecunda recedere, & conjugale debitum denegare, expedit tamen (3), ut pœnitentiam ei competentem injungas, pro eo quod contra conſcientiam ſuam ſeparari conſenſit, & inſuper eam pœnitentiam ſibi experiatur inflictam, ut ad ſecundæ coitum cum dolore, ſi fuerit requiſitus, etiam teneatur accedere, tamen arbitretur ſe jus repoſcendi ab ea carnale debitum amiſiſſe.

## TITULUS XIV.
## DE DOTE POST DIVORTIUM RESTITUENDA.
### CAPUT I.
*Clemens III.*

De don. int. vir. c. 3.

DE prudentia veſtra valde miramur, quod cum vobis cauſam matrimonialem, quæ vertebatur inter B. Piſanum civem, & M. mulierem, commiſiſſemus canonice terminandam, & vos conſanguinitatem inter eos in (4) VI. & VII. gradu (5) invenientes, ſententiam divortii tuliſſetis, de dote, quam a viro mulier repetebat, quidquam ſtatuere diſtuliſtis: quia igitur ſecundum jura vos quidem [6] de matrimonio principaliter cognoviſtis, & de dote, quæ eſt cauſa incidens, acceſſorie cognoſcere valuiſtis, & ſententialiter diffinire, diſcretioni veſtræ per Ap. ſcripta mandamus, quatenus prædictum B. moneatis attentius, & app. ceſſante cogatis, ut prædictæ mulieri totam dotem ſuam, ſicut canonicum fuerit, reſtituere non moretur.

### CAPUT II.
*Cæleſtinus III.*

PLerumque accidit, ut proponis, quod in tua parochia mulieres a viris ſuis fornicationis cauſa recedunt, & ſic uſque ad mortem ipſorum permanere noſcuntur, ipſis autem (7) defunctis, cum a conſanguineis, ad quos hereditates eorum deveniunt, dotem ſuam cum dotalicio ſuo repetunt, eis audientiam denegant, & eis (8) nolunt reſtituere, quod repoſcunt ob hanc cauſam, quia eo ipſo ſe indignas feciſſe (9) noſcuntur, quod a viris ſuis cauſa fornicationis duxerint recedendum. In hoc caſu itaque dicimus, quod ſi aliqua (10) mulier ob cauſam ſuæ fornicationis judicio (11) eccleſiæ, aut propria voluntate a viro ſuo recedit (12), nec poſtea reconciliata eſt eidem, inde (13) defuncto ipſo dotem, vel dotalicium ſuum repetere non poteſt. c. 4. eod.

## TITULUS XV.
## DE SECUNDIS NUPTIIS.
### CAPUT I.
*Alexander III.*

CApellanum nihilominus, quem benedictionem cum ſecunda tibi conſtiterit celebraſſe, ab officio, beneficioque ſuſpenſum, cum litterarum tuarum teſtimonio, appellatione ceſſante, ad ſedem Apoſtolicam nullatenus deſtinare poſtponas. De ſecund. nupt. c. 1.

---

# LIBER QUINTUS.

## TITULUS I.
## DE ACCUSATIONIBUS.
### CAPUT I.
*Cæleſtinus III.* (14)

De accuſat. cap. 12.

SI conſtiterit, quod ſæpe dicto D. præſcripta eccleſia non fuerit perpetuo conceſſa, ſed ad tempus commendata &c. & infra. De violentia, & quod in taberna pernoctaverit, ita quod altera die nulla præmiſſa dormitione miſſam cantaſſet [15] &c. & infra. Sed etiam ſi de hoc rationabiliter fuerit convictus in judicio ante (16) Epiſcopum, vel Archiepiſcopum ſuum accuſatus, vel ad rationem poſitus, ſine coactione coram pluribus fuerit confeſſus, ei nullius ap. ob. ſuper eadem eccleſia perpetuum ſilentium imponatis, & ipſum ab impetitione G. deſiſtere compellatis. Ceterum ſi eidem D. fuit eccleſia ipſa canonice conceſſa (17), & tradita, & poſtea de crimine aliquo non fuit (18) convictus, propter quod debuit (19) de jure ſpoliari, vel poſt appellationem, ſicut aliquando allegavit, eccleſia illa fuerit ſpoliatus, ipſam facias [20] ei reſtitui, & in pace dimitti.

### CAPUT II.
*Alexander III.*

MEminimus jampridem tibi præcipiendo mandaſſe, ut dilectæ filiæ n. Caſſiotæ Abbatiſſæ monaſterii ſancti Zachariæ, cujus electionem confirmavimus (21), munus benedictionis impenderes; ſed quia Henricus pro altera parte ad noſtram [22] præſentiam acceſſit, & cap. 13. e.



(1) Al. *voluit appellare.* (2) Al. *W.* (3) Al. *autem ei.* (4) Al. *1.* (5) Al. *gradum.* (6) Al. *qui.* (7) Al. *vero.* [8] Al. deeſt, *eis.* (9) Al. *fuiſſe.* (10) Al. *hæc.* (11) Al. *per judicium.* (12) Al. *receſſit*, al. *recedat.* (13) Al. deeſt, *inde.* (14) Al. *Clemens*, al. *Alex. III.* (15) Al. *cantaverit.* [16] Al. *apud.* (17) Al. *commiſſa.* [18] Al. *fuerit.* (19) Al. *debeat.* (20) Al. *faciatis.* (21) Al. *confirmamus.* (22) Al. *veſtram.*

te [1] exinde ad noſtram audientiam appellavit, proponens, quod eam accuſaret de ſimonia, & ideo mandatum noſtrum diſtuliſti effectui mancipare; quia vero non decet te in hac parte appellationi ejuſdem H. deferre, cum non liceat laicis contra clericos, & monachos teſtimonium ferre, & cum idem H. fuerit memoratæ Caſſiotæ manifeſtus (2) inimicus, & contra eam teſtimonium tulerit; nos ſi bene meminimus, eandem Abbatiſſam benedici mandavimus, & adhuc ap. ceſ. mandamus, quatenus, cum inde fueris requiſitus, præfatæ Abbatiſſæ contradictione, & appellatione ceſſante, munus benedictionis non differas impertiri.

## TITULUS II.
## DE SIMONIA.
### CAPUT I.
*Alexander III.*

De Simon. c. 10. VEniens ad nos F. presbyter nobis ſupplici (3) relatione propoſuit, quod Abbas, & fratres ſancti R. noluerunt eum in monachum recipere, quouſque illis pro monachatu triginta libras dare convenit; conventione autem facta, ſtatim eum ſequenti die monaſticum habitum induerunt. Idem vero (4) monachi triginta ſol. Abbas vero xl. & familiæ xii. pro paſtu, aſſerentes hoc eſſe de conſuetudine monaſterii, poſtulaverunt. Quoniam ergo rei veritas nobis non conſtat, & factum hujuſmodi pernicioſum videtur, f. v. (5) per A. s. m. pr. (6) qua. rei veritatem diligenter inquiras, & ſi ita inveneris [7] eſſe, Abbatem, & monachos ad reſtituendam pecuniam præfato F. tam indigne receptam (8) inſtanter admoneas, & cum omni diſtrictione compellas, & Abbatem, & majores perſonas monaſterii pro tantæ pravitatis exceſſu ab officio ſacerdotali ſuſpendas. Prædicto autem F. in alio monaſterio præcipias, ut in habitu monaſtico domino (9) ſtudeat deſervire.

### CAPUT II.
*Alexander III.*

c. 20. eod. EX tuæ fraternitatis litteris, & confeſſione ſacerdotis præſentium latoris accepimus, quod cum ad ſacerdotis ordinem non aliter voluiſſet eum ejus Archidiaconus præſentare: v. ſol. eidem Archidiacono ſolvit, & ſic poſtea ordinem ipſum per eum præſentatus accepit. Unde ſuper eo, de quo noſtrum conſilium poſtulaſti, tibi ſic duximus reſpondendum; ut ſi hoc non eſt publicum, ſed ſecretum, eundem ſacerdotem ſecreto convenias, monens, ſine ulla tamen coactione eum propenſius, & inducens, ut ordinem alicujus religionis aſſumat, & perpetuo ab officio, quod illicite adquiſivit, abſtineat. Si vero ad religionis ordinem obſervandum (10) inducere eum forte non poteris, ſtudeas ei ad ſuſtentationem ſuam aliquod beneficium eccleſiaſticum conſtituere, ad hoc, ut a ſacerdotio debeat in perpetuum abſtinere. Alioquin non erit tutum, cum ſit ſecretus exceſſus, ipſum invitum ab eodem officio coercere, ſed tamen ſecretam pœnitentiam, ſecundum quod tibi viſum fuerit, injungere non poſtponas.

### CAPUT III.
*Alexander III. Hereforden. Archidiacono* (11).

AD noſtram noveris (12) audientiam perveniſſe, unde, ſi verum eſt, plurimum admiramur, & adverſus vos (13) jure movemur, quod in eccleſiis in veſtra juriſdictione conſtitutis vicarios niſi ab eis extorta pecunia nulla ratione miniſtrare permittis [14], & perſonas eccleſiarum, quaſi ſervos, & cenſuarios ſingulis annis indebitis exactionibus gravare præſumitis (15), extorquendo ab eis pecuniam, & procurationes eas [16] diverſis nominibus, aliquando auxilium Epiſcopi, interdum ejuſdem (17) Epiſcopi, & veſtras conſuetudines nuncupantes, quas ſi vobis forte reddere * contendunt, vos eaſdem perſonas, & eccleſiarum vicarios ab officio ſuſpenditis, & in eorum eccleſiis divina prohibetis officia celebrari, & inter cetera denarium (18) chriſmatis pro (19) voluntate veſtra ab eis in veſtræ ſalutis periculum extorquere præſumitis hujuſmodi exactionem, ut eam (20) liberius videamini exigere, quandoque conſuetudinem Epiſcopalem, quandoque ſynodalia, quandoque paſchales denarios appellantes, & infra. Quia vero non deceret (21) vos clericos ita viliter, & inhoneſte tractare, diſ. v. per A. s. m. quat. ab eis pro miniſterio eccleſiaſtico exercendo, ſive pro vicariis aſſignandis, ſeu pro chriſmate nullatenus exigatis pecuniam, & eos indebitis exactionibus aut procurationibus de cetero gravare, vel perſonas eorum, aut eccleſias ſine manifeſta ratione, & rationabili cauſa nullatenus interdicto ſubponere præſumatis &c. Alioquin, ſi ad nos exinde iterata querella pervenerit, &c. c. 21. eod.

* *contradicunt*, Cuj.

### CAPUT IV.
*Lucius III.*

AD aures noſtras perveniſſe agnoveris, quod cum G. de Sevevilla (22) propter pecuniam, quam debebat, vinculo fuiſſet excommunicationis adſtrictus, creditoribus ſatisfecit, ſed excommunicatoribus x. libras pro abſolutione quærentibus abſolutionis gratiam non valuit obtinere. Quoniam igitur indignum eſt, & rationi eccleſiaſticæ contrarium, ut abſolutionis beneficium redimatur, d. v. (23) per A. s. m. quat. ſi præfatus G. debitum ſolvit, pro quo fuerat [24] per ſententiam nominatus, ipſum nullius ap. ob. gratis faciatis (25) auct. Ap. abſolvi, etſi [26] excōmunicatores requiſiti id ei noluerint exhibere. c. 24. eod.

### CAPUT V.
*Clemens III.*

SUper eo vero, quod quærere voluiſti, ſi alicu- Non ponit.

(1) Al. *a te.* (2) Al. *manifeſtius.* (3) *Simplici.* (4) Al. deeſt, *vero.* (5) Al. *t.* (6) Al. deeſt, *pr.* (7) Al. *noveris.* (8) Al. *acceptam.* [9] Al. *Deo.* (10) Al. *aſſumendum.*
(11) Al. *Epiſcopo, & Archidiacono Herford.* (12) Al. *noveritis.* (13) Al. *te.* (14) Al. *permittitis.* [15] Al. *præſumis.* (16) Al. *eaſdem.* (17) Al. *ipſius.* (18) Al. *denarios.*
(19) Al. *ex.* (20) Al. *tam*, al. deeſt. (21) Al. *decet.* [22] Al. *Senevilla.* (23) Al. *t.*
(24) Al. *fuit*, al. *fuerit.* (25) Al. *facias.* [26] Al. deeſt, *&.*

cujus electio caſſata fuerit, & idem ad regimen ejuſdem [1] eccleſiæ iterum concorditer nominatus, an (2) ſecunda electio debeat confirmari, hoc tuam tenere volumus diſcretionem, quod ſi prior electio non vitio perſonæ, ſed modo electionis caſſatur, niſi forte ſimoniacæ pravitatis aliquid interceſſiſſe conſtiterit (3), promotionem (4) ejus in eadem eccleſia non debeat impedire (5).

## CAPUT VI.

*Clemens III.*

Non ponitur.

QUamvis ad abolendam ſimoniacam pravitatem a prædeceſſoribus noſtris varia emanaverint inſtituta, uſque adeo tamen in quoſdam Satanæ filios ille morbus irrepſit, ut adhuc peccatis exigentibus, nec levi potuerit (6) medicamine, nec igne curari, quin in eo potius iniquitatis ſemina pullularent (7), quo amplius ſollicitudo meſſorum eſt viſa ſuffocare: quia vero interdum ex defectu teſtimonii non poteſt in pleriſque hujuſmodi perverſitas canonica pœna feriri, & (8) tu ſedem Apoſtolicam duxiſti conſulendam, utrum mediatores, & (9) interlocutores, per quos ſcelus illud plurimum (10) committitur, ad teſtimonium poſſint contra ſceleris auctores admitti: quod in odium criminis admitti debeant, reſpondemus, quia cum tanta ſit labes hujuſmodi (11) criminis, ſicut in canone continetur, quod ad ferendum in ea teſtimonium quilibet admittatur (12).

## CAPUT VII.

*Clemens III.*

c. 25. eod.

DE regularibus canonicis, ſeu monachis nos voluiſti conſulere, qui per ſimoniam ingreſſum ipſis ſcientibus, & machinantibus habuerunt, unde cum ſuper hoc auctoritates multæ inveniuntur (13) expreſſæ, non aliud, quam ſtatutum eſt, reſpondemus, ut locum, quem taliter adepti ſunt, omnino dimittant, & ſolitudinem, ſeu alia monaſteria diſtrictiora adeant, in quibus tam execrabilem exceſſum ſine intermiſſione deplorent. Si autem [14] ignorantibus ipſis pecunia data fuerit, cogas eos ad renuntiandum loco eidem, & poſtmodum in ipſum reducere, ſi ibi abſque ſcandalo remanere potuerint, aut (15) eos in aliquo, quod (16) ſit de ordine ipſo, ad ſerviendum Deo poteris collocare.

## CAPUT VIII.

*Clemens III.*

Non ponit.

VEnerunt ad clementiam Ap. ſedis dil. filii noſtri P. & J. (17) & Ju. [18] eccleſiæ viæ canonici, & tam ex veſtris litteris, quas gerebant, quam ex propria relatione nobis humiliter intimarunt, quomodo alter eorum ſcilicet P. in eccleſia veſtra * quondam ea condicione ſocius fieri meruit, ut ad opus ejus quendam librum ſcribere teneretur; alius vero videl. I. canonicam non habuit (19) in eadem, niſi prius libros quoſdam, quos ſecum habebat, ipſi eccleſiæ curaret offerre. Poſt hujuſmodi vero ingreſſum, cum ſuas conſcientias ſuper hoc ſæpe requirerent, & ſe in eis culpabiles invenirent, tamquam viri providi, & honeſti (20), ac ſuarum animarum lucra quærentes, ad te frater Epiſcope diverſis temporibus acceſſerunt, & ſuis conſcientiis reſeratis, idem P. ſocietatem illius eccleſiæ, & Archidiaconatum, quo fungebatur, in tuis manibus reſignavit. Ad ultimum quidem ambo licentia veſtra communiter impetrata, de mandato veſtro Rom. eccleſiam adeuntes, cum maxima devotione, ac humilitate, quod fuerant, ut dictum eſt, condicionibus iniquis adepti, in noſtris manibus coram fratrum noſtrorum præſentia refutarunt [21]. Nos igitur conſiderantes devotiones eorum (22), & quod ultro eis renuntiaverant (23), nihilominus attendentes eos de benignitate ſedis Apoſtolicæ accedente fratrum convenientia (24) ſupradictæ (25) ſocietati, & canonicis eccleſiæ veſtræ duximus reſtaurandos, & ab omni infamia, ſi quam ſuper hoc contraxerant, abſolvendos. Verum (26) veſtræ v. (27) m. qua. eos de cetero, tamquam canonicos veſtros habentes, in illis beneficiis & honoribus, quos habebant, ſervetis indemnes, & ſicut fratres veſtros, & ſocios, ut condecet, honoretis, nec ob hoc impediantur, vel aliquatenus perturbentur, quominus, ut perſonæ legitimæ honores, & gradus eccleſiaſticos valeant obtinere. Volumus tamen, & præcipimus (28) Ap. auctoritatem, ut quia memoratus P. Archidiaconalem dignitatem, quam prius habebat, ſpontaneus reſignavit, & tu eam frater Epiſcope alii conceſſiſti, ſi nunc facultates apparent [29], vel quamcitius apparebunt [30], & eum interim in veſtrum canonicum admittatis, & tu Epiſcope pro reſignatione Archidiaconatus recompenſationem facias cum eo in dignitate conſimili, vel alia competenti.

* *quondam condicione.*

## CAPUT IX.

*Cæleſtinus III.*

c. 27. eod.

NObis fuit ex parte tua cum magna diligentia propoſitum (31), quod cum quattuor eſſent a capitulo conſtituti, qui debebant quendam in plebanum eligere, amici ejus de electione, cujus ſpe habebatur, uni eligentium, vel omnibus promiſerunt ſe pecuniam ſoluturos, eo tamen ignorante, qui hujuſmodi interveniente promiſſione poſtmodum eſt electus. Quia igitur ſuper hoc nos conſulere voluiſti, ſollicitudini tuæ breviter (32) reſpondemus, quod niſi forte conſtaret illos, qui promiſſum tale fecerunt, per fraudem in diſpendium ipſius, qui eligendus erat, id malitio-



(1) Al. *ejus.* (2) Al. deeſt, *an.* al. *utrum.* (3) Al. *interceſſerit.* (4) Al. *promotio.* (5) Al. *impedire.* (6) Al. *potuerint.* (7) Al. *pullularunt.* [8] Al. deeſt, *&.* [9] Al. *vel.*
(10) Al. *plerumque.* (11) Al. deeſt, *modi.* (12) Al. *admittitur.* (13) Al. *reperiuntur.*
[14] Al. *vero.* (15) Al. *vel*, al. *ut.* (16) Al. *qui*, al. *alio loco, qui.* (17) Al. *Petrus Joannis*, al. *P. Joannes*, al. *P. Joannis.* (18) Al. *Julianus*, al. *Villanus.* (19) Al. *habuerit.*
(20) Al. *diſcreti.* (21) Al. *reſignarunt.* [22] Al. *ipſorum.* (23) Al. *renuntiaverunt.*
(24) Al. *conniventia.* [25] Al. *ſupradictos.* (26) Al. *Unde.* (27) Al. *univerſitati.* [28] Al. *præſentium.* [29] Al. *facultas apparet.* (30) Al. *apparebit.* (31) Al. *intimatum.* (32) Al. *t.*

litioſe feciſſe, quamvis ipſe promiſſionis conſcius non fuerit, tamen electio hujuſmodi tamquam ſimoniaca, per (1) pravitatem hujuſmodi adquiſita, eſt penitus reprobanda, &c. Ad ultimum ſuper hoc, quod in fine tuæ conſultationis invenimus, hoc duximus reſpondendum, quod aliquis in plebanum, ſeu in quemlibet eccleſiæ prælatum electus, & ut dictum eſt, per pravitatem ſimoniacam reprobatus, ab Epiſcopo ſuo diſpenſationem aliquam obtinere de jure non poteſt.

### CAPUT X.

*Cæleſtinus III. Lincon. Epiſcopo, & Priori de Fracto ponte, & Archidiacono de Marin.* (2)

c. 28. eod. Dilectus filius noſter R. præpoſitus nobis patefecit, quod cum ve. f. n. G. Eboracen. Archiepiſcopus eum multis gravaminibus, & variis injuriis afficere non ceſſaret, promiſit ei certam quantitatem pecuniæ ſe daturum, ut ab ipſius deſiſteret læſione. Verum Archiepiſcopus poſt receptionem pecuniæ eum, ſicut promiſit, in pace non dimiſit, nec ſuper dignitatibus, & beneficiis ſuis ab ejus moleſtatione quievit. Ideoque diſ. v. per A. s. m. qua. ſi res ita ſe habet, Archiepiſcopum reſtituere, quod accepit, ſi eum contra promiſſionem ſuam veniſſe conſtiterit, auctoritate noſtra ap. re. compellatis, & prohibeatis etiam ipſum Archiepiſcopum ex parte noſtra diſtrictius, ne pendente lite Præpoſitum ipſum, vel ſuos moleſtare præſumat, & ſi forte fecerit, per veſtram ſollicitudinem corrigatur.

## TITULUS III.
## DE MAGISTRIS, ET NE ALIQUID EXIGATUR AB EIS.

### CAPUT I.

*Alexander III. Remenſi Archiepiſcopo.*

Non ponitur. Pervenit ad nos, quod cum in eccleſia Lamen. (3) & eccleſia Tornacen. ad ſuſtentationem ejus, qui ſcholas regit, beneficium olim deputatum (4) fuiſſet, ſicut per omnes fere alias eccleſias majores Gallicanas, & fuiſſe quondam, & in quibuſdam adhuc eſſe dignoſcitur, ab aliquantis retro temporibus clerici eccleſiarum ipſarum avaritia depravati idem beneficium in communem uſum redigere præſumpſerunt, qua de re ſtatim doctrina ceſſavit, dum doctoribus ſtipendium eſt ſubtractum: nos autem in concilio Lateran. nuper auctoritate domini celebrato, ac tota eccleſia, quæ convenerat, approbante ſtatuimus, ut per omnes eccleſias cathedrales ad ſubſidium magiſtri, qui ſcholas regat, præbenda una debeat deputari, quocirca (5), ne in vacuum decreta, quæ recta ſunt, fieri (6) videantur, ſi per noſtram (7), & Epiſcoporum inſtantiam non fuerint obſervata, tuæ fraternitati m. qua. ad eccleſias ſupradictas accedens (8), & ad opus magiſtri, qui ſcholas regat, aliquod reſtituas beneficium, quod ad illud opus deputatum fuit antiquitus, aut aliud facias de novo ap. re. deputari, ut competentibus ſtipendiis doctori proviſis, pauperes, qui parentum opibus non juvantur, per miſericordiam eccleſiæ doctrinam ſibi lætentur adeſſe, & divites, qui eccleſiaſticis poſſunt utilitatibus deſervire, ab eccleſia pro ſtudio litterarum longe fieri non cogantur.

## TITULUS IV.
## DE JUDÆIS, ET SARRACENIS, ET EORUM SERVIS.

### CAPUT I.

*Alexander III.*

Conſuluit &c. Judæos etiam de novo conſtruere ſynagogas, ubi eas non habuerunt (9), pati non debes; verum ſi antiquæ corruerint, vel ruinam minantur, ut reædificent, poteris (10) æquanimiter tolerari (11), non autem, ut eas exaltent, aut ampliores, aut pratioſiores faciant, quam antea fuiſſe noſcuntur, qui utique pro magno debent habere, quod in veteribus ſynagogis, & ſuis obſervantiis tolerantur. De jud. c. 7. & in hac coll. cap. 1. de app.

### CAPUT II.

*Alexander III. pars c. Licet.*

Ad hoc (12) præſentium auctoritate mandamus, atque præcipimus, qua. omnibus Chriſtianis, qui ſunt in juriſdictione veſtra, penitus interdicatis, & ſi neceſſe fuerit, eos (13) eccleſiaſtica diſtrictione compellatis, ne ipſi Judæorum ſervitio aſſidue pro aliqua mercede ſe exponant, quod etiam obſtetricibus, & nutricibus eorum prohibere curetis, ne infantes Judæorum in domibus eorum nutrire præſumant, quoniam (14) Judæorum mores, & noſtri in nullo concordant, & ipſi de facili ob continuam converſationem, & aſſiduam familiaritatem inſtigante humani generis inimico, ad ſuam ſuperſtitionem, & perfidiam ſimplicium animos inclinarent (15). cap. 8. e.

### CAPUT III.

*Clemens III.*

Sicut Judæi non debent ſine licentia in ſynagogis, ultra quam lege (16) permiſſum eſt, præſumere, ita in iis, quæ eis conceſſa ſunt, nullum debent præjudicium ſuſtinere; ſtatuimus enim, ut nullus Chriſtianus invitos, vel nolentes ad baptiſma eos venire compellat. Si quis autem ad Chriſtianos cauſa fidei confugerit, poſtquam voluntas ejus fuerit patefacta, Chriſtianus abſque calumnia efficiatur, quippe Chriſtiani fidem habere non creditur, qui ad Chriſtianorum baptiſma non ſpontaneus, ſed invitus cognoſcitur pervenire (17): nullus etiam Chriſtianus eorum quemlibet ſine judicio terrenæ poteſtatis, vel vulnerare (18), vel occidere, vel ſuas illis pecunias auferre præſumat, aut bonas, quas hactenus habuerunt, conſuetudines immutare, præſertim in feſtivitatum ſuarum celebratione quiſquam fuſtibus, vel lapidibus, eos nullatenus perturbet, neque aliquis ab eis coacta ſervitia exigat, niſi quæ ipſi præterito tempore facere conſueverunt. Ad hæc malorum hominum pravitati, & avaritiæ obviantes, de- cap. 9. eod.

[1] Al. *per ſimoniacam.* [2] Al. *Marien.* [3] Al. *Laudunen.* al. *Lau.* [4] Al. *conſtitutum,* al. *debitum.* [5] Al. *cura.* (6) Al. *inſtitui.* (7) Al. *veſtram.* (8) Al. *accedas.* (9) Al. *habuerint.* (10) Al. *poteſt,* al. *potes.* (11) Al. *tolerare.* (12) Al. *hæc.* (13) Al. deeſt, *eos.* (14) Al. *quia.* [15] Al. *inclinant.* (16) Al. deeſt, *lege.* [17] Al. *cogitur perveniſſe.* (18) Al. *verberare.*

UNED

decernimus (1), ut nemo cœmeterium Judæorum mutilare, aut invadere audeat, ſive (2) obtentu pecuniæ corpora humata effodere: ſi quis autem hujuſmodi tenore decreti cognito, quod abſit, contraire præſumpſerit, honoris, & officii ſui periculum patiatur, aut excommunicationis ultione plectatur, niſi præſumptionem ſuam digna ſatisfactione correxerit.

CAPUT IV.

*Clemens III.*

c. 10. eod. QUam ſit laudabile &c. & infra. Tuis frater Epiſcope petitionibus annuentes, tibi, tuisque ſociis, cum ad prædicandam [3] Chriſti fidem paganis exhibitis, Ap. auctoritate concedimus, ut vobis his cibis, cum modeſtia, & gratiarum actione, ſervata temporum qualitate, juxta canonicas ſanctiones, uti liceat, quæ (4) vobis ab ipſis infidelibus apponuntur; inſuper indulgemus, ut quicumque viri, ſeu monachi, ſive (5) clerici idonei ad annuntiandam (6) gentibus evangelicam veritatem, requiſita, & habita prælatorum ſuorum licentia, tibi (7) voluerint adhærere, id abſque contradictione qualibet exequendi liberam habeant Apoſtolica auctoritate facultatem.

CAPUT V.

*Idem.*

c. 11. eod. SIgnificavit nobis tua fraternitas, quomodo aliqui civium tuorum in Alexandriam valeant proficiſci pro recuperandis concivibus ſuis [8], qui illic in captivitate tenentur, hæc arbitramur poſſe licite fieri, dummodo nihil in mercibus, vel alio modo ſecum illic (9) deferant, unde poſſit Sarracenis, excepto redemptionis articulo, aliquod commodum, vel ſubſidium provenire (10), quod etiam coram te prius juramento firmabunt. Illi quoque (11), qui poſt treugã in tranſmarinis partibus factam, cum commercio Alexandriam adiverunt (12), ſi detulerunt (13) merces prohibitas cauſa lucrandi, excommunicationis vinculum non evadunt (14), ſimiliter & (15) illi, qui in perſonis propriis non euntes, merces eo per alios deſtinarunt. Ad ultimum illos, qui juraverunt ſe amplius in terram Sarracenorum cum mercibus non ituros, niſi pax eſſet inter Chriſtianos, & ipſos, & poſt treugam factam venerunt illuc, illa condicione de pace, vel de treuga habenda ab excommunicationis vinculo non abſolvit.

CAPUT VI.

*Clemens III.* (16)

cap. 12. e. QUod olim præceptum fuit &c. & infra. Sane licet hoc fuerit in Lateran. concilio diſtricte inhibitum, nos tamen de conſilio fratrum noſtrorum omnes illos excommunicationi ſupponimus, qui jam amplius cum Sarracenis mercimonium habuerint, vel per ſe, vel per alios navibus, ſeu quocumque alio ingenio eis aliqua rerum ſubſidia, ſeu (17) conſilia impenderint, quamdiu inter vos (18), & illos guerra duraverit. Veſtræ igitur diſ. man. atq. diſtricte præcipimus, qua. nec per vos, nec (19) per veſtras naves, nec alio quocumque modo, aut ingenio eis mercimonia, conſilia, ſeu (20) alia ſubſidia tranſmittatis, ne (21) ſi forte aliqui in ſua malitia indurati ſecus agere præſumpſerint, non ſolum ipſo jure incidant in excommunicationem illam, verum etiam illi iram Dei viventis incurrant.

TITULUS V.

DE HIS, QUI FIL. OCCIDERUNT (22).

CAPUT I.

*Alexander III.*

DE infantibus autem, qui mortui reperiuntur cum patre, & matre, & non apparet, utrum a patre, vel a matre oppreſſus ſit ipſe, vel ſuffocatus, vel propria morte defunctus, non debent inde ſecuri eſſe parẽtes, nec ſine pœna (23), ſed tamen conſideratio debet eſſe pietatis, ubi non voluntas, ſed eventus mortis cauſa fuit (24): ſi autem eos non latet ipſos interfectores eſſe, ſcire debent ſe graviter deliquiſſe, quod Ancyritano concilio probabatur [25]. Quidam autem pœnitentiã trium annorum indicant (26) eſſe debere, quorum unum peragant in pane, & aqua. De iis, qui fil. c. ult.

TITULUS VI.

DE HOMICIDIO VOLUNTARIO, SEU (27) CASUALI (28).

CAPUT I.

*Clemens III.*

AD audientiam Apoſtolatus noſtri pervenit quod, cum quidam presbyter volens corrigere quendam de familia ſua eo cingulo, quo cingi ſolebat, illum verberare temptavit, contigit, quod (29) cultellus de vagina, qui (30) cingulo adhærebat, elapſus eum in dorſo ſuo aliquantulum vulneravit; poſtmodum vero cum ille vulneratus aliquandiu vixiſſet, & convaluiſſet a vulnere, graviore, ut dicitur, infirmitate percuſſus ſana mente, ac devotione debita viam eſt univerſæ carnis ingreſſus. Quia vero utrum occaſione vulneris deceſſiſſet, dubium habebatur (31), eodem presbytero ab omni officio, beneficioque [32] ſuſpenſo, quid ſuper hoc vobis eſſet agendum Ap. ſedem conſuluiſtis. Nunc itaque veſtræ diſcretionis induſtriæ duximus reſpondendum (33), quod cum in dubiis ſemitam debeamus eligere tutiorem, vos (34) convenit injungere presbytero memorato, ut (35) de cetero in ſacris ordinib. miniſtrare non præſumat (36), injuncta tamen ei pœnitentia congruenti poteris (37) ei concedere, ut De homic. c. 12.

(1) Al. *decrevimus.* (2) Al. *vel.* (3) Al. *prædicandum.* [4] Al. *qui.* [5] Al. *ſeu.* (6) Al. *adnuntiandum.* (7) Al. *ubi.* [8] Al. *tuis.* (9) Al. *illuc.* [10] Al. *pervenire.* (11) Al. *vero.* (12) Al. *adierint.* (13) Al. *detulerint.* (14) Al. *evadent.* (15) Al. *ſicut nec*, al. deeſt, *nec.* (16) Al. *Alex. III.* (17) Al. *vel.* (18) Al. *nos.* (19) Al. *vel.* (20) Al. *vel.* (21) Al. *&.* (22) Al. *De homicidio voluntario, vel caſu.* (23) Al. *pœnitentia.* (24) Al. *fuerit.* (25) Al. *probatur.* (26) *Judicant.* (27) Al. *vel.* (28) Al. deſunt verba Tituli. (29) Al. *ut.* (30) Al. *quæ.* (31) Al. *habetur.* (32) Al. *& bñio.* (33) Al. *diſ. v. reſpondemus.* (34) Al. *nos.* (35) Al. *ne.* (36) Al. *accedat*, forte, *audeat*, al. deeſt, *non.* (37) Al. *poteritis.*

UNED

ut ſit contentus in minoribus ordinibus miniſtrare. Si vero vobis legitime conſtiterit, quod ex alia infirmitate obierit (1), de noſtra [2] licentia poterit, ſicut erat ſolitus, divina officia celebrare.

CAPUT II.

*Clemens III.*

De confeſſ. c. 1.

CUM monaſterium &c. & infra. Super eo vero, quod tuis litteris adnectere ſtuduiſti, quid tibi faciendum ſit, de quodam ejuſdem monaſterii ſacerdote, qui diabolo inſtigante quendam ex fratribus, ſicut eum publice propoſuiſti confeſſum, occidit, hoc fraternitati tuæ reſcribimus, & per A. s. m. quatenus eum ſollemniter ab omni officio divino non differas degradare, & in monaſterium aliquod Ciſterc. (3) ordinis reducere, in quo injunctam ſibi tanti facinoris pœnitentiam agens ibi, dum vixerit, digne lugeat quæ commiſit. Eos autem, de quorum ſuggeſtione ſcelus prædictum perpetraſſe proponit, niſi tibi aliis modis, & juſtis rationibus verum eſſe conſtiterit, nulli cenſemus pœnæ ſubdendos, quia ſecundum utriuſque juris ſtatuta, de ſe confeſſi ſuper aliorum conſcientiis (4) interrogari non debent, & [5] crimine majeſtatis excepto, de reatu proprio confitentis periculoſa confeſſio non eſt adverſus quemlibet admittenda; ſi tamen infamia hos (6 hujuſmodi laborare cognoveris, ſingulis eis adjunctis tribus ſociis ſui ordinis purgationem injungas.

CAPUT III.

*Clemens III.*

Non ponitur.

SCripſiſti nobis fili Decane, & capitulum, quod cum B. ſacerdos præſentium lator ad petitionem communitatis inductus, eccleſiæ ædificationi diligenter intenderet, & eum (7) compagem cujuſdam laquearis vetuſtate attriti diſſolvere voluiſſet, quidam famulus ſibi laboranti in auxilium deputatus, licet præmonitus eſſet ut ab ipſo laqueari ſecederet, neglexit tamen, & id aure ſurda præteriens cum laqueari ruit in terram, & hac occaſione poſtea, duobus menſibus, & [8] tribus diebus (9) ægrotans, rebus eſt humanis exemptus, cumque ſuper hoc valde triſtatus, Authelegii (10) tunc Epiſcopi veſtri mandatum, & conſilium requiſiſſet, & ipſe (11) eum ad tempus ex habundanti ſuſpendens cautela, deinde habito prudentium conſilio virorum duxit reſtaurandum. Tu vero frater Epiſcope, qui nunc Ildenenſi eccleſiæ præſides, ipſum voluiſti manere ſuſpenſum, donec ſuper hoc recepturus conſilium, præſentiam noſtram adiret. Nos quoque conſiderantes, quod idem B. cum daret operam rei licitæ, ſecundum quod in jure cautum eſt, omne ſtudium adhibuit, dicens, cave frater, ut damnum quodlibet evitaret, attendentes etiam, quod ſuſpenſus ad majorem cautelam aliquandiu fuit, & nunc propter hoc ſpecialiter ad ſe. Ap. veniendo in perſona, & ſumptibus propriis laboravit. Conſultationi tuæ taliter reſpondemus pr. auctoritate Ap. mandantes, ut prædictus B. ob hanc cauſam non impediatur, quo minus integre ſuo reſtituatur officio, & cum omni pace permittatur ap. re. cum integritate Beneficii miniſtrare (12). Præterea volumus, ut quia prædictus (13) B. proprietatem non habens, pro expenſis itineris coactus eſt pecuniam mutuari, facias ei recompenſationem congruam expenſarum.

CAPUT IV.

*Clemens III.*

SUggeſtum eſt auribus noſtris, quod cum D. ſubdiaconus præſentium lator aliqua die per quendam pontem tranſitum faceret, & caſu in eo moram faciens, juvenes (14) quendam puerum comprehendentes, ut immergerent eum (15), in flumine violenter, timens bono zelo ductus, ne ab eis ſuffocaretur in aqua, ipſos leniter arguere, ut puerum relaxarent, cœpit; illi vero puero dimiſſo ſubdiaconem eundem conati ſunt per pedes ad (16) flumen pertrahere, verum cum ad murum qui proximus erat, ne pro eorum violento tractu in præceps rueret, & ſe, ut poterat, tenuiſſet, lapis inde evulſus (17) eundem puerum, quem prius liberare voluerat, interfecit. Quo circa f. t. per A. s. m. quat. ſi res ita ſe habet, eodem ſubdiacono per aliquod tempus, prout viſum tibi fuerit, ab ordinis ſuſcepti executione ſuſpenſo ipſum in eodem (18) poſtea miniſtrare permittas. Ad majores autem ordines, ne ſcandalum in populum Dei generetur, licet quo ad hoc in culpa non videatur fuiſſe, nequaquam aſcendat [19], niſi forte tranſierit ad monaſterium, ſeu ad canonicam regularem, ut circa ipſum de ſuſcipiendis ordinibus fiat diſpenſatio, ſi [20] majori ſuo viſum fuerit faciendum. Non ponitur.

CAPUT V.

*Clemens III.*

INſpectis litteris, quas bonæ memoriæ Urbano prædeceſſori noſtro miſiſti, plene (21) cognovimus, quod præſentium lator C. ſubd. dum olim in minori ætate poſitus cum quodam puero ludum exercens jactu lapidis uteretur, ipſum puerum non ſtudioſe, ſed caſualiter vulneravit, de quo vulnere vix fuit cura medicorum agente, in brevi temporis ſpatio, ſicut credebatur, plene curatus, tamen elapſo anno vulnus fecit poſtmodum aperturam, ſed quia medicus, qui fuit adhibitus ad curandum, circa ipſum negligentia, ſeu ignorantia, vel etiam alia culpa minus neceſſariam ſollicitudinem creditur habuiſſe, puer occaſione ipſius [22] vulneris expiravit. Reſpondentes igitur ad hoc f. t. m. quatenus, cum res ita proceſſerit, eundem in minoribus ordinibus miniſtrare permittas, acturus circa eundem (23) de beneficio quod per te illi poſtulas conferendum, ſicut ejus me-

Non ponitur.

[1] Al. *obiit.* (2) Al. *veſtra.* (3) Al. *Ciſtren.* (4) Al. *conſortiis.* (5 Al. deeſt, *&*. [6] Al. *eos*, al. *omnes*, al. *hujuſmodi eos.* (7) Al. deeſt, al. *cum.* (8) Al. *vel.* (9) Al. deeſt, *diebus.* [10] Al. *ad Helegii*, al. *ad Elogii.* [11] Al. deeſt, *&*, al. *& ipſe*, deeſt. (12) Al. *manere.* (13) Al. *dictus.* (14) Al. *invenies*, al. *cum inveniſſet.* (15 Al. deeſt, *eum.* (16) Al. *in.* (17) *Avulſus.* (18 Al. *eiſdem.* (19) Al. *aſcendet.* (20) Al. *& id.* [21] Al. *plane.* (22) Al. *illius.* (23) Al. *eum.*

merita poſtulant, & tuæ melius inſederit voluntati, ad altaris vero officium non accedat, qui occaſionem mortis ejuſdem pueri dediſſe videtur.

## TITULUS VII.
## DE TORNEAMENTIS.
### CAPUT I.

*Alexander III. Abarien.* [1] *Epiſcopo.*

De torn. c. 1.

AD audientiam noſtram noveris perveniſſe, quod cum acceſſiſſet quidam ad locum deputatum torneamentis cauſa requirendi debita ſua a quibuſdam militibus, quos eo (2) venturos putabat, accidit, quod violenter, & inconſiderate ab equo, in quo ſedebat, ſuper eum cadente compreſſus, & mortuus eſt, ſed prius dominicum corpus ſuſcepit, & ſacri olei unctione perunctus eſt. Unde pro eo quod in torneamento mortem accepit, ei (3) ſepultura fidelium prohibetur: nos vero attendentes, quod his tantum, ſicut credimus, eccleſiaſtica ſepultura debeat interdici, qui ad torneamentum animo id faciendi tantum accedentes, ibidem decedunt, fraternitati t. m. qua. ſi tibi (4) conſtiterit, quod præfatus I. ad prædictum torneamentum non animo ludendi, ſed animo recipiendi credita perveniſſet, licet ibi fortuito caſu obierit, corpus ejus diſpenſative facias eccleſiaſticæ [5] tradi ſepulturæ, maxime ſi dominicum corpus ſuſceperit, & ſacri olei fuerit unctione perunctus.

## TITULUS VIII.
## DE CLERICIS PUGNANTIBUS IN DUELLO [6].
### CAPUT I.

*Cæleſtinus III.*

De cleric. pugn. c. ult.

HEnricus (7) presbyter lator præſentium ad nos cum litteris tuis humiliter accedens intimavit, quod cum laicum quendam ſuper furto in ſæculari placito (8) conveniſſet, ſed ipſe, quia teſtes ſui defecerunt, pugilem ſecundum pravam terræ conſuetudinem induxit (9), qui reũ uſque adeo ictibus gladii vulneravit, quod coactus eſt nocte proxima expirare; quia ergo (10) ſuper hoc nos conſulere voluiſti, ambiguitatem tuam reſponſione hujuſmodi removemus, quod tales pugiles homicidæ veri exiſtunt, nec prædictus ſacerdos, licet non ipſe, ſed aliquis pro eo (11 in duello pugnaverat (12), debet in ſacris ordinibus miniſtrare, ſicut etiam tradunt ſacrorum canonum inſtituta, homicidium [13] tam facto, quam præcepto, ſive conſilio, aut defenſione non eſt dubium perpetrari: poteris tamen cum eo circa habendum beneficium miſericorditer diſpenſare.

### CAPUT II.

*Cæleſtinus III.*

De purgat. vulg. c. 1. & eod. tit. in hac coll. c. un.

QUia ſuſcepti regiminis cura nos inducit, ut fratrum noſtrorum debeamus conſultationibus reſpondere, & ab eis, quantum humana fragilitas permittit, dubitationis ſcrupulum amputare. Inde eſt, quod cum tua duxit f. ſedem Ap. conſulendam, utrum ſuper eccleſiarum præſentationibus duella debeant ſuſtineri, tuæ duximus ſollicitudini reſpondendum, quod in eo caſu, nec etiam in aliis debes aliquatenus tolerare.

## TITULUS IX.
## DE FALSARIIS.
### CAPUT I.

*Lucius III.* (14)

Non ponitur.

IMproba peſtis falſitatis, quam falſarii quidam in terra kariſſimi in Chriſto filii noſtri Illuſtris H. Regis Anglorum morantes ad confingendas (15) litteras publicas invenerunt, in communem noſcitur excreviſſe perniciem, ita ut litterarum noſtrarum auctoritas in aliquibus locis in quadam dubitatione jam fluctuaret, niſi tantæ præſumptionis exceſſum cenſura eccleſiæ (16) quærat pariter, & emendet. Unde nos de tua præſertim induſtria confidentes, executionem rei hujuſmodi tibi duximus committendam, per A. s. pr. mandantes, quatenus falſarios ipſos (17) qualicumque caſu reperire, Deo volente, poteris, ſi clerici ſunt, ab ordine, & beneficio, ſi quod habent, abſque ulla dilatione, & appellatione privatos, diſtricta (18) facias ſub cuſtodia detineri, donec quid de ipſis agendum ſit, plenius tibi ex noſtra reſponſione mandetur: ſi quos vero laicos deprehenderis inter eos (19), Cariſſimo in Chriſto filio noſtro Illuſtri R. Anglorum Regi tradas illos [20] pro meritis judicandos, ut in (21) judicio videlicet, tam eccleſiaſtico, quam mundano, peſtis illa, quæ communiter omnibus pernicioſa dinoſcitur, cum ſuis auctoribus (22) condemnetur.

### CAPUT II.

*Urbanus III.*

De crimin. falſ. c. 3.

AD audientiam noſtram te ſignificante pervenit, quod cum (23) quoſdam perverſos clericos, qui falſaverant ſigillum kariſſimi (24 in Chriſto filii noſtri Phil. Regis Illuſtris. Francorum carcerali cuſtodiæ mancipaveris, quid vero faciendum tibi ſit de ipſis ab Apoſtolica ſe. (25) duxiſti conſilium inquirendum (26: unde f. t. de fratrum noſtrorum conſilio reſpondemus, ut eis nec membrum auferri, nec pœnam infligi facias corporalem, per quam periculum poſſint mortis incurrere, ſed eis prius a ſuis propriis ordinibus degradatis, in ſignum maleficii, characterem aliquem imprimi facias, quo inter alios agnoſcantur, & provinciam ipſam eos abjurare compellas, & abire permittas.

### CAPUT III.

*Cæleſtinus III.*

Non ponitur.

PER falſarios, qui nuper ſunt in urbe reperti, quædam ſunt litteræ deſtinatæ, quas timemus ab aliquibus tanquam veras admittendas, ideoque

[1] Al. *Abbarinen.* al. *Ambianen.* (2) Al. *ibi.* (3) Al. *a.* (4) Al. *vobis.* (5) Al. *eccleſiæ.* (6) Al. *bello.* (7) Al. *Ugo.* (8) Al. *palatio.* (9) Al. *induxit*, al. *conduxit.* (10) Al. *igitur.* (11) Al. *ipſo.* (12) Al. *ante duellum juraverat*, al. *in duello pugnaverit.* (13) Al. *homicidia.* (14) Al. *Cæleſt.* al. *Idem.* [15] Al. *conſignandas*, al. *confringendas*, al. *confingentes.* (16) Al. *eccleſ.* [17] Al. *illor.* (18) Al. *diſtricte.* (19) Al. *alios.* (20) Al. deeſt, *illos.* (21) Al. deeſt, *in.* (22) *Actoribus.* (23) Al. deeſt, *cum.* (24) Al. *dilecti.* (25) Al. *a ſede ap.* (26) Al. *requirendum.*

que (1) ſ. v. [2] per A. s. m. q. ſi quos tales valueritis (3) invenire, quos cognoſcere poteritis [4] ex comparatione (5) bullæ, & qualitate ſtili faciatis (6) eos omni dilatione poſtpoſita capi, & tamdiu ſub arta cuſtodia detineri, donec id nobis fuerit intimatum, ut exinde quid fieri debeat, vobis (7) ſignificare poſſimus; quidquid enim occaſione litterarum illarum actum (8) fuerit, vacuum & in irritum volumus revocari.

## TITULUS X.
## DE CLERICO PERCUSSORE.
### CAPUT I.
*Cæleſtinus* (9) *III.*

De cler. percuſſ. c. ult.

CONtinentia litterarum veſtrarum inſpecta, qua ſignificaſtis nobis, quod cum P. acolytus præſentium lator cum quibuſdam hominibus ad reſiſtendum prædonibus arma præſumpſiſſet (10), in conflictu illo tres fuerunt (11) ab aliis vulnerati ad mortem, ita tamen quod illa homicidia, neque facto ejus, neque conſilio perpetrata fuerunt (12): quia vero ſuper hoc noſtrum requiſiſtis (13) conſilium, vobis taliter reſpondemus, quod cum prædictum acolytum ad frugem melioris vitæ tranſiiſſe dicatis, & in monachali religione fere per annos VIII. laudabiliter huc uſque vixiſſe, meritis ejus aliis [14] non repugnantibus, ad ſubdiaconatus ordinem valeat promoveri, & merito altaris miniſterium [15] exercere.

## TITULUS XI.
## DE CLERICO MALEDICO.
### CAPUT I.
*Clemens III.*

De maled. c. 1.

INnotuit nobis &c. & infra. Ad ultimum ſ. t. mandamus, atque præcipimus quatenus, quia nobis per litteras tuas retuliſti, S. (16) quod Joannes (17) clericus ſanctæ Trinitatis multis coram aſtantibus verba quædam in depreſſionem, & contumeliam Romanæ eccleſiæ protulit [18], ipſum a temeritate ſua per ſuſpenſionem officii, & beneficii ſub. ap. ob. compeſcas, ut pœna illius aliis terrorem incutiat, nec (19) de cetero contra Rom. eccl. in talia verba prorumpant [20].

## TITULUS XII.
## DE EO, QUI FURTIVE ORDINES SUSCEPIT.
### CAPUT I.
*Clemens III.*

De eo, qui ord. furtiv. ſuſc. c. 2.

CUM H. lator præſentium, ſicut nobis ſua quæſtione (21) monſtravit, ad tuam præſentiam ordinationis cauſa acceſſiſſet, ſ. t. (22) juxta conſuetudinem patriæ illi quattuor ordines minores contulit, quibus nullatenus contentus, ſubdiaconatum auſu temerario recepit: quia vero idem clericus in facto iſto multum exceſſit, mandamus quatenus eum in minoribus ordinibus permittas miniſtrare, ſi vero domum religionis intraverit, & vita ejus, & mores exegerint, Abbas ejus [23] in aliis poterit etiam ordinibus diſpenſare.

### CAPUT II.
*Idem.*

c. ult. eod.

INnotuit nobis ex tenore tuarum litterarum, quod G. clericus lator pr. & alii duo de tua diœceſi ad G. quondam Saguntin. Epiſcopum accedentes, licet ab eodem Epiſcopo ſub excommunicationis ſententia fuiſſet diſtricte prohibitum, ne quis ſe ad duos ordines ſuſcipiendos ingereret, prædicti clerici non minus diaconatus, & ſubdiaconatus ordinem (24) clanculo (25) ſuſceperunt. Quia igitur quid tibi faciendum ſit pro his, tua nos duxit fraternitas conſulendos, tibi auctoritate Ap. reſpondemus, quod ordinati de rigore juris in ſuſceptis ordinibus miniſtrare non debent, verumtamen, ſi ſe ad religionem aliquam voluerint transferre, & peracta pœnitentia eis pro tuo arbitrio injuncta, ibidem laudabiliter fuerint converſati, proceſſu temporis cum eis poteris de noſtra licentia diſpenſare, ut poſtmodum ſuſceptorum ordinum executione lætentur, præterea pro prædicto (autem) G. cum (26) in perſona propria laboraverit (27) ſ. tuam rogamus attentius & monemus, ut eum facias in canonicum [28] regularem Sancti Petri de Seja (29), vel in alium religioſum locum, ubi deploret exceſſum, (30) tamquam fratrem aſſumi, ut [31] ſi ei ibidem viventi regulariter ſua merita videris ſuffragari, miniſtrandi, prout diximus, tribuas facultatem.

## TITULUS XIII.
## DE EXCESSIBUS PRÆLATORUM IN SUBDITOS (32).
### CAPUT I.
*Alexander III. Univerſis Abbatibus* (33).

De exceſſ. præl. c. 5.

SAne ſi Epiſcopi aliqui (34) ab Abbatibus aliquid præter debitam obedientiam contra libertatem ordinis a prædeceſſoribus noſtris, & a nobis indultam exigunt [35], liberum ſit eiſdem Abbatibus Ap. auctoritate denegare, quod petitur, ne occaſione iſta, ordo iſte, qui hactenus liber extitit, perpetuæ ſervitutis laqueo vinciatur.

### CAPUT II.
*Lucius III. Eboracen. Archiepiſcopo, & Lendon.* (36) *Decano & Abbati de Filien.* (37)

cap. ult. de reg. jur.

REtulit nobis dil. fi. noſter I. Archidiaconus Ciſtren. (38) quod Epiſcopus ejus, pro eo quod decanatum, tamquam quem ſibi de jure credit competere, vindicare laborat, ipſi prorſus infeſtus, jura ipſius minuere, & quæ ad Archidiaco-

[1] Al. *ideo.* [2] Al. *t.* [3] Al. *valueris.* [4] Al. *poteris.* [5] Al. *opera, ratione.* (6) Al. *facias.* (7) Al. *tibi.* (8) Al. *factum.* (9) Al. *Clemens.* (10) Al. *ſumpſiſſet.* (11) Al. *fuerint.* (12) Al. *ſunt.* (13) Al. *requiſiſt.* (14) Al. *aliter.* (15) Al. *officium.* (16) Al. deeſt, *ſ.* al. *videlicet.* (17) Al. *J.* (18) Al. *profudit.* (19) Al. *inducat*, *nequit.* (20) Al. *prorumpat.* (21) Al. *tua conqueſtione*, al. *ſua conq.* [22] Al. *tua fraternitas.* [23] Al. *ſuus.* (24) Al. *ordines.* (25) Al. *clandeſtino.* [26] Al. *qui*, al. *qui cum.* (27) *Laboravit.* (28) Al. *canonicam.* (29) Al. *Semin.* (30) Al. *exceſſus.* (31) Al. *&.* (32) Al. *ſubjectos.* (33) Al. *Epiſcopis.* (34) Al. *aliquid.* (35) Al. *exigant.* (36) Al. *Lundon.* al. *Lund.* (37) Al. *Diſi.* [38] Al. *Ceſtre.*

conatum de conſuetudine, & de jure ſpectare noſcuntur, turbare, & ſubtrahere poſt ap. ad ſedem Ap. factam non deſiſtit: præterea homagium, & fidelitatem novam ab eo pro ſua requirit voluntate. Volentes itaque patientiæ, & juſtitiæ ipſius Archidiaconi paterna dilectione providere, d. v. per A. s. m. qua inquiſita diligentius veritate, ſi eum prædeceſſori Epiſcopo, & ſucceſſoribus ejus fidelitatem juraſſe conſtiterit, jam dictum Epiſcopum ex parte noſtra moneatis, & eccleſiaſtica cenſura nullius ap. ob. auctoritate noſtra cogatis, ut jura Archidiaconatus integre poſſidere ſine contradictione, & ap. ceſ. permittat, & ab exactione homagii, & fidelitatis omnino deſiſtat. Indignum ſiquidem eſt, & a Rom. eccleſiæ conſuetudine alienum, ut pro ſpiritualibus facere homagium quiſquam compellatur &c.

CAPUT III.

*Clemens III.*

De exceſſ. prel. c. 7.

CUM ad quorumdam malitiam coercendam in concilio fuerit Lateranen. multa deliberatione ſtatutum, ut Archiepiſcopi, Epiſcopi, Archidiaconi, Archipresbyteri etiam, & Decani certum evectionis numerum, & perſonarum in eccleſiarum viſitationibus non excedant, quia ſicut audivimus, quidam ex prædictis perſonis id in eccleſiis veſtris nequaquam obſervant, ſuper hoc commoditati veſtræ duximus ſalubriter, & attentius providendum, ideoque diſ. v. præſentium auctoritate concedimus, ut ſi prænominatæ perſonæ numerum evectionis, & perſonarum in concilio conſtitutum, cum eccleſias viſitant, excedere forte præſumpſerint, & pro illis procurationem exegerint, liberum ſit vobis auctoritate Apoſtolica denegare, & ſi propter hoc in eccleſias veſtras (1), vel clericos veſtros aliquam ſententiam promulgaverint, ipſam auctoritate Apoſtolica decernimus (2) non tenere.

CAPUT IV.

*Cæleſtinus III. Faventin. Epiſcopo.*

c. 8. eod.

SIcut unire Epiſcopatus, atque poteſtati ſubiicere alienæ, ad ſupremum Pont. pertinere dignoſcitur, ita Epiſcoporum eſt ſuæ diœceſis eccleſiarum unio, & ſubjectio earumdem, cum ita [3], ſicut nobis innotuit, Prior Granden. monaſterium ſuum, quod eſt in tua diœceſi, & de tuo debet ordinari conſenſu, monaſterio de Cerat. (4) tuo aſſenſu minime requiſito, ſubjecerit, ſive unierit, f. t. per A. s. m. & indulgemus, ut quod fecit ſuper hoc te inconſulto, tibi liceat auctoritate noſtra, ſicut juſtum fuerit, infirmare, non obſtante aſſenſu, vel confirmatione, quam metropolitanus interpoſuiſſe proponitur, cum in diœceſi ſui ſuffraganei, abſque ſui Epiſcopi conſenſu, non debeat aliquid hujuſmodi contra conſtitutiones canonicas attemptare. Nos quoque id (5) decrevimus, prout dictum eſt, irritandum, ſtatuentes &c.

TITULUS XIV.

DE PRIVILEGIIS, ET EXCESSIBUS (6) PRIVILEGIATORUM.

CAPUT I.

*Alexander III. I. A. S. Legato.*

De privil. c. 8.

REcepimus litteras, quas de eccleſiis cenſualibus Epiſcopatus ven. f. n. Novacen. (7) Epiſcopi direxiſti, & ex eis (8) perpendimus, qualiter ad jura noſtra ſervanda (9) vigil exiſtas. Ceterum diligentiam tuam volumus non latere, quod ſicut non omnes [10], quæ ſpecialiter beati Petri juris exiſtunt, annuatim Ap. ſedi cenſum exſolvunt [11], ita nec (12) omnes noſtri cenſuales ab Epiſcoporum ſubjectione habentur immunes. Inſpicienda ſunt ergo privilegia ipſarum eccleſiarum, & ipſorum tenor diligentius eſt attendendus, ut ſi fuerit deprehenſum, quod eccleſia, quæ cenſum ſolvit, ſpecialiter beati Petri juris exiſtat, & ad judicium perceptæ libertatis cenſus annuus conferatur, non immerito poterit ſpeciali prærogativa gaudere; ſi vero ad indicium perceptæ protectionis cenſus perſolvitur, non ex hoc juri (13) diœceſani Epiſcopi ſubtractum aliquid videtur. Cum igitur conſtet presbyterum ſancti Petri præfato Epiſcopo obedientiam promiſiſſe in ordinatione ſua, ſicut in jure confeſſus aſſeruit, nolumus, quod eum, vel aliquos tuearis, quia ſicut juſtitias noſtras a fratribus noſtris, & coepiſcopis noſtris volumus reſervari, ita eorum jura nos convenit illibata cuſtodire.

CAPUT II.

*Cæleſtinus III. Ambulen. [14] Epiſcopo.*

c. 10. eod.

PAtentibus litteris noſtris certificari deſideras, utrum templariis, hoſpitalariis, & aliis oratoria habentibus in domibus ſuis, liceat campanas in eiſdem ponere, publiceque pulſare. Reſpondemus autem conſultationi tuæ, quam facis, & dicimus, quod non licet eis hoc facere (15), quin potius per te ap. re. coercendi ſunt cenſura eccleſiaſtica, ut ita ſint ſuo jure contenti, quod juſtitiam non impediant aliorum.

TITULUS XV.

DE PURGATIONE CANONICA.

CAPUT I.

*Clemens III. H. Abbati de Riſebi, & Abbati de Criſmeb.* [16]

Non ponitur.

VEniens ad nos R. canonicus regularis de Grimeſdi. (17) lacrimabili nobis conqueſtione monſtravit, quod cum inſtigante canonico ſuo R. de cil. (18) nomine, qui ſeminare ſolebat diſcordias, de crimine fuiſſet coram fratribus impetitus, non tamen (19) convictus, nec confeſſus ex habundanti coram priore, & canonicis ſuis de innocentia ſua manu propria purgationem obtulit, ſed quorumdam inſtinctu purgatio tertiæ manus fuit ei malitioſe indicta, cum non deberet purgationem hujuſmodi pro unius tantum (20) S. R. de ſcolt (21) voce (22) ſubire, ipſe tamen in con-



[1] Al. *eccleſiis veſtris.* (2) Al. *denuncietis.* (3) Al. *itaque.* (4) Al. *de Tarrato.* (5) Al. *idi.* [6] Al. *exceſſu.* (7) Al. *Novarien.* (8) Al. *earum tenore.* (9) Al. *tenenda.* [10] Al. *omnes eccleſiæ.* [11] Al. *exſolverunt.* (12) Al. *non.* (13) Al. *juris.* (14) Al. *Albuen.* (15) Al. *agere.* (16) Al. *Rilis, & Grimeſdi.* (17) *Grimesb.* (18) Al. *ſolis.* (19) Al. *nec.* (20) Al. *teſtimonio.* [21] Al. *clu.* (22) Al. deeſt, *voce.*

UNED

conſpectu ſui capituli promiſit, quod amotis illis c. quos de ratione ſuſpectos habebat, prioris ſui, & ſanioris partis capituli [1] judicio ſiſteret.

## TITULUS XVI.
## DE PURGATIONE VULGARI.
### CAPUT I.
*Cæleſtinus III.*

De purgat. vulg. c. 1. & cap. 2. de cleric. pug. hac collect.

CUra ſuſcepti regiminis nos inducit, ut fratrum noſtrorum debeamus reſpondere conſultationibus, & ab eis, quantum humana fragilitas permittit, dubitationis ſcrupulum amputare. Inde eſt, quod cum tua fraternitas duxerit ſe, Ap. conſulendam, utrum ſuper eccleſiarum præſentationibus duella debeant ſuſtineri, tua duximus ſollicitudini reſpondendum, quod in eo caſu, vel in aliis etiam hoc non debes (2) aliquatenus tolerare.

## TITULUS XVII.
## DE PŒNITENTIIS, ET REMISSIONIBUS.
### CAPUT I.
*Alexander III. Belvacen. Epiſcopo.*

De pœnit. c. 5.

QUod (3) quidam, ſicut aſſeris, ad confeſſionem de criminibus conveniunt, & quamvis confiteri velint, ſe tamen aſſerunt non poſſe abſtinere, conſultationi tuæ taliter reſpondemus, quod eorum confeſſionem accipere debes, & eis de criminibus conſilium exhibere, & licet non ſit vera pœnitentia, admittenda eſt confeſſio, & crebris, & ſalutaribus [4] monitis pœnitentia eſt indicenda.

### CAPUT II.
*Alexander III.* (5)

cap. 7. eod.

QUæſitum eſt a nobis, utrum ſacerdotibus Græcis, quibus legitimo matrimonio licet uti, pœnitentia publica ſit imponenda, ſi eam ſibi poſtulent pro filiis oppreſſis injungi. Huic igitur conſultationi taliter reſpondemus, quod ſi ipſis procurantibus, vel ſtudioſe negligentibus filii in lectis reperiuntur oppreſſi, ab officio altaris debeant perpetuo abſtinere, & eis gravior, quam laicis, non tamen publica, niſi id in publicum veniat, pœnitentia debet imponi, qui tamen non ſolum a ſacrorum ordinum (6) executione ceſſabunt, verum etiam ſi ſint [7] infra ipſos, ad eos minime aſſumantur, verum etiam ſi extra incuriam (8) mortui inveniantur in cunis, & illud fuerit occultum, pœnitentia eis pro arbitrio pœnitentiarii imponatur, & in terrorem aliorum ad tempus abſtineant a celebratione miſſarum.

### CAPUT III.
*Alexander III.* (9)

Non ponit. Poſt conc. Lat. p. 50. cap. 30.

DE muliere, quæ, ut nobis ſignificaſti, cupiens viri ſui ampliorem amorem ſibi acquirere, ſuſcepto corpore Chriſti, & in ore retento, cum viro oſculum porrexerat, & ipſum traicere (10), cum voluit, non potuit, ſed poſtea verſum eſt in carnem, cum tangeret juxta dentes molares [11], & caro ſuccrevit, & adhuc eſt in ore. Fraternitati tuæ non poſſumus ſanius dare conſilium, niſi quod eam inducas (12), & compellas, ut tanta per condignam (13) pœnitentiam, & bona opera ſatagat expiare delicta. Nempe credimus, quod ſi vere contrita [14] fuerit, & pœnitentiam egerit condignam, & tu pro ipſa ad Deum oraveris, corpus Domini traicere (15) poterit divina gratia ſuffragante.

## TITULUS XVIII.
## DE SENTENTIA EXCOMMUNICATIONIS, ET ABSOLUTIONIS.
### CAPUT I.
*Clemens III.*

De ſentent. exc. c. 13.

EA noſcitur &c. Quod utique (16) fraternitas tua diligenter attendens certificari humiliter poſtulavit, de eis [17], qui violentas manus in clericos aliqua temeritate iniiciunt, nec eis ſuppetunt facultates, ut ad ſedem Ap. valeant laborare, quomodo his ſcilicet poſſit ſalubriter provideri. Super quo taliter tibi duximus reſpondendum, ut mulieres, quas ſexus fragilitas non permittit ad ſedem venire Apoſtolicam, ſenes, & valitudinarii, ſeu alii membrorum deſtitutionibus impediti, licet ad Ap. ſ. non venerint, ab Epiſcopis valeant ſalutis remedium accipere (18), & ex eorum officio fidelium communioni reſtitui ſatisfacto juxta facultates iis, quibus per eos conſtiterit injurias irrogatas; alios autem ſive pauperes, ſive divites ſedi Ap. vel ejus legato, ut beneficium abſolutionis obtineant, neceſſe eſt præſentari. Si vero hujuſmodi infirmitatis tempore, timore mortis beneficium fuerit abſolutionis indultum, per (19) juramentum eis injungatur, ut poſtquam fuerint ſanitati reſtituti, ad Rom. eccleſiam, vel ejus legatum accedant, mandatum ſuper talibus recepturi.

### CAPUT II.
*Clemens III.*

Non ponitur.

INſpectis litteris, quas ad ſedem Apoſtolicam direxiſti [20], ex earum tenore perpendimus, quod cum G. Petri miles, dum ludendo ſe lancea propria perforavit, coram filio noſtro Abian. [21] Abbate fuiſſet cum humilitate confeſſus, quod ven. fratrem noſtrum Cyſtren. (22) Epiſcopum cum quibuſdam aliis carcerali cuſtodiæ mancipaſſet, & W. Bricet presbyterum eccleſiæ veſtræ, cum in hac temeritate fautoribus temerario auſu cepiſſet, variiſque tormentis afflictum compuliſſet ad redemptionem non modicam, & aſſeruiſſet cum ſuſpiriis, & dolore præter alia crimina, hæc eadem de aliis clericis ſe feciſſe. Quia ſe promiſit hæc omnia correcturum, & hæredibus ſuis diſtricte mandavit, ut ad veſtrum, & memorati Abbatis arbitrium de his omnibus ſatisfacerent competenter nobilibus viris de G. geñe. (23) & R. Bernardi de monte Petroſo ſuper his fidejuſſoribus conſtitutis, & præter-

(1) Al. *c.* (2) Al. *habes.* (3) Al. deeſt, *Quod.* (4) Al. *ſalubribus.* (5) Al. *Clemens III.* (6) *Sacri ordinis.* (7) *Sunt.* [8] *Ex incuria.* [9] Al. *Idem.* (10) Al. *trahere.* (11) Al. *majores.* (12) Al. *moneas.* (13) *Dignam.* [14] *Confeſſa.* (15) Al. *trahere.* (16) Al. *igitur.* (17) *De his.* (18) Al. *recipere.* (19) Al. deeſt, *per.* (20) Al. *direxiſtis.* (21) Al. *Abien.* [22] Al. *Ciſtarien.* (23) Al. *Gorgene.*

UNED

terea matre ipſius R. de Armanicifte [1] ſe ſatisfacturos de illis exceſſibus per interpoſitum jusjurandum firmiter promittentibus, prædictus Abbas audita confeſſione illius, & promiſſionibus aliorum, ad pœnitentiam ipſum admiſit, & ei dato habitu monachali (eum) ſacramentis eccleſiaſticis apud idem cœnobium poſt deceſſum ejus Chriſtianæ eum (2) tradidit ſepulturæ. Verum cum per eaſdem litteras a nobis duxiſti ſollicite requirendum, quid ſit faciendum de Abbate, qui eum apud monaſterium ſuum ſepulturæ tradidit, juramento recepto ſuper ſatisfactionibus pro ipſo præſtandis, & utrum pro eodem milite, & aliis, qui in canonem latæ ſententiæ inciderunt (3) & morte præventi, licet pœnitentiam, ut miles præſcriptus, acceperunt [4], & de ſatisfactione mandaverunt (5), abſolutione tamen a ſ. Ap. nullatenus impetrata, oblationes ſint, & eleemoſynæ admittendæ, & ſollemniter pro ipſis, ſicut pro aliis Chriſti fidelibus ſit orandum. Præſenti itaque pagina vobis reſpondemus, quod cum tam præſcriptus Abbas, quam fidejuſſores, & heredes mortui, & alii etiam, qui de ſatisfaciendo (6) pro ipſo ſe, ut diximus, obligarunt, ut de rebus ablatis ab illo, & injuriis, & damnis illatis ſatisfaciant competenter, ſunt diſtricte cogendi, & volumus, & mandamus, ut vos eos auctoritate noſtra per cenſ. ec. (7) ſine appellationis ob. compellatis, cujus utique oblationes, & eleemoſynæ, ex quo ad Deum eſt corde contrito, & humiliato reverſus, & recognito ex vera confeſſione reatu pœnitentiam injunctam accepit, licite a clero, & populo juxta morem eccleſiaſticum poſſunt admitti, &c. Hæc eadem de aliis in conſimili caſu deprehenſis ſentimus, quamvis enim pro eo, quod cum potuerunt, pro (8) abſolutione ſedem neglexerint Apoſtolicam viſitare, gravius multum exceſſerunt (9); ſi tamen mortis articulus intervenerit, pœnitentia non eſt eis deneganda, vel alia ſacramenta eccleſiaſtica, dummodo fuerint veraci contritione confeſſi, & paſſis injuriam juxta propriam ſatisfecerint [10] voluntatem, vel præſtiterint cautionem de his, ſuper quibus, dum ageretur in rebus humanis impediente mortis occaſu, eos ſatisfacere non contigerit: hæc tamen in confeſſione talium maturitas eſt conſervanda (11), ut eis ſollicite injungatur, quod ſi eis ſoſpitas, vel corporis (12) valitudo fuerit reſtituta, ſedem Apoſtolicam viſitabunt.

## CAPUT III.

*Clemens III.*

c. 14. eod. CUM non ab homine, & infra. A nobis itaque fuit ex parte tua quæſitum, an (13) tenearis a communione illius abſtinere, qui pro temeraria manuum injectione in ſententiam incidit, ante quam excommunicatus publice nuntietur, & an incidant in canone latæ ſententiæ interfectores clericorum, aut presbyterorum illorum, qui abjecto ſuſcepti ordinis miniſterio, in publicis bellis, vel etiam præter bella ſe homicidiis polluere non verentur, cum in comeſſationibus & ebrietatibus, atque rapinis, & aliis enormitatibus æque ſunt, ut laici, vel deterius debacchantes. In ſecunda igitur conſultatione taliter reſpondemus, quod a communione ejus, qui pro ſacrilega manuum injectione in clericum interdictum excommunicationis incidit, licet denuntiatus non ſit, ab hoc debeas abſtinere, niſi forte id tibi ſoli pateret, in quo caſu ipſum private (14) tantummodo evitabis, quamdiu ab eccleſia toleratur, ut ſaltem verecundiæ rubore ſuffuſus, pro latenti exceſſu taliter ſatisfacere compellatur. In articulo vero quæſtionis tertiæ tale præbemus reſponſum, ut occiſores clericorum, vel (15) presbyterorum, qui, ut dictum eſt, contempto clericali habitu tyrannidi, & enormitati ſe inverecunde commiſcent, in odium clericalis exceſſus, & in terrorem, atque correctionem (16) ſimilium canonice (17) latæ ſententiæ laici minime coerceantur (18), injungatur tamen eis pœnitentia competens aliquantulum aſperior, quam ſi omnino in laicos talia commiſiſſent. Præterea, quia nemo deſperandus eſt, dum fuerit in mortali corpore conſtitutus, cum id, quod differtur, aliquando conſilio poſtmodum maturiore perficiatur. Ad ultimum quoque quod (19) conſuluiſti nos, ſi de jure communi tibi liceat, ac (20) ſuffraganeis tuis, illos, qui pro temeraria manuum injectione excommunicationis ſententia percelluntur, abſolvere. Huic (21) manifeſtius reſpondemus, quod obſervata exceptione quorundam, quæ in decretalibus Alexandri III. continetur, hoc nemini liceat, niſi Ap. ſe. gaudeat privilegio ſpeciali: verumtamen volentes illis, qui in tam remotis partibus tuæ provinciæ commorantur, diſpenſatione providere paterna, f. t. pr. litteris indulgemus, ut illos, qui taliter excommunicati ſunt ipſo jure, ſi corporum impotentia, aut paupertas eos impediat, aut aliqua inevitabilis, & (22) manifeſta neceſſitas, dummodo ſatisfaciant iis, quos offenderint, & aliquam agant pœnitentiam, ad correctionem ſui, ceterorumque terrorem a ſententia excommunicationis auctoritate Ap. fretus abſolvas. Si tamen ex perſecutione (23) hujuſmodi læſio corporalis enormis, aut mors non fuerit ſubſecuta, nimirum in his omnibus, ſi quis ſanctorum patrum ſtatuta diligenter perſcrutetur, nihil novum nos reſpondiſſe reperiet, ſed quod antiquum eſt, quaſi quadam manu ſollicitudinis innovaſſe.

## CAPUT IV.

*Clemens III.*

CUM deſideres, quid tua fraternitas obſervare debeat ſuper iis, quæ dubietatem continent, Apoſtolicæ ſedis reſcripto plenius edoceri, nos c. 15. eod.



(1) *Armatririſte.* (2) Al. *ipſum.* (3) Al. *incurrerunt.* (4) *Acceperint.* [5] *Mandaverint.* (6) Al. *ſatisfactionem.* (7) Al. *canonicam.* [8] Al. *de.* [9] *Exceſſerint.* (10) Al. *ſatisfecerunt.* (11) *Servanda.* (12) *Corporalis.* (13) Al. *iterum.* [14] Al. *privatim.* (15) Al. *aut.* (16) Al. *correptionem.* [17] Al. *canone.* (18) Al. *coartantur*, al. *coercentur.* [19] Al. deeſt, *quod.* (20) Al. *aut.* (21) Al. *huic quæſtioni.* [22] Al. *aut.* [23] Al. *percuſſione.*

nos qui licet immeriti ex (1) accepto adminiſtrationis officio conſultationibus reſpondere cogimur ſingulorum, &c. & infra. Fuit autem primæ quæſtionis tenor hujuſmodi, utrum alicui excommunicato, qui mandato eccleſiæ ſtare juravit, & ante abſolutionem Epiſcopus ei communionem reddidit, ſit communicandum ab aliis,& an Epiſcopus id facere debeat. Cui ſiquidem (2) quæſtioni taliter duximus reſpondendum, quod cum cautio juratoria, quam hodie, qui excommunicati ſunt, præſtant, potius ad cautelam ex (3) conſuetudine eccleſiæ, quam ex rigore canonum ſit inducta, neque [4] momenti tam validi reputetur, ut niſi abſolutionis beneficium ſubſequatur ille, qui excommunicatur, debeat communioni aliorum reſtitui, præſertim cum ex eo juramento abſolutionem conſecutus non ſit, & conſtat (5) eum excommunicatum fuiſſe, & verum ſit abſolutum non eſſe, non poteſt Epiſcopus, nec debet ei communionem dare, neque alii eidem communicare, niſi fuerit ſecundum formam eccleſiaſticam poſt juramentum præſtitum abſolutus,quia ſecundum Apoſtolorum canones, & Fabiani ſtatuta Pontificis, qui cum excommunicato ſcienter communicaverit, eſt communione privandus, immo juxta Iſidori ſtatuta cum eo excommunicationis contrahit pœnam. Secundæ quæſtioni ſtatuta canonum, & præcipue piæ memoriæ Alexandri III. prædeceſſoris noſtri ſequentes, hunc finem duximus imponendum, quod ſi publica fama eſt, aliquem verberaſſe clericum, neque Epiſcopus, neque alii ei communicare debent, niſi ad arbitrium Epiſcopi de hoc ſe purgaverit, vel ad majorem cautelam beneficium abſolutionis acceperit. Tertio loco tua diſcretio requiſivit, ſi clericus verberatus ab aliquo querimoniam apud ſuum Epiſcopum depoſuerit (6), & teſtes producere paratus fuerit, ſed (7) Epiſcopo mediante, & communicante ei, qui clericum verberavit, amicabiliter cum eo compoſuerit (8), & reconciliatus ei fuerit, an ei communicandum ſit ab aliis. Super quo taliter reſpondemus, quod licet ille, qui violentas manus injecerit (9) ei, quem (10) læſit, ſatisfeciſſe videatur, eccleſiæ tamen, quam offendit ex hoc, non ſatisfeciſſe dinoſcitur, niſi forma eccleſiaſtica, quæ pro abſolutione talium, ut ſupradictum eſt, introducta eſt, obſervetur, non eſt ei communicandum. Ultimæ præterea quæſtionis omnes perplexiones reſolvimus, quod non (11) in pari ſtilo criminis conquadratur, qui clericum captivum retinet, licet violentas manus in ipſum non injecerit, ut is, qui violentas manus injecerit, eſt evitandus (12), neque eſt communioni fraternæ reducendus, niſi juxta formam eccleſiæ fuerit, ut ſupradictum eſt, abſolutus.

## CAPUT V.

*Clemens III.*

c. 16. eod. VEniens ad Ap. ſe. L. [13] lator præſentium ſua nobis aſſertione propoſita monſtravit, quod cum matutina officia celebraret, quædam monialis eccleſiam ipſam ingrediens, cum alio clerico ludendo impedimentum præſtabat, quominus poſſet Deo divinum officiũ (14) exhibere, unde memoratus ſacerdos commotus, ut liberius poſſet circa divinorum celebrationem vacare, manibus in eam appoſitis, ut extra eccleſiam apponeret (15), cum nollet exire, vi [16] trahendo ipſam coegit tandem (17) intra eccleſiam reſidere;ſed tu (18) illum propter hoc tamquam excommunicatum vitaſti, & facis (19) ab aliis evitari. Ideoque tibi per Ap. s. m. quatenus ſi res ita ſe habet, eum de cetero non evites, cum ex hoc ipſum excommunicatum nullatenus judicamus (20) detineri.

## CAPUT VI.

*Clemens III.*

PErvenit ad nos &c. Illos autem qui ægritudine (21) præpediti pro abſolutionis beneficio ad ſe. Ap. nequeunt laborare, recepto ab eis, ſicut moris eſt, juramento, potes abſolvere, ita quod ſanitati priſtinæ reſtituti Apoſtolico ſe conſpectui repræſentent; ſexui vero femineo, ac pueris, & ſenibus ſatis ſuper hoc te credimus poſſe libere diſpenſare. De iis etiam, qui clericis non enormem, ſed modicam, vel levem injuriam irrogarunt, tuæ fraternitatis arbitrio duximus committendum. c. 17. eod.

## CAPUT VII.

*Clemens III.*

SIgnificavit nobis &c. & infra. Verum clericos qui ſcienter, & ſponte participaverunt excommunicatis a nobis, & ipſos in officiis receperunt, eadem ſententia cum ipſis non dubitamus involvi, quos etiam pro beneficio ſuæ abſolutionis habendo, ad nos volumus cum inſinuatione litterarum tuarum tranſmitti. cap. 18. e.

## CAPUT VIII.

*Clemens III.*

TUA nos duxit fraternitas conſulendos, an ii ſoli ſint ad ſe. Ap. deſtinandi, qui in latæ ſententiæ canonem incidentes, manus in clericos iniiciunt violentas,& utrum poſſint ab eadem ſententia, niſi per Rom. Pontificem liberari. Unde fraternitati tuæ breviter reſpondemus, quod non ſolũ ii, qui in clericos temerarias manus iniiciunt, ſed etiam incendiarii, ex quo ſunt per eccleſiaſticam ſententiam publicati, pro abſolutionis beneficio ad ſe. ſunt Ap. deſtinandi, & non niſi per Romanum Pontificem abſolvendi. Illi vero, qui eccleſiaſtica beneficia de manibus accipere præſumunt laicorum, non conſueverunt pro tali exceſſu ad ſedem Apoſtolicam laborare. c. 19. eod.

## CAPUT IX.

*Clemens III.*

AD eminentiam ſedis Apoſtolicæ eſt recurrendum, quotiens articulus dubitationis emergit, ut tanto quis promptiori conſcientia recipiat, cap. 20. e.

(1) *Pro.* (2) Al. *ſcilicet.* (3) Al. *de.* (4) Al. *ne.* (5) Al. *conſtet.* (6) Al. *depoſuit.* (7) Al. deeſt, *ſed.* (8) Al. *compoſuit.* [9] Al. *injecit.* (10) Al. *qui*, al. *cui.* (11) Al. *quæ non.* (12) Al. *vitandus.* (13) Al. *I.* (14) Al. *obſequium.* [15] *Poneret.* (16) Al. *in.* (17) Al. *eandem.* (18) Al. *cum.* (19) Al. *feciſti.* (20) Al. *videamus.* (21) Al. *valitudine.*

cipiat, & obſervet, quod ſuper re dubia ſibi fuerit a ſe. Apoſtolica reſponſum, quanto prærogativa dignitatis illius certiori noſcitur ipſius ſententia veritatis roborata (1), quæ in beato Petro Apoſtolorum principe præ omnibus aliis amplitudinem prælationis accepit, ſicut autem ex parte fraternitatis tuæ noſtris eſt auribus intimatum, dubium tibi exiſtit (2), utrum ii ſint pro abſolutionis habendi beneficio [3], qui, cum pro injectione manum in clericos, vel alias religioſas perſonas excommunicationem incurrerint (4), a legatis Cardinalibus, qui a latere Rom. Pont. deſtinantur pro tempore, fuerint abſoluti, cum idem legati mandatum ſibi ſuper hoc non oſtendant expreſſum. Super quo id a te, ac tuis ſuffraganeis volumus obſervari, ut eos habeatis abſque omni hæſitationis ſcrupulo abſolutos, quos conſtiterit a talibus beneficium fuiſſe abſolutionis adeptos.

## CAPUT X.

*Clemens III.*

cap. 21. e. A Nobis fuit ex parte tua quæſitum, utrum ſi quis ita pronuntiaverit, *quiſquis furtum fecerit, excommunicatus ſit*, hæc generalis (5) clauſula ad ipſius excommunicatoris ſubditos referatur, an generaliter extendatur ad omnes, qui non ſunt de juriſdictione illius. Ad quod utique dicimus, quod hac ſententia non niſi ſubditi obligantur, niſi forte poſtea contulerit major, & largior auctoritas delegantis.

## CAPUT XI.

*Cæleſtinus III. (6)*

c. 22. eod. COnqueſti ſunt nobis dil. fi. Regin. canonici quod I. de Malafrena, & I. [7] filius Cavalca (8), & eorum ſequaces, eccleſiam de Miliaton. [9] & alias quaſdam eccleſias Regin. Epiſcopatus violenter fregerunt, eaſque ſpoliare minime dubitaverunt, & quoſdam homines Reginen. eccleſiæ deprædari nullatenus dubitaverunt. Quoniam igitur hæc gravia ſunt, nec clauſis debent oculis pertranſiri, mandamus, quat. ſi ita eſt, memoratos ſacrilegos publice accenſis candelis ap. ces. excommunicatos denuntietis, & faciatis, ſicut excommunicatos, artius evitari, donec paſſis injuriam congrue ſatisfaciant, & illata damna data reſarciant, & cum litteris veſtris rei veritatem continentibus, ſe ſedis Apoſtolicæ conſpectui repræſentent.

## CAPUT XII.

*Cæleſtinus III.*

c. 23. eod. PErpendimus ex litteri tuis, quod quidam ſacerdos tuæ diœceſis, pro eo quod ſe filium Regis nominare præſumpſit, & armis acceptis ſeditionem fecit, & guerram, a dilecto filio H. comite per vicos juſſus eſt fuſtigari, qui poſtea ejus mandato traditus patibulo expiravit. Quia igitur [10] tam ipſum comitem, quam alios hujus facti participes velle ſuper hoc ſatisfacere intimaſti, præſenti pagina duximus reſpondendum, quod ſi memoratus ſacerdos tali modo exceſſit, & arma ferens, non propulſando injuriam, ſed eam inferendo fuit occiſus, non videtur nobis, quod interfectores ejuſdem propter hoc ad obtinendam abſolutionem Ap. ſe. adire cogantur; tu vero, qui merita perſonarum bene noſti, eis pœnitentiam competentem injungas.

## CAPUT XIII.

*Cæleſtinus III.*

UNiverſitatis veſtræ conſultationem accepimus, qua a nobis requiritis [11], utrum ille laicus inciderit in excōmunicationis [12] edictum, qui ad juſſionem Abbatis, in cujus ſervitio commoratur, in clericum, aut monachum, aut converſum manus temerarias præſumit inicere maxime ubi cauſa non ſubeſt, propter quam debent verberari: nobis autem videtur, quod niſi cauſa regularis diſciplinæ hoc faciat Abbas in propria perſona, vel ubi eum (13) neceſſitas urget, per clericum, aut [14] monachum fieri jubeat, tam qui tales verberare præcipit, quam illi, qui verberant, etiam ſi cauſa ſubeſſet, excommunicationis (15) ſententiam, donec ad ſe. Ap. veniant nequaquam evadant. c. 24. eod.

## CAPUT XIV.

*Cæleſtinus III.*

IN audientia noſtra talis fuit ex parte tua conſultatio propoſita, utrum clerici, qui arma militaria, etiam relicto habitu clericali geſtare nullatenus erubeſcunt, ſi ei (16) fuerit injuria corporalis illata, vel ſe a captione redemerint, illa clericorum debeant (17) immunitate gaudere, qua pro temeraria manuum injectione facta in clericum excommunicatus quis ipſo jure notatur. Ad hoc tibi breviter reſpondemus, quod cum fruſtra eccleſiæ invocat (18) auxilium, qui committit in ipſam, & lex ſæcularium principum huic reſponſo ſatis efficax offerat argumentum, qua (19) manifeſte cautum habetur, matronam, cujus pudicitia attemptata fuerit, non poſſe injuriarum agere, ſi fuerit in veſte meretricali deprehenſa, hujuſmodi clerici ſi (fuerint) a prælatis ſuis tertio commoniti, noluerint arma militaria deponere, de privilegio aliorum (20) clericorum ſubſidium aliquod habere non debent. c. 25. eod.

## CAPUT XV.

*Cæleſtinus III.*

QUod de his etiam, de quibus non dubitas, & quid de his ipſis ſervari debeat, plurimum agnoviſti, Ap. ſe. reſponſa requiris, tanto fraternitatem tuam magis in domino commendamus, quanto in iis, quæ ſacrorum canonum inſtitutionibus ſunt expreſſa, noſtra auctoritate procedere deſideras, & diſponis. Sane requiſivit a nobis tua fraternitas, utrum, qui ſe confitetur in latæ ſententiæ canonem incidiſſe, nec ad hoc poteſt induci, ut ad ſe. Ap. veniat abſolvendus, ab Epiſcopo vel etiam ſimplici presbytero abſolutionis poſſit, vel debeat beneficium promereri, & utrum presby- c. 26. eod.

[1] Al. *comprobata*. (2) Al. *extat*. (3) Al. *abſolutis habendi*. (4) Al. *incurrerunt*. (5) Al. *generaliter*. (6) Al. *Clemens III.* (7) Al. *W.* (8) Al. *Cavalea*. (9) Al. *Juliaco*. (10) Al. *ergo*. (11) Al. *requiſiſtis*. (12) Al. *excois*. (13) Al. *ſi*. (14) Al. *vel*. [15] Al. *excois*. (16) Al. *eis*. [17] Al. *debent*. (18) Al. *implorat*. (19) Al. *puia*. (20) Al. *illorum*.

UNED

byteris bigamis, & viduarum maritis eorum uxoribus viam univerſæ carnis ingreſſis, miſſarum liceat ſollemnia celebrare. Verum licet, quid de his obſervari debeat, ſacris canonibus ſit diffinitum, hoc tamen tuæ fraternitati ad præſens duximus reſpondendum, quod is, qui ſe aſſerit in canonem latæ ſententiæ incidiſſe, non niſi per ſe. Ap. abſolutionis poteſt beneficium promereri, niſi forte in mortis ſit articulo conſtitutus, vel paupertate, vel infirmitate, vel ſenectute tanta gravetur, quod ad eccleſiam Rom. laborem ſubire non valeat veniendi, vel ab hoc (1) alio impedimento canonico retrahatur. Ceterum ab his in forma ſacramenti exigi conſuevit, ut reſumptis viribus, & opportunitate conceſſa Rom. eccleſiam in perſona propria debeant viſitare.

## TITULUS XIX.
## DE BAPTISMO PUERORUM (2).
### CAPUT I.
*Alexander III.*

De baptiſ. c. 1. SI quis ſane puerum in aqua ter immerſerit: *In nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, amen* [3], & non dicit 4): *Ego baptizo te in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, amen* 5 non eſt puer baptizatus.

### CAPUT II.
*Alexander III.*

cap. 2. eod. DE quibus dubium eſt, an baptizati fuerint, baptizentur his verbis præmiſſis, *non te rebaptizo, ſed ſi nondum baptizatus es, ego baptizo te* &c.

## TITULUS XX.
## DE CONSECRATIONE ECCLESIÆ, VEL ALTARIS.
### CAPUT I.
*Alexander III. pars c. Deſinunt* (6).

De conſec. eccl. c. 1. AD hæc ſi altare motum fuerit, aut lapis ille ſolummodo ſuppoſitus, qui ſigillum continet, contractus, aut enormiter deminutus extiterit, debet denuo conſecrari; eccleſia vero propter hoc nequaquam ſuam conſuevit 7) conſecrationem reiterare, licet id quidam canones innuere videantur, non tamen id facere prohibetur.

## TITULUS XXI.
## DE VENERATIONE SANCTORUM.
### CAPUT I.
*Alexander III.*

De re. & ven. ſanct. c. 1. AUdivimus, quod quidam inter vos ſint (8), qui diabolica fraude decepti, hominem quendam in potatione, & ebrietate occiſum, quaſi ſanctum more infidelium venerantur, cum vix pro talibus in ebrietatibus peremptis orare permittat [9] eccleſia; dicit enim Apoſtolus, *quod ebrioſi homines regnum Dei non poſſidebunt*: hominem ergo illum de cetero colere non præſumatis, cum etiam ſi per eum miracula plurima fierent, non liceret vobis pro ſancto abſque auctoritate Rom. eccl. eum publice venerari.

## TITULUS XXII.
## DE SUFFRAGANEIS (10).
### CAPUT I.
*Ex concilio Agathenſi.*

PResbyter mane matutinali officio expleto penſum ſervitutis ſuæ canendo, primam, tertiam, ſextam, nonam, veſperamque perſolvat, ita tamen, ut horis competentibus, & ſignatis, juxta poſſibilitatem aut a ſe, aut a ſcholaribus publice compleantur; deinde peractis horis, infirmis viſitatis, ſi voluerit, ad opus rurale exeat jejunus, ut iterum neceſſitatibus peregrinorum, & hoſpitum, ſive diverſorum commeantium, infirmorum quoque atque defunctorum ſuccurrere poſſit, uſque ad ſtatutam horam pro qualitate temporis, & opportunitate. Ex dictis beati Benedicti Propheta dicente, *ſepties in die laudem dixi tibi*, qui ſeptenarius numerus a nobis ſic impletur, ſi matutini, primæ, tertiæ, ſextæ, nonæ, veſperæ, completorii tempore, noſtræ ſervitutis officia perſolvamus, quia ſicut propheta ait (11), *ſepties in die*, &c. nam de nocturnis vigiliis idem ipſe propheta ait, *media autem* (12 *nocte ſurgebam ad confitendum tibi*, &c. ergo his temporibus referamus laudes creatori noſtro ſuper judicia juſtitiæ ſuæ. De celebr. miſſ. c. 1.

### CAPUT II.
*Alexander III. Ex concilio Triburien.* (13)

QUidam etiam laicorum habent in conſuetune, ut per ſingulos dies audiant evangelium *In principio erat verbum*, & miſſas peculiares, hoc eſt de ſancta Trinitate, & de ſancto Michaele, & ideo ſancitum eſt in eodem concilio, ut hæc (14) ulterius non faciant, niſi ſuo tempore, & niſi aliquis velit audire propter reverentiam ſanctæ Trinitatis, non pro alia devotione, ſed ſi voluerint, ut ſibi miſſæ cantentur de eodem die, audiant miſſas pro ſalute vivorum, vel defunctorum. c. 2. eod.

## TITULUS XXIII.
## DE VERBORUM SIGNIFICATIONE.
### CAPUT I.
*Cæleſtinus III.*

IN iis, quæ in ſe ambiguitatem continent, ad ſe. Ap. ex debito recurſus habetur, ad quam revera, tamquam matrem 15), & caput omnium eccleſiarum majores, & difficiliores quæſtiones ab antiquis patribus conſtitutum eſt, & moribus utentium recte approbatum, uſquequaque conferri (16), debere. Innotuit ſiquidem Apoſtolatui noſtro, quod cum de controverſia, quæ inter magiſtrum Math. 17) & converſos hoſpitalis ſancti Simpliciani ſuper eodem hoſpitali haberetur, in præſentia v. fratris noſtri O. Archiepiſcopi Mediolanen. concertatio verteretur, ipſe Archiepiſcopus poſt cognitionem cauſæ in prolatione ſententiæ his verbis non fuit uſus, ut ſecundum De verbor. ſign. c. 15.

(1) Al. *ob hoc ab.* (2) Al. *De puero baptizato.* (3) Al. deeſt, *amen.* (4) Al. *dixerit.* (5) Al. deeſt, *amen.* (6 Al. *dum fuerit.* (7) *Debet.* [8] Al. *ſunt.* (9) *Permittit.* (10) Al. *De ſuffragiis*, forte. [11] Al. *dixit.* 12) Al. deeſt, *autem.* (13) Al. *Triburium.* (14) Al. *hoc.* (15) *Matricem.* [16] Al. *referri.* [17] Al. *Mech.*

UNED

dum jus civile diceret *talem partem condemno, & talem abſolvo*, ſed pronuntiavit ita, *ſtatuo, ac præcipio, ne de cetero, & reliqua, & infra*, ut expreſſim continetur in inſtrumento. Quoniam igitur (1) ſicut ex relatione dilectorum filiorum noſtrorum Cinthii tit. ſancti Laurentii in Lucina, & Joannis ſanctæ Priſcæ presbyterorum Cardinalium didicimus, quos ad hoc conceſſimus auditores, ſuper hoc (2) fuit in (3) prolatione ſententiæ dubitatum. Nos (4) attendentes, quod hoc verbum *ſtatuo*, ſecundum legem rem perfectam ſignificat, & cum effectu non verbotenus accipitur. Item ſecundum Gregorium, quod præcipitur, imperatur, & quod imperatur, neceſſe eſt fieri, & aliquando ſi non fiat, pœnam habet: conſiderantes nihilominus, quod juxta eundem Gregorium, non debet aliquis verba conſiderare, ſed voluntatem, & intentionem, quia intentio non debet verbis deſervire, ſed verba intentioni. Interpretamur in præſenti articulo & de fratrum noſtrorum conſilio, procuratoribus utriuſque partis præſentibus definimus, quod præfati Archiepiſcopi verba tali forma prolata perpetuo valituræ ſententiæ obtineant firmitatem. Nos itaque ſententiam ipſam, licet appellationis obſtaculo huc uſque fuerit impedita, præſenti pagina ſe. Ap. confirmamus, & hujus ſcripti patrocinio communimus, ſtatuentes, & auctoritate Ap. præcipientes, ut ipſius hoſpitalis præfati fratres Abbati, ejuſque ſucceſſoribus obediant in perpetuum, tamquam prælatis illis (5), & dominis, ſicut ipſe Archiepiſcopus præcepit.

COL-

(1) Al. *ergo*. (2) Al. *hac*. (3) Al. deeſt, *in*. (4) Al. *quod*. (5) Al. *ſuis*.

# COLLECTIO TERTIA DECRETALIUM.

## LIBER PRIMUS.

*Innocentius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, univerſis magiſtris, & ſcolaribus Bononiæ commorantibus ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.*

Non ponitur.

DEvotioni veſtræ inſinuatione præſentium innoteſcat, Decretales epiſtolas a dilecto filio magiſtro P. ſubdiacono, & notario noſtro compilatas fideliter, & ſub competentibus titulis collocatas, in noſtris uſque ad XII. annum contineri regiſtris, quas ad cautelam vobis ſub bulla noſtra duximus tranſmittendas, ut eiſdem abſque quolibet dubitationis ſcrupulo uti poſſitis, cum opus fuerit, tam in judiciis, quam in ſcholis.

### TITULUS I.
### DE CONSTITUTIONIBUS.
### CAPUT I.

*Idem Senon. Archiepiſcopo, & Epiſcopo Treceenſi.*

De conſtit. cap. 6.

CUM omnes unum corpus ſimus in Chriſto, ſinguli autem alter alterius membra non debent majores minoribus, aut ſeniores junioribus invidere, ſed omnes, qui in una eccleſia uni domino famulantur, pari gaudeant libertate, cum pondus & pondus, menſura & menſura utrumque abominabile ſit apud Deum, & evangelicus paterfamilias pari mercede primos vineæ ſuæ operarios remuneraverit, & extremos. Verum ad audientiam Apoſtolatus noſtri pervenit, quod dilecti filii Trecen. canonici propriis inhiantes commodis, & aliorum profectibus invidentes, novum fecerunt in Trecen. eccleſia conſtitutum, ut eis tam in præſentia ſua, quam abſentia redditus ſuos ex integro percepturis, qui in eadem eccleſia poſt illam conſtitutionem fuerunt, vel de cetero fuerint inſtituti, redditus ex ea in abſentia non percipiant, ſed tunc ſolum cum in ea fuerint reſidentes: cum ſecundum Trecen. eccleſiæ conſuetudinem, omnes in hoc conſueverunt eſſe pares, ſtatuerunt etiam, ut cum ſingulis præbendis adnexæ ſint vineæ, ipſis ſuas, dum vixerint, poſſidentibus, vineæ decedentium ad ſucceſſores non tranſeant, ſed proventus eorum inter ſingulos dividantur. Cum igitur, quod quiſque juris in alterum ſtatuit, ipſe debeat uti eodem, & ſapientis dicat auctoritas: patere legem, quam tu ipſe tuleris: f. v. per A. s. m. qua. antiquos canonicos junioribus & juniores in perceptione fructuum tam præbendarum, quam vinearum coæquetis antiquis ſecundum priorem conſuetudinem uſque ad tempus prædictæ inſtitutionis ſervatam, vel ſecundum rationabilem inſtitutionem deinceps obſervandam, illos per diſtrictionem eccleſiaſticam percellentes, ſi qui duxerint * renitendum.

* retinendum.

### CAPUT II.

*Idem Epiſcopo Ceten. (1)*

c. 2. eod.

QUÆ in eccleſiarum, & eccleſiaſticorum virorum præjudicium attemptantur, firmitatem ſortiri non debent, ſed ad eccleſiarum indemnitatem debent potius infirmari. Sane pervenit ad audientiam noſtram, quod Teruſionen. [2] & Conneglanen. conſtituendi legem ſibi, & utinam ſibi tantum, juriſdictionem temere uſurpantes, impietatem palliant ſub nomine pietatis, & dum quibuſdam ex alieno gratiam exhibere volentes, eccleſiis ſunt, & viris eccleſiaſticis oneroſi. Conſtituerunt ſiquidem, ſicut accepimus, quod ſi quis ſe ad inopiam vergere probabiliter allegaverit, alienandi feudum, quod ab eccleſia, vel aliis tenent, per officiales ad hoc a Terviſinen. civibus, & Conglan. deputatos liberam habeant facultatem, nec emptor priori teneatur domino reſpondere, niſi tantummodo in ſexta parte pretii, quam ipſe, ſi recipere voluerint, exhibebit, ex quo eccleſiaſtica non modicum jura læduntur. Volentes igitur eccleſiarum indemnitati conſulere, & hujuſmodi gravaminibus providere, conſtitutionem hujuſmodi, & venditiones feudorum eccleſiaſticorum factas ſine legitimo eccleſiaſticarum perſonarum aſſenſu, occaſione conſtitutionis, immo verius deſtitutionis, vel deſtructionis iſtius præſentium auctoritate caſſamus, & vires decernimus non habere.

### CAPUT III.

*Idem Amelienſi Epiſcopo.*

SIcut noſtris eſt auribus intimatum, dudum eccleſia Tundentina [3] vacante ipſius canonici & ven. quoque frater noſter Epiſcopus Tundentinus (4) cum eis, dum in minori eſſet officio conſtitutus, juramenta quædam in damnum Epiſcopalis juris fecerunt, priuſquam de Pont. electione tractatus aliquis haberetur, quæ utrum ſervari debeant, cum ex eis præſertim contingeret Epiſcopales redditus minorari, tamquam vir providus, & diſcretus, olim nos duxit idem Epiſcopus conſulendos. Nos igitur ſaluti ejus paterna volentes ſollicitudine providere, ipſi pro juratione incauta imponi (ei) fecimus pœnitentiam congruentem, & nihilominus attendentes, quod juramentum non, ut eſſet iniquitatis vinculum, fuerit inſtitutum, & quod non juramenta, ſed perjuria potius ſunt dicenda, quæ contra utilitatem eccleſiaſticam attemptantur, f. t. per A. s. m. quatenus perſonaliter ad eccleſiam Tudentinam (5) accedens, ab ipſis canonicis inquiras ſuper præmiſ-

De jure jur. c. 27.

(1) *Ceneten.* in reg. (2) *Terviſini*, in reg. [3] *Tuderlina*, Greg. IX. (4) *Tudertinus*, malo. (5) *Tudertinam*, ſcribo.

miſſis diligentius veritatem, & ſi ea, quæ dicta ſunt ſuperius, inveneris eſſe vera, quod in damnum Epiſcopalis juris repereris taliter attemptatum, noſtra ſuffultus auctoritate in ſtatum debitum ap. re. reducas, faciens, quod decreveris, per cenſuram eccleſiaſticam firmiter obſervari.

CAPUT IV.

*Idem.*

De conſtit. c. 8. CUM acceſſiſſent ad Apoſtolicam ſedem dil. S. Archid. Tull. & G. Tull. capituli procurator venerabilem fratrem n. Hoſtien. Epiſcopum eiſdem conceſſimus auditorem, in cujus præſentia Archidiaconus propoſuit memoratus, quod cum olim dil. fil. magi. Gl. ſubd. M.H. & F. Tullen. canonici noſtris auribus intimaſſent, quod* primitiatus in Tullen. eccleſia tanto tempore vacaviſſet, ut ad manus noſtras illius perſonatus eſſet donatio devoluta, dilectis filiis Altæ Silvæ, & Belliparti Abbatibus, & Columbæ monaſterii Decano dedimus in mandatis, ut ſuper hoc inquirerent veritatem, & ſi perſonatus ille tanto tempore vacaſſe conſtaret, quod juxta Lateranen. ſtatutum concil. ad nos ipſius eſſet devoluta donatio, ipſi perſonam idoneam de Tullen. eccleſia, vel aliunde in ipſo primiceriatu inſtituerent vice noſtra, & eundem facerent ab illa pacifice poſſideri, & ita fuit inſuper ex parte capituli allegatum, quod reſcriptum ad prædictos judices impetratum extiterit per falſam ſuggeſtionem obtentum. Cum enim communi conſenſu, & unanimi voluntate canonicorum Tull. fuerit conſtitutum, ne primiceriatus dignitas eſſet ulterius in eccleſia memorata, inter canonicos ipſos primiceriatus proventibus & poſſeſſionibus diſtributis, & eadem inſtitutio a bonæ me. Alexandro Papa prænominato fuerit poſtmodum confirmata, evidenter apparet, quod primiceriatus ipſe multo tempore non vacaverit, ſicut nobis fuerit falſa inſinuatione ſuggeſtum, & infra. Quocirca d. v. per A. s. m. qua. inquiſita diligentius veritate, ſi vobis conſtiterit Tullenſes canonicos, ne ulterius in Tullen. eccleſia primiceriatus eſſet officium, communiter ſtatuiſſe, ac ſtatutum ipſum auctoritate ſe. Ap. fuiſſe poſtmodum confirmatum, vos illud faciatis in ſuo robore permanere, niſi poſtea dicti canonici contravenerint, aliquem videlicet in Primicerium eligendo.

* *primiceriatus in Tull.*

CAPUT V.

*Idem Flugien. Epiſcopo.*

cap. 9. eod. CUM M. Ferrarien. canonicus F. W. B. & G. canonicorum, & magiſter G. Ferrarien. capituli procuratores ad ſedem Ap. acceſſiſſent ſuper quæſtione, quam & de præbendis, & redditibus habebant adinvicem, dil. filium noſtrum ſanctæ M. in Coſmidin diaconum Cardinalem eis conceſſimus auditorem, coram quo dictus M. pro ſe, ac quattuor ſociis propoſuit, quod Ferrarien. canonici, ut eo amplius ſuos redditus augmentarent, quo proventus eccleſiæ, qui dividi conſueverant inter plures, in uſus cederent pauciorum, quattuordecim præbendis tantum præter id, quod menſæ communiter deputarunt, in eadem eccleſia contra antiquam conſuetudinem ſtatuerant; poſtmodum vero contra conſtitutionem ipſam voluntarie venientes, dictos quinque in canonicos receperunt, nullis præbendis aſſignatis eiſdem, & licet eorum redditus non modicum fuerint augmentati, nondum tamen eis voluerint ex ſupercreſcentibus redditibus providere. Verum dictus magiſter ex adverſo propoſuit, quod olim de communi tam canonicorum, quam Ferrarien. Epiſcopi voluntate quattuordecim præbendarum numerus in Ferrarien. eccleſia provida fuerat deliberatione ſtatutus, & Ap. protectionis præſidio roboratus. Tandem cum una in eadem eccleſia præbenda vacaſſet, ad quorundam inſtantiam duos ad eam, & poſtmodum ad preces ven. f. n. Ferrarien. Epiſcopi dictum M. & quendam alium ſine præjudicio dictæ conſtitutionis in canonicos receperunt, ita quod ipſi de canonica nihil perciperent, donec primi duo præbendas eſſent integre aſſecuti. Cumque per canonicorum induſtriam fuerit procuratum, ut ex poſſeſſionibus, quas eccleſia tempore longo poſſedit, plures eis redditus ſolverentur ſuperexcreſcentes redditus communi menſæ, quæ minus ſufficiens fuerat, communiter deputarunt, quos dicti quinque ſibi poſtmodum petierunt contra capituli conſtitutionem in beneficium aſſignari. Quia vero ſuper his plena nobis, ſicut idem aſſerit, exhiberi non poterat certitudo, cauſam ipſam tuo duximus examini committendam, mandantes qua. cum in conſtitutione prædicta, & confirmatione ſedis Ap. vel fuerit, vel eſſe debuerit, ſicut conſuevit, expreſſum, niſi tantum excreverint eccleſiæ facultates, quod pluribus poſſint ſufficere competenter, & cum idem canonici in derogatione ſuæ conſtitutionis ad vacaturas præbendas quattuor receperunt ultra numerum conſtitutum ab antiquis canonicis præbendas cum integritate percipientibus conſuetas, ſuperexcreſcentes redditus prædictis canonicis ap. re. facias aſſignari, ita tamen, quod ſi ex eis pares cum aliis potuerint ſortiri præbendas, quod ſuperfuerit, in communes canonicorum uſus, ſive ut prius ſtatuerant, ſive aliter, prout melius videbitur, convertatur, revocatis in irritum omnibus, quæcumque ab alterutra partium in præjudicium alterius poſt motam quæſtionem coram Epiſcopo Ferrarien. circa præbendas, vel poſſeſſiones fuerint innovata.

TITULUS II.

DE RESCRIPTIS, ET EORUM INTERPRETATIONIBUS.

CAPUT I.

*Idem Abbati Imolen.*

POrrecta ex parte tua petitio continebat, quod plures ex monachis tuis, qui Prioratibus præſunt, a nobis ſuper ipſis Prioratibus, quoad vixerint, poſſidendis confirmationis litteras ſe aſſerunt impetraſſe, quarum occaſione bona ipſorum Prioratuum diſtrahunt, & conſumunt, aſſerentes ſe tibi, quoad Prioratus illos nulla ratione ſubeſſe. Cum igitur a Cancellaria noſtra non credimus hujuſmodi emanaſſe, d. t.* per s. m. qua. illos, qui tales litteras exhibuerint, in quibus Prioratus, tamquam monachis confirmantur, eoſdem punias, tamquam falſitatis auctores. Si vero in eis non ſit mentio Prioratus, vel mona-

De conſ. util. vel inutil. c. 6.

* *per A. ſi*

chatus, illas tamquam tacita veritate ſubrectas (1) denunties non valere.

CAPUT II.

*Idem univerſis Chriſti fidelibus per Lombardiam conſtitutis.*

De ſentent. exc. c. 41. SI aliquando forte contingat, quod ab eis, qui auctoritate Apoſtolica ſunt excommunicationi ſubjecti, noſtræ litteræ cum ſalutationis alloquio obtinentur, non propter hoc excommunicationis credatur ſententia relaxata, cum per ignorantiam, vel negligentiam, aut occupationem nimiam, vel etiam per ſubreptionem contingat hujuſmodi litteras impetrare, ſicut in Placentin. nuper dicitur contigiſſe, qui cum ſint propter iniquitatem, quam in Deum, & ejus eccleſiam commiſerunt, excommunicationis vinculo innodati, ſe quaſi abſolutos per hujuſmodi litteras, quas eis pro templariis miſiſſe dicimur, gloriantur, quamvis non ſimus memores talium litterarum, cum etſi eis jam excommunicatis exhibitæ fuerint, forſan tamen prius fuerant impetratæ. Quocirca univerſitati v. per A. s. m. quaeos ſicut excommunicatos artius evitetis, donec a ſuo reſipiſcant errore: in ſimilibus, ſi quando forte contigerit, ſimile judicium obſervate.

CAPUT III.

*Idem Epiſcopo Helien.*

De reſcript. cap. 14. PAſtoralis officii & infra. Præterea quæſiviſti, quando de revocatione ambigitur litterarum, utrum judicium priores, aut poſteriores cognoſcere debeant; utrum per ſecundas ſint primæ litteræ revocatæ. Ad quod taliter reſpondemus, quod niſi poſteriores prioribus, vel e converſo duxerint deferendum, ſimul utrique cognoſcant, & ſi forte nequiverint in unam ſententiam concordare, quamvis plures ſint ex una parte, quam ex altera, per arbitros communiter electos a partibus hujuſmodi concertatio ſopiatur. Quoniam autem ſub hujuſmodi forma, videlicet cauſam, quam talis adverſus talem, & quoſdam alios ſuper hoc, & quibuſdam aliis ſe proponit habere, tibi duximus committendam, a nobis multotiens litteræ impetrentur, ſollicite quæſiviſti, an judex ex delegatione hujuſmodi ante perſonarum, vel rerum expreſſionem ſuper perſonis, vel rebus exprimendis habeat poteſtatem, adiiciens, utrum ſi antequam perſonæ, vel res expreſſæ fuerint nominatim, ſuper non expreſſis in commiſſione priori, ſed generaliter comprehenſis ſpeciales litteræ, quæ de prima commiſſione nullam faciant mentionem, ad alios judices a ſede Ap. emanaverint, eũdem vigorem debeant obtinere. Nos igitur ad hæc duo taliter reſpondemus, quod cum generali per ſpeciale proculdubio derogetur, juriſdictio per generales litteras attributa, per ſpeciales, quantum ad ea, quæ ſpecialiter exprimuntur, penitus enervatur, licet de prioribus non faciant mentionem. Unde ſuperflua relinquitur prima quæſtio, etſi merito dici poſſit, quod donec juriſdictio revocetur, eam ſuper rerum, vel perſonarum articulis exprimendis obtinet delegatus; ſed antequam exprimantur perſonæ, vel res, delegatus nequit juriſdictionem hujuſmodi exercere.

CAPUT IV.

*Idem Senonen. Archiepiſcopo.*

SEdes Apoſtolica conſuevit exhibere ſe petentibus liberalem, ſed quidam ejus gratia nequiter abutuntur, dum quod ipſa de benignitate concedit, ipſi ad malignitatem retorquent. Quidam enim malignari volentes in commiſſionibus noſtris minores, & viliores perſonas propriis nominibus exprimunt, majores autem, & digniores ſpecialibus vocabulis non deſignant, ſed ea ſub quodam generalitatis involucro comprehendunt, ut commiſſiones ipſas a nobis facilius impetrent ſub hac forma. Conqueritur talis de iſto, vel de illo, & aliis quibuſdam propriis nominibus exprimendis, qui eis ſuper tali negotio, & rebus aliis injurioſi nimis, & graves exiſtunt. Nos igitur eorum volentes malitiis obviare, decernimus, ut cum in commiſſionibus veſtris minores, & viliores perſonæ ſolummodo deſignantur, majores, & digniores ſub generali clauſula non intelligantur includi; ſed nec liceat occaſione generalitatis hujuſmodi multitudinem effrenatam in judicium evocare, nec ſuper majoribus, & gravioribus negotiis audiantur, qui de levioribus, & minoribus tantum faciunt mentionem. Si qui vero majores perſonas expreſſerint, non ut velint cum eis in judicio experiri, ſed ut deſcendere valeant ad minores, quia fraus, & dolus eis patrocinari non debent, tamquam mendax precator careat penitus impetratis. c. 15. eod.

CAPUT V.

*Idem R. Cantori, & R. Priori de Monte Leproſorum, & I. de Sagio Canonico Rothomagen.*

EX tenore litterarum, quas nobis per dil. f. Ph. latorem præſentium deſtinaſtis, intelleximus evidenter R. ſacerdotem de Collevill. ad dilectos f. de Prato, de Monte Leproſorum, & ſancti Laudi Priores Rothomagen. ſuper quæſtione, quæ inter ipſum, & dilectum f. Abbatem, & conventum de Beato ſuper manerio de Collevill. & rebus aliis vertitur, litteras Ap. impetraſſe, qui cum partem citaviſſent adverſarii, dictus presbyter coram eis voluit (2) litigare: poſtmodum vero idem presbyter ſuper eodem negotio vobis litteras noſtras præſentavit, in quibus de prioribus mentio non fiebat. Cumque vos in cauſæ cognitione velletis procedere partibus ad veſtram præſentiam convocatis, memoratus Abbas coram vobis propoſuit, quod non tenebatur per illas litteras ſæpedicto presbytero reſpondere, cum per alias fuiſſet citatus, quæ auctoritate illarum non fuerant revocatæ. Unde quia ſuper hoc dubitaſtis, ſedem duxiſtis Ap. conſulendam. Nos igitur attendentes fraudem presbyteri memorati, duas commiſſiones ſuper eodem negotio impetrantis, quarum altera non faciebat mentionem de reliqua, quia fraus, & dolus alicui patrocinari non debent, decernimus, ut ipſe commodo careat utriuſque. cap. 16. e.

CA-

(1) *Subreptas*, Gregor. IX. (2) *Noluit*, Gregor. IX.

## CAPUT VI.

*Idem Patriarchæ Granden.*

De verbor. ſign. c. 16. OLim tibi ſcripſiſſe recolimus, ut ſi dil. f. Archipresbyter, & canonici Paduani, quibus ſuper hoc ſcripta noſtra direximus, dil. f. ma. G. canonico Paduano, præbendam, quæ tantum reſidentibus de communi confertur, ſicut uni ex aliis, de communibus proventibus, & manualia beneficia omni dilatione poſtpoſita non conferrent, tu eos ad id ap. ceſſante compelleres. Verum, quia, ſicut noſtro Apoſtolatui reſeratum eſt, quidam mandatum noſtrum interpretari aliter, quam deceat, moliuntur, cum beneficia principalia ſint interpretanda largiſſime, volentes a mandato noſtro dubietatem auferre, non quæſtionis ſcrupulum reſervare, ut quæ mandamus, diligentius, & liberius exequaris, noſtrum tibi in eo aperiendum duximus intellectum, videlicet, quod præbendam, quæ tantum reſidentibus in victu, & veſtitu de communi confertur, ipſi mag. G. plene, ſicut uni ex aliis reſidentibus, injunximus conferendam. Quo circa f. t. per A. s. m. qua. in negotio ipſo malitioſam interpretationem aliquam non attendens, ſic quod de præfato magiſtro tibi præcipimus, ſub. cujuſ. con. ap. ob. exequi ſtudeas diligenter.

## CAPUT VII.

*Idem Mediolanen. Archiepiſcopo.*

De reſcr. cap. 17. CUM adeo ſcripta ſe. Ap. moderemur, ut ex certa ſcientia nihil in eis faciamus apponi, quod de jure debeat reprehendi, miramur non modicum, & movemur, quod, quotiens ad te, vel ad aliquos tibi ſubjectos noſtras litteras deſtinamus, te ſuper eis mirari reſcribis, ac ſi mandaremus aliquid inhoneſtum. Scripſiſti etenim nobis, quod cum P. clericus in eccleſia Mediocen. [1] ſufficientem ſibi ſit præbendam adeptus, mirabaris, quod pro receptione ipſius in eccleſia de Grontoſola Præpoſito, & fratribus ejuſdem eccleſiæ litteras Apoſtolicas miſeramus. Cum ſi litterarum noſtrarum diligenter ſeriem attendiſſes, nihil penitus invenires in eis, quod tuum debuiſſet animum offendiſſe, cum enim in litteris ipſis, nec de præbenda ipſius P. mentio haberetur, nec Medocien. canonicus, immo nec clericus diceretur in eis, & in litteris ipſis hæc eſſet adjecta condicio, ſi dignus exiſteret ad eccleſiaſticum beneficium obtinendum, & ſi eadem eccleſia ex dono parentum ipſius quandam capellam cum dote fuiſſet adepta, & a conſanguineis ejus oblationes, & mortuaria pro tempore, & decimas perciperet annuatim, intelligere potuiſſes, qualiter ipſæ fuerant impetratæ, in quibus de beneficio ipſius, pro quo ſcribebatur, mentio non fiebat. Ideoque f. t. per A. s. m. qua. cum ad te, vel ad tuos litteræ Apoſtolicæ diriguntur, earum tenorem diligenter attendas, & quod mandatur in eis, dum tamen nec per ſuppreſſionem veritatis, aut expreſſionem falſitatis obtentæ fuerint, facias effectui mancipari.

(1) *Medocien.*

## CAPUT VIII.

*Idem Abbati de Alcobiatia, F. & P. monachis Alcobatiæ.*

CAuſam, quæ inter Præmonſtraten. & Prumacen. eccleſias ſuper poſſeſſionibus de Anapia vertitur, d. v. commiſiſſe meminimus ſine canonico terminandam, ſed quia in litteris illis animadvertimus fuiſſe inſertum, quod ſi alterutra partium legitime citata præſentiam veſtram adire, vel judicio parere contemneret, vos nihilominus præſentis partis probationes reciperе, & quantum de jure poſſetis, in cauſæ cognitione, ac deciſione procedere minime tardaretis. Nos volentes, ut clauſula illa, quantum de jure poteritis, quæ antequam de probationum receptione mentio fieret, fuerat inſerenda, clauſulam illam de probationum receptione præcedat, d. v. per A. s. m. qua. ipſam intelligentes ibidem, in eadem cauſa juxta tenorem litterarum illarum procedere non tardetis, attente proviſuri, ut ſi litterarum auctoritate priorum in eodem negotio legitime eſt proceſſum, firmum, & ſtabile perſeveret, alioquin ſi occaſione clauſulæ memoratæ aliud conſtiterit in alterutrius partis præjudicium attemptatum, id viribus decernimus cariturum, volentes, & mandantes, ut in deciſione ipſius negotii, ſicut præmiſſum eſt, tam ſuper principali, quam ſuper incidentibus quæſtionibus ap. re. canonice procedatis. c. 18. eod.

## CAPUT IX.

*Idem Archiepiſcopo Senonen. & P. Sanctæ Mariæ in via lata Diac. Cardin. A. S. L.*

COnſtitutus in præſentia dil. f. noſtri G. ſancti Angeli Diaconi Cardinalis P. clericus, quem ei conceſſeramus, & parti alteri auditorem, propoſuit coram ipſo, quod cum bonæ memoriæ G. Papa pr. noſter dilecto f. Decano, & capitulo Bituricen. dederit in mandatis, ut ipſum reciperent in canonicum, & in fratrem, & præbendam ei conferrent, ſi qua tunc in eorum vacaret eccleſia, vel proximo vacaturam, ven. f. noſtro Bituric. Archiepiſcopo ei monitore conceſſo, etſi ipſi mandatum ejus admittere non curaſſent, eis præcipiendo mandavit, ut quod eis mandaverat, adimplerent, dicto Archiepiſcopo, & ven. f. n. Claromonten. Epiſcopo ſuper hoc executoribus deputatis, & infra. Verum dil. f. P. ex adverſo reſpondit, quod cum in Bituricen. eccleſia certus eſſet numerus canonicorum inſtitutus firmatus jurejurando, & per multos Rom. Pont. confirmatus, & de hoc memoratus P. non feciſſet in ſuis litteris mentionem, intelligendum erat circumveniſſe p. n. & dictas litteras veritate tacita impetraſſe; licet enim cum in aliqua eccleſia certus ſtatuitur numerus, hæc apponatur condicio, vel intelligatur apponi, *ſalva ſedis Ap. auctoritate*, non tamen erat credendum, quod eum ex certa ſcientia contra juramenta eorum recipi mandaviſſet, cum de hoc in ſuis litteris nihil fuiſſet expreſſum. Nos igitur de prædictis per Card. inſtructi, d. v. per A. s. m. qua. ſi legitime vobis conſtiterit numerum canonicorum, qui nunc in eccle- cap. 19. e.

ſia per Decanum, & capitulum ejuſdem eccleſiæ juramento firmatum, antequam prædictus clericus a pr. n. litteras executorias impetraſſet, quidquid factum eſt occaſione litterarum, quas idem clericus a ſe. Ap. impetraſſe dignoſcitur, caſſum, & irritum decernatis haberi, alioquin ei faciatis in eadem eccleſia præbendam, ſi qua vacat, ſub. cujuſ. ap. ob. aſſignari.

## CAPUT X.

*Idem Aymon ſancti Hilarii canonico Pictavien.*

c. 20. eod. SUper litteris, quæ ab aliquibus ex malitia, & a nonnullis ex ignorantia, tacita veritate, vel ſuggeſta falſitate, impetrantur a nobis, diverſos intelleximus diverſa ſentire, aliis aſſerentibus eos debere prorſus carere omni commodo litterarum, cum mendax precator carere debeat impetratis, aliis vero dicentibus, quod etſi forma carere debeant in litteris noſtris expreſſa, nihilominus tamen juxta rigorem juris ſit a delegato judice in negotio procedendum. Nos igitur inter eos, qui per fraudem, vel malitiam, & illos, qui per ſimplicitudinem, vel ignorantiam litteras a nobis impetrant hujuſmodi, credimus diſcretionem habendam, ut hi, qui priori modo falſitatem exprimunt, vel ſupprimunt veritatem, in ſuæ perverſitatis pœnam nullum ex litteris commodum conſequantur, ita videlicet, quod delegatus, poſtquam ſibi ſuper hoc facta fuerit fides, nullatenus de cauſa cognoſcat. Inter alios autem, qui poſteriori modo litteras impetrant, dicimus diſtinguendum, quæ falſitas ſuggeſta fuerit, vel quæ veritas ſit ſuppreſſa. Nam ſi talis expreſſa ſit falſitas, vel veritas occultata, quæ quamvis fuiſſet tacita, vel expreſſa, nos nihilominus ſaltem in forma communi litteras dediſſemus, delegatus non ſequens formam in litteris ipſis appoſitam ſecundum ordinem juris in cauſa procedat. Si vero per hujus falſitatis expreſſionem, vel ſuppreſſionem etiam veritatis litteræ fuerint impetratæ, qua tacita, vel expreſſa, nos nullas prorſus litteras dediſſemus, a delegato non eſt aliquatenus procedendum, niſi forſan eatenus, ut partibus ad ſuam præſentiam vocatis de precum qualitate cognoſcat, ut ſic in utroque caſu eadem ratio, quæ delegantem moveret, moveret etiam delegatum, & ubi delegans ſuas litteras denegaret, delegatus etiam ſuæ cognitionis officium nullatenus interponat.

## CAPUT XI.

*Idem Abbati, & conventui Præmonſtraten.*

c. 21. eod. EDoceri a nobis per veſtras litteras poſtulaſtis, utrum per litteras adverſus Abbates veſtri ordinis nulla mentione habita de ſuis conventibus impetratas teneantur Abbates ipſi ſuper cauſis, quæ ad conventus pertinent, & eiſdem de ipſis querelantibus reſpondere, ac licet appellatio ſit inhibita per appellationis objectum poſſint, ne reſpondeant, ſe tueri. Super quo vobis duximus reſpondendum, quod iidem Abbates, niſi alia cauſa rationabilis ſuffragetur, per appellationem ſe tueri non poſſunt, quominus debeant auctoritate litterarum hujuſmodi legitime reſpondere, cum ex officio ſuo teneantur Abbates congregationum ſuarum negotia procurare, niſi forte Abbatis, & conventus negotia eſſent omnino diſcreta.

## CAPUT XII.

*Idem Archiepiſcopo, & magiſtro V. Canonico Magdeburgen.*

CUM dilecta in Chriſto filia R. cuſtos Hereſien. eccleſiæ, ac V. clericus procurator G. c. 22. eod.
monialis olim ad ſedem Ap. acceſſiſſent ſuper electionibus celebratis de cuſtode, ac moniali prædictis, litigaverunt aliquamdiu coram nobis, & infra. Nos igitur hæc, & alia, quæ tam cuſtos prædicta, quam I. clericus, qui pro eodem negotio venerat contra ipſam, nuper apud ſe. Ap. conſtituti, proponere voluerunt, & acta judicii ab eiſdem nobis exhibita diligentius attendentes, deprehendimus manifeſte prædictas litteras ad memoratum Abbatem de Remeshuſem, & ſuos conjudices impetratas per ſubreptionem obtentas, cum in eis illius articuli videlicet de ſubtractorum reſignatione fuerit præter conſcientiam noſtram cognitio demandata, qui prioribus litteris ad ſcholaſticum Hildeſemen. cuſtodem, ac ſcholaſticum Mideſen. obtentis inſertus fuerat, de quibus in ſecundis litteris mentio aliqua non fiebat, & ideo quod ipſarum litterarum occaſione dignoſcitur attemptatum, duximus penitus irritandum: dictum inſuper ſcholaſticum Hildeſemen. & conjudices ſuos invenimus minus provide proceſſiſſe, quia cum in noſtris litteris eiſdem principaliter mandaretur, ut ad prædictam eccleſiam perſonaliter accedentes, perſonæ idoneæ adminiſtrationem committerent Abbatiæ, cui ad opus ejuſdem Abbatiæ fieret hinc inde reſignatio ſubtractorum, ipſi formam mandati Apoſtolici tranſponentes, illo capitulo prætermiſſo, de aliis articulis inordinate plurimum cognoverunt; propter quod proceſſum ipſorum contra noſtri formam reſcripti, ac juris ordinem attemptatum irritum decernimus, & inane præſentium vobis auctoritate diſ. pr. mandantes, qua. convenientes in loco competenti, & tuto G. A. & quibuſdam aliis ejuſdem eccleſiæ ſororibus, ſicut juſtum fuerit, reſtitutis, & forma mandati noſtri exacta diligentia obſervata, in negotio ipſo juxta tenorem præcedentium litterarum ap. re. ratione prævia procedatis, ita quod per veſtram ſollicitudinem circumſpectam, ſaltem hac vice negotio tamdiu prorogato finis debitus imponatur.

## CAPUT XIII.

*Idem.*

PLerumque cõtingit, quod aliqui contra quoſdam ſuper aliquibus rebus noſtris litteris im- c. 23. eod.
petratis, illis uti multo tempore proponentes, tunc demum eas exhibere procurant, cum aliarum litterarum auctoritate ab eiſdem, contra quos ipſi primitus litteras impetrarunt, cœperint conveniri dicentes, poſteriores litteras non valere, utpote non facientes de prioribus mentionem. Cum igitur non ſit malitiis hominum indulgendum, præſentium auctoritate ſtatuimus, qua. ſi quis noſtras litteras impetrans infra annum, poſtquam copiam judicum habuerit, ex malitia vel negligentia poſtpoſuerit uti, eis auctoritate poſte-

ſteriorum valeat conveniri, licet in illis nulla de prioribus mentio habeatur.

## TITULUS III.
## DE CONSUETUDINE.
### CAPUT I.

*Idem Archiepiſcopo, & Capitulo Lundinienſi.*

De conſuet. c. 2. EX litteris, quas tu frater Archiepiſcope deſtinaſti, intelleximus manifeſte, quod regnum Daciæ, quantum ad ea, quæ jus fori contingunt, conſuetudinibus ſuis, & inſtitutionibus Regum ſuorum omnino regatur, unde nullum uſum teſtamentorum illius provinciæ habere contingit, qui alibi in ultimis decedentium voluntatibus ſecundum legalem obſervantiam cuſtoditur. Si vero aliquis poſſeſſiones aliquas clauſtris, vel aliis religioſis locis in bona valitudine, vel voluntate ultima conſtitutus vult pro ſuorum remedio peccatorum conferre, hanc eccleſiæ conferendi formam eſſe proponis, quod in hujuſmodi donationibus modicum terræ conſuevit accipere, aut in extremitate pallii, quod manu Epiſcopi, vel cujuslibet alterius prælati eccleſiæ ſuſtinetur, aut ſuper ipſum altare aliquo involutum panniculo cum debita humilitate ponendum ſub teſtimonio videntium, & audientium, forma donationis hujuſcemodi ſubſequente, quæ *ſcotatio* vulgariter appellatur. Verum, quoniam hujuſmodi donatio malitioſe a quibuſdam cavillatoribus, ſicut aſſeris, impeditur, a nobis humiliter poſtulaſti, ne loca religioſa, & eccleſiæ, quibus multæ poſſeſſiones ſub ſcotatione hujuſmodi ſunt collatæ, ab aliquibus poſſint, vel debeant temere perturbari, plurima debeamus ſollicitudine providere. Nolentes igitur, ut tales conſtitutiones, quas diuturnitas temporis, ut aſſeris, obſervavit, & uſus conſuetudinis hactenus approbatæ retinuit, temeritate qualibet infirmetur, d. v. per A. s. m. quat. donationes eorum, quæ ſub obtentu conſuetudinis clauſtris, eccleſiis, vel quibuslibet locis religioſis pie, ac provide conferuntur, vel etiam ſunt collatæ, faciatis irrevocabiles obſervari, cum hujuſmodi ſignum, quod ſcotatio dicitur, non tam factæ donationis, quam traditæ poſſeſſionis ſit evidens argumentum, ſi quos contradictores inveneritis, aut rebelles, auctoritate freti Apoſtolica per cenſ. ec. monitione præmiſſa ſub. ap. ob. compeſcentes.

### CAPUT II.

*Idem Epiſcopo Pitavien.* (1)

cap. 3. eod. AD noſtram audientiam noveris perveniſſe, quod in tua diœceſi etiam in cauſis eccleſiaſticis conſuetudo minus rationabilis habeatur, quod cum aliqua cauſa tractatur ibidem, allegationibus, & querelis utriuſque partis auditis, a præſentibus litteratis, & illitteratis, ſapientibus & inſipientibus quid juris ſit quæritur, & quod illi dictaverint, vel aliquis eorum præſentium, conſilio requiſito pro ſententia teneatur. Nos igitur attendentes, quod conſuetudo, quæ canonicis obviat inſtitutis, nullius debeat eſſe momenti, cum ſententia a non ſuo judice lata nullam obtineat firmitatem, ut in cauſis eccleſiaſticis ſubjectorum tuorum, poſtquam tibi de meritis earum conſtiterit, ſententiam proferre valeas, ſicut ordo poſtulat rationis, auctoritate tibi præſentium, præmiſſa conſuetudine non obſtante, concedimus facultatem.

### CAPUT III.

*Idem Luci. Vicario noſtro apud Conſtantinopolim conſtituto.*

QUanto de benignitate ſe. Ap. locum obtines celſiorem, tanto tibi eſt ſollicitus procurandum, ut te talem exhibeas in agendis non declinans ad dexteram, vel ſiniſtram, quod non minus re, quam nomine vices Ap. gerere videaris. Pervenit ſane ad audientiam noſtram, quod quidam ſimplices ſacerdotes apud Conſtantinopolim ea ſacramenta præſumunt fidelibus exhibere, quæ ab Apoſtolorum tempore rite fuerunt ſolis Pontificibus obſervata, ut eſt ſacramentum confirmationis, quod chriſmando renatos ſoli debent Epiſcopi per manus impoſitionem conferre, ad excuſandas excuſationes in peccatis, & ſui erroris fomentum, ſolam conſuetudinem prætendentes, cum diuturnitas temporis peccata non minuat, ſed augmentet, quæ tanto graviora exiſtunt, quanto infelicem animam diutius detinent obligatam. Volentes igitur hæc, & alia, quæ oculos divinæ majeſtatis offendunt, de agro dominico extirpari, d. t. per A. s. m. quat. omnibus Latinis presbyteris apud Conſtantinopolim conſtitutis, diſtricte prohibeas, ne talia de cetero ſua temeritate præſumant, quæ licet non ſint a fidelibus contemnenda, tutius tamen eſt ea ſine periculo ex neceſſitate, quæ legem non habet, omittere, quam ut ab iis, quibus ea conferre non licet, ex temeritate, quæ lege damnatur, non ſine gravi periculo inaniter conferantur, cum umbra quædam oſtendatur in opere, veritas autem non ſubeat in effectu. c. 4. eod.

### CAPUT IV.

*Idem Decano, & capitulo Camerin.*

CUM inter vos ex una parte, & canonicos ſancti P. de Curia ex altera, ſuper eo quod dicti canonici ſancti P. generale interdictum a ve. fratre noſtro Epiſcopo veſtro, vel vobis in civitate Cenoman. poſitum non ſervabant, quæſtio verteretur, utraque pars, ut eadem cauſa poſſet ſine debito terminari, ſuum nuntium ad ſedem Ap. deſtinavit. Partibus igitur in noſtra preſentia conſtitutis per procuratores idoneos audientiam præbuimus liberam, & benignam, & quidam eccleſiæ veſtræ propoſuit procurator, quod cum Cenoman. eccleſia ſuo loco, & tempore pro exceſſibus ſæcularis poteſtatis interdicto voluit ſupponere civitatem, eccleſia beati P. de Curia tamquam membrum ſuo capiti non adhærens, campanis pulſatis, apertis januis, divina officia celebrare, aliis ceſſantibus, non omiſit. Cum autem ven. f. noſter B. Hoſtien. Epiſcopus tunc in partibus illis legationis officio fungeretur, iidem ad ejus præſentiam accedentes ſuam ei ſuper hoc querimoniam exponere curaverunt. Qui partibus convocatis, & rationibus utriuſque diligenter auditis, c. 5. eod.

(1) Al. *Patavien.*

ditis, & cognitis, cum pars eccleſiæ ſancti P. per privilegia ſe.A. non poſſet oſtendere ſe munitam, immo ei firmiter conſtaret, quod ex ſuperbia potius, quam ex cauſa rationabili ducerentur, ſententialiter diffinivit, quod cum in civitate Cenomanen. poſitum fuerit interdictum, eadem eccleſia obſervaret. Vinculo quoque excommunicationis, ac pœna ordinis, ac beneficii eos ſupponens, qui ſui ducerent ſententiæ reſiſtendum. Poſtmodum vero, cum propter quoſdam exceſſus ſæcularis poteſtatis tota Cenomanen. civitas ſupponeretur eccleſiaſtico interdicto, & ipſis canonicis ſancti P. denuntiatum fuiſſet, ut a divinorum celebratione ceſſarent, & obſervarent ſicut aliæ eccleſiæ illius civitatis interdictum, ipſi majorem temeritatem ſuæ audaciæ adjungentes, cum majori ſollemnitate ſuum ſunt officium executi, venire contra Legati ſententiam non verentes. Procurator vero ipſorum propoſuit ex adverſo, quod ipſa eccleſia ſancti P. ab ipſa ſui fundatione libera extitit, & exempta, & de bonis progenitorum Kariſſimi in Chriſto filii n. I. Anglorum Regis Illu. fundata fuerat, & dotata, firmiter aſſeverans, & ex hoc ſuam credens intentionem fundare, quod Decanatum, & præbendas illius eccleſiæ idem Rex, & progenitores ſui conferebant diœceſano Epiſcopo inconſulto. Propoſuit etiam, quod ex conſuetudine tali hactenus eadem eccleſia gaviſa fuerat libertate, & hoc idem multotiens veſter Epiſcopus recognovit, quod vos parochialem poteſtis interdicere capellanum, qui extra chorum celebrat eccleſiæ antedictæ, allegans de conſuetudine antedicta, quod in generali etiam interdicto licitum erat eis pulſatis campanis, alta voce, interdictis tamen & excommunicatis excluſis divina officia celebrare. Nos igitur auditis hinc inde propoſitis, quod ex tali conſuetudine, ſi qua foret, diſrumperetur nervus eccleſiaſticæ diſciplinæ, ipſam de conſilio f. noſtror. penitus duximus irritandam, cum non conſuetudo, ſed corruptela potius ſit cenſenda.

### CAPUT V.

*Idem Helien. Epiſcopo.*

c. 6. eod. CUM olim ve.f. n. Londonien. Epiſcopus noſtris auribus intimaſſet, quod in ſua eccleſia propoſuerat ſtatuere Præcentorem, certum redditum aſſignaturus eidem ſine læſione cujuſquam, nos ejus precibus inclinati, licentiam ei conceſſimus Præcentorem hujuſmodi ordinandi, dummodo in conferendis ſibi redditibus nulli præjudicium inferretur. Nihilominus ſtatuentes, ut Præcentor taliter inſtitutus in ſeſſionibus, proceſſionibus & aliis illam haberet in Londonien. eccleſia dignitatem, quam habent alii Præcentores in aliis eccleſiis Anglicanis. Poſtmodum autem noſtris fuit auribus intimatum, quod licet idem Epiſcopus dil. f. B. in eadem inſtituiſſet eccleſia Præcentorem, quod tamen a nobis fuerat de prælibata dignitate ſtatutum, biennio jam elapſo exequi non curarat. Quapropter tibi dedimus in mandatis, ut illud ſub. cujuſ. contrad. & ap. ob. exequi non poſtponeres, contradictores per cenſ. eccleſiaſticam compeſcendo. Noviter vero dil. f. Decanus, & quidam alii perſonatus habentes in eccleſia memorata ſuam nobis traſmiſere querelam, quod cum per Anglicanas eccleſias conſuetudines ſint diverſæ, ac quidam Cantorum minorem, quidam vero majorem habeant dignitatem, nec poſſunt dignitates eorum, cum ſint, vel variæ, vel repugnantes, convenire ſimul in unam, is, qui noviter eſt inſtitutus in eccleſia Londonien. Præcentor, non contentus eo, quod habere poteſt ſine præjudicio aliorum, occaſione litterarum noſtrarum quaſdam ipſius Decani, & aliarum perſonarum ejuſdem eccleſiæ dignitates ſibi nititur in eorum præjudicium arrogare. Quo circa f. t. per A. s. m. qua. ſi ſecundum diverſas locorum conſuetudines diverſas noveris habere præcentores in Anglicanis eccleſiis dignitates, jam dictum Præcentorem illam habere facias in Londonien. eccleſia dignitatem, eaque ap. re. permanere contentum, quam rationabilibus & approbatis conſuetudinibus ejus ſalvis, ſine alieno præjudicio poterit obtinere.

### CAPUT VI.

*Idem Conventui Corbien. monaſterii.*

CUM v. f. n. Epiſcopus Hoſtien. & dilectus filius L. tituli ſanctæ Crucis presbyter Cardinalis olim in partibus Alamaniæ legationis officio fungeretur, invenerunt dilectum f. Abbatem de monaſterio Herwordelen. quod ad Romanam eccleſiam nullo mediante noſcitur pertinere ad monaſterium Corbien. quod eſt etiam Romanæ eccleſiæ ſpeciale, propria temeritate migraſſe, licentia illud deſerendi, vel confirmatione a nobis, vel ab ipſis etiam, qui vices noſtras in illis partibus tunc gerebant, nec habita, nec petita, & infra. Poſtmodum autem, cum ſuos ad ſedem Ap. nuntios deſtinaſſet, idem volentes eum multipliciter excuſare, ad defenſionem generalem illius terræ conſuetudinem allegarunt. Cum igitur hæc non tam conſuetudo, quam corruptela merito ſit cenſenda, quæ profecto ſacris eſt canonibus inimica, ipſam mandavimus de cetero non ſervari. c. 7. eod.

### CAPUT VII.

*Idem Decano Saleſbien. A. Archidiacono, & magiſtro P. Peverel Canonico Pariſien.*

CUM dilectus filius W. Andren. eccleſiæ monachus, qui pro electo ejuſdem eccleſiæ ſe gerebat, & G. Daubitis monachus, ac procurator monaſterii Karoſen. ſuper jure eligendi Abbatem Mandren. [1] monaſterio, & de electione ejuſdem W. invicem in noſtra præſentia litigarent, idem W. electionem ſuam a fratribus Andren. concorditer celebratam auctoritate petiit Apoſtolica confirmari, aſſerens tam de jure communi, quam privilegio ſpeciali eis a fe. re. Alexandro Papa prædeceſſore noſtro conceſſo, & a nobis poſtmodum confirmato, liberam eligendi auctoritatem ad eoſdem fratres tantummodo pertinere. Nam de jure communi omnis congregatio monachorum eligere ſibi debet Abbatem, & in ejuſdem Alexandri privilegio continetur, ut obeunte monaſterii Andren. Abbate, in illis (2) ibi, qualibet cap. 8. e.

&ſub-

(1) *Andren.* forte. [2] Al. *nullus.*

& ſubreptionis aſtutia, ſeu violentia præponatur, niſi quem fratres, vel eorum pars conſilii ſanioris, ſecundum Deum, & beati Benedicti regulam, duxerint eligendum. A nobis quoque prædictis fratribus dignoſcitur eſſe conceſſum, ut licitum ſit eiſdem, cum eccleſiam Abbate vacare contigerit, perſonam idoneam de gremio ejuſdem eccleſiæ, vel aliunde per regularem electionem ſibi præficere in paſtorem Karoſen. monaſterio præſentandam, ut ab ipſo confirmationem accipiat, & reverentiam ei, quam debet, impendat. Dictus vero G. procurator propoſuit ex adverſo, quod cum olim ad petitionem Comitis Balduini uxoris, & filiorum ejus Aldren. eccleſiæ patronorum a bonæ memoriæ G. Morin. Epiſcopo fuerit conſtitutum, quod ſi præfatus locus, quod divino munere adeo pullularet, ut Prior, aut Abbas conſtitueretur ibidem, electio ejus penes fratres ejuſdem loci, & capitulum Karoſen. penderet, & hujus obtentu ſtatuti ſic fuerit longe retroactis temporibus obſervatum, ut monaſterio Andren. vacante, Andren. fratres in Karoſen. capitulo aliquem de gremio monaſterii Karoſenſis ſibi eligerent in Abbatem, electio prædicti W. tam contra ſtatuti tenorem, quam etiam contra conſuetudinem approbatam, quæ optima eſt legum interpres, minus canonice attemptata merito caſſari debeat, & mandari fratribus antedictis, ut juxta quod eſt hactenus obtentum, procederent ad electionem Abbatis, & infra. His igitur, & aliis, quæ coram nobis utrinque fuere propoſita, perſpicaciter intellectis, quia nobis conſtitit electionem ipſam a ſuſpenſis, & de ſuſpenſo etiam celebratam, ipſam de cō. fr. noſtrorum juſtitia caſſavimus exigente. Ceterum cum ſupradictum ſtatutum, videlicet quod penes fratres ejuſdem loci, & capitulum Karoſen. pendeat Abbatis electio, ita ſane poſſet intelligi, quod per illud nec juri communi, nec privilegio derogetur, ut videlicet ad ſæpe dictos fratres electio ſpectet Abbatis, ad Karoſen. capitulum confirmatio, devotioni veſtræ pr. auctoritate m. quat. auditis hinc inde propoſitis, ſi ex parte Karoſen. cœnobii talis fuerit conſuetudo probata, quod juri communi præjudicet in hac parte, vos ſecundum illam conſuetudinem decernatis electionem Andren. Abbatis de cetero faciendam. Quod ſi talis conſuetudo probata non fuerit, per quam in hoc caſu præjudicetur juri communi, vos Andren. monachis jus eligendi Abbatem ſub. ap. ob. adjudicare curetis, ut ſic de cetero liberam habeant facultatem, ut de gremio eccleſiæ ſuæ, vel aliunde per electionem canonicam eligendi perſonam idoneam in Abbatem præſentandum Karoſen. capitulo, ut ab eo ſi fuerit canonica, confirmetur.

## TITULUS IV.
## DE POSTULATIONE.
### CAPUT I.

*Idem Decano, & capitulo Senon.*

De poſtul. præl. c. 1.

AD hæc in beato P. & infra. Sane cum eccleſia Senon. ſemper fuerit eccleſiæ Rom. devota, non immerito ipſius eccleſiæ paſſioni compatimur, & doloribus condolemus, cum eo ſit viduata paſtore, qui etſi nobilis eſſet genere, nobilior tamen fuit, ſicut credimus, ſanctitate, & infra. Dolemus inſuper, quod dolori nimio, quem de tanti patris obitu conceperat eccleſia Senon. dolor alius ſupervenit, cum ea vix ſurgente ab officio funeris tam funeſti vix digne celebratis exequiis tanti patris, Rex ipſe injuſte commotus poſſeſſiones ipſius, tam ad menſam Archiepiſcopi, quam canonicorum etiam pertinentes, non ut decuit, vel debuit, ſed ut voluit, & valuit, occupavit, & perſonas etiam, quæ de mandato noſtro ſuſpenderant organa ſua, compulit exulare, & infra. Cumque propter perſecutionem inſtantem, & diffidentiam animorum, quam in talibus, & zelus movet interdum, & uſus excuſat, de facili non poſſetis in unum locum, & propoſitum convenire, ſi ad nos fuiſſet ab aliquibus appellatum; tandem non ſine difficultate convenientes in unum, Altiſſiodoren. Epiſcopum in Archiepiſcopum unanimiter poſtulaſtis, poſtulationem veſtram per magiſtrum R. Præcentorem veſtrum virum in utroque jure peritum, honeſtum, providum, & diſcretum, qui apud nos ſuper aſſumpti promotione negotii fideliter inſtitit, & de contingentibus nihil omiſit, & per Abbatem ſancti P. & per veſtras etiam litteras exponentes, ac petentes humiliter, ut faciendæ translationi favorem Apoſtolicum, & pium præberemus aſſenſum, conſiderata præſertim perſecutione, quæ communiter inſtat eccleſiæ Gallicanæ, ac neceſſitate, quæ incumbit ſpecialiter eccleſiæ Senon. Verum quoniam antequam idem magiſter ad ſedem Apoſtolicam acceſſiſſet, audieramus a multis, immo etiam nobis quaſi pro certo conſtabat, quoniam idem Epiſcopus interdicti ſententiam non ſervaſſet, quod & idem magiſter non negavit, a nobis in noſtra, & fratrum noſtrorum præſentia requiſitus, in ipſius Epiſcopi excuſationem allegans, quod ſententiam illam ſervare nullatenus tenebatur, quæ ad ejus notitiam nec per noſtras litteras, nec per dil. filium P. ſanctæ M. in via Lata diaconum Cardinalem tunc Ap. ſe. Legatum, qui eandem ſententiam promulgaverat, nec per deputati ad hæc executoris mandatum, vel litteras perveniſſet, & quod in Altiſſiod. diœceſi Rex ipſam terram propriam non haberet, & quod eadem Altiſſiod. diœceſis ex alia cauſa fuerat interdicta, & infra. Nec ſufficit, immo nec profuit ad excuſationem prædicti Altiſſiod. Epiſcopi, & aliorum ſimilium, quod mandatum noſtrum, & Card. ejuſdem, vel executoris etiam ad ſe per ſpeciales litteras ad ipſos directas, vel ſpeciale mandatum non perveniſſe proponunt. Cum Card. idem ſententiam interdicti præſentibus multis Archiepiſcopis, & Epiſcopis ſollemniter, ac publice promulgavit, & eadem interdicti ſententia in regno Francorum jam a multis publice cœperit obſervari, nec ſit neceſſarium, cum conſtitutio ſollemniter editur, aut publice promulgatur, ipſius notitiam ſingulorum auribus per ſpeciale mandatum, vel litteras inculcare; ſed id ſolum ſufficit, ut ad ejus obſervantiam teneatur, quod noverit eam ſollemniter editam aut publice promulgatam, cum etiam contra quoſdam, qui Sardicen. concilium

non

non ſervabant, tamquam illud non habuerint, aut receperint, canonica tradat auctoritas, quod eis non facile facultas credendi tribuitur, cum idem penes illos in ſuis regionibus actum fuerit, & receptum, nec valet, quod in Altiſſiod. diœceſi dictus Rex propriam terram dicitur non habere, cum nos totam terram Regis ipſius ſubiici mandaverimus interdicto, & Cardinalis interpretatus mandatum in terram illam ſententiam promulgavit, quæ Regi tunc temporis adhærebat; quod ſi Epiſcopatus ejus ex alia cauſa fuerat interdictus, interdicti ſententiam, & tenebatur fortius, & poterat facilius obſervare. Sed inde liquido conſtat ſæpedictum Epiſcopum ſufficienter excuſari non poſſe, quod ſuam metropol. eccleſiam generalis interdicti ſententiam, & recepiſſe noverat, & ſervare. Ideoque unus eorum extiterat, qui deliberantes ſuper eadem ſententia, communi conſilio decreverunt, ſed erraverunt, ut ipſam ſententiam non ſervarent, cum ſi verbum Apoſtoli P. de Clemente dicentis diligentius attendiſſent, commonitionem ſuper hoc non debuerint expectare, ſed obſecundare prudenter, & humiliter obedire. Nos igitur, qui ſecundum Apoſtolum prompti ſumus inobedientiam omnem ulciſci, ejuſdem Altiſſiod. inobedientiam attendentes, ne nihil obedientia prodeſſe videretur humilibus, ſi contemptus contumacibus non obeſſet, cum juxta canonicas ſanctiones, quædam ſint culpæ, in quibus culpa eſt relaxare vindictam, habito cum fratribus ſuper hoc diligenti tractatu, quantumcumque vobis tamquam obedientiæ filiis deferre vellemus, poſtulationem tamen hujuſmodi non propter poſtulantem eccleſiam, ſed propter poſtulatam perſonam repulimus, ut indignam, licet autem ex eo, quod hominem, qui veſtro non conveniebat propoſito, poſtulaſtis, cum vos interdicti ſententiam ſervaretis, ipſe tamen eam contemneret obſervare, permiſſa vobis abuſi fueritis poteſtate, ac ideo vos eam non immerito privare poſſemus, cum juxta divinæ legis edictum, non liceat veſtem induere de lana, linoque contextam. Ne tamen veſtræ videamur devotionis ingrati, de ſolita Ap. ſedis benignitate concedimus, ut vobis, & eidem eccleſiæ vel per poſtulationem idoneam, vel per electionem canonicam de perſona congrua conſulatis.

## CAPUT II.

*Idem Hoſtien. Epiſcopo Ap. ſe. Legato.*

cap. 2. e. GRatum gerimus, & acceptum, & fraternitatem tuam plurimum commendamus, quod ad promotionem venerabilis f. noſtri P. quondam Camaracen. Epiſcopi, nunc autem Senonen. Archiepiſcopi prudenter, & efficaciter intendiſti. Accepimus etiam ex litteris tuis, quod canonici Senonen. ut cum poſtulatio, quam fecerunt, noſtra fuiſſet auctoritate caſſata, licet caſſationis litteras ſuppreſſiſſent in fraudem, ut concorditer, & canonice ad electionem procederent, mandaviſti, addens etiam, quod niſi forſitan in talem perſonam concorditer ſua vota transferrent, pro qua merito tuum obtinere deberent aſſenſum, de proviſione ipſius eccleſiæ poſtmodum faceres, quod crederes expedire. Cumque plures eorum poſtulationem caſſatam a nobis innovare denuo niterentur, quidam vero prædictum Camaracen. in Archiepiſcopum poſtularunt, tu intelligens eos, qui caſſationem noſtram quodammodo revocare volebant, eligendi privilegium amiſiſſe, quia conceſſa ſibi ex Apoſtolicæ ſedis benignitate abuterentur temere poteſtate, ac ideo ad alios, licet pauciores numero, quantum tamen ad hæc pertinet conſilio ſaniores eligendi, vel poſtulandi devolutam eſſe licentiam, prædictum Camaracen. ad eorum inſtantiam in paſtorem auctoritate f. Apoſtolica providiſti, & deputaſti ad regimen eccleſiæ Senonen. Nos igitur tanto id magis gratum, & ratum habentes, quanto in ejus promotione de mandato noſtro, & beneplacito potius, proceſſiſti, a ſollicitudine Camaracen. eccleſiæ ipſum reddimus abſolutum, ut liberius gerat curam metropolis Senon. quod a te factum eſt, auctoritate Apoſtolica confirmantes.

## CAPUT III.

*Idem Clericis Raven. eccleſiæ.*

BOnæ mem. W. Archiepiſcopo veſtro viam univerſæ carnis ingreſſo, ejus nobis obitum per veſtras litteras intimaſtis. c. 3. eod. Nos autem vobis dedimus in mandatis, ut perſonam idoneam, quæ in noſtra devotione perſiſteret, vobis eligeretis canonice in paſtorem. Cumque vos poſtmodum receptis litteris ſuper electione ſubſtituendi Pontificis tractaretis, vota veſtra fuerunt in diverſa diviſa. Nam quidam veſtrum di. fi. n. S. tt. ſanctæ Praxedis presbyterum Cardinalem, quidam vero ven. f. noſtrum Imolen. Epiſcopum poſtulaverunt. Cumque partes poſtulationes ſuas per ſuos nuntios præſentaſſent, proponebatur ab iis, qui Cardinalem poſtulaverant memoratum, quod plures, quam duæ partes veſtrum, convenerant in eundem. Verum pars altera proponebat, quod digniores perſonæ poſtularant Epiſcopum Imolen. & quod in poſtulatione ipſius, & forma canonica, & tenor compromiſſionis fuerat obſervatus, cum tamquam ſuffraganeus Ravennatis eccleſiæ poſtulatus de ipſius gremio extitiſſet. Fuerat enim compromiſſũ, ut de corpore Ravennat. eccleſiæ, vel Archiepiſcopatu perſonã eligerent congruentẽ, quod pars altera frivolũ aſſerebat, cum etſi talis condicio fuiſſet adjecta, poterat tamen de Romanæ ſedis collegio propter ipſius privilegium præfata poſtulari perſona, cum membra capitis a membris corporis cenſeri non debeant aliena. Nos igitur auditis, quæ de facto fuerunt hinc inde propoſita, & de jure inſuper allegata, deliberavimus cum fratribus noſtris, & plenius etiam pro utralibet partium curavimus allegare. Conſideravimus vero quod ejuſdem Cardinalis præſentia utilior ſit, non ſolum Romanæ, ſed etiam eccleſiæ generali apud Ap. ſedem, quam apud Ravennatem eccleſiam, & quod majoris meriti ſit, in hujuſmodi neceſſitatis articulo præire in ſanctæ terræ ſubſidium exercitui Jeſu Chriſti, quam ſuſcipere pondus officii paſtoralis. Unde non immerito præferentes ſpeciali utilitati communem, & minori majorem, prædictum Cardinalem poſtulationi veſtræ non duximus concedendum: atten-

den-

dentes autem ex altera parte, quod prædictus Epiſcopus Imolen. a minori, quam tertia parte fuerit poſtulatus, & quod Ap. ſed. poſtulationes hujuſmodi non conſueverit in tanta diviſione, ac contradictione recipere, cum quando etiam aliquis ab aliis unanimiter poſtulatur, admittendam poſtulationem eorum, non tam ex juſtitia, quam gratia moveatur, poſtulationem ipſius non duximus admittendam. Monemus igitur di. v. & exhort. at. & per A. s.m. qua. infra menſem poſt ſuſceptionem præſentium, cum iis, qui vocem in electione habere noſcuntur, per electionem, poſtulationem, ſeu nominationem canonicam in perſonam idoneam, quæ in eccleſiæ Romanæ devotione perſiſtat, concorditer convenire curetis, & electionem, poſtulationem, ſeu nominationem veſtram per idoneos nuntios ſedi Ap. præſentetis. Venient autem iidem nuntii parati, ut ſi forte, quod abſit, factum veſtrum fuerit exigente juſtitia reprobandum, illum recipiant, quem nos vobis providebimus in paſtorem. Alioquin cum eidem eccleſiæ cupiamus ſollicitius providere, nullatenus omittemus, quin ei auctoritate Ap. paſtorem idoneum aſſignare curemus.

CAPUT IV.

*Idem Præpoſito, & C. Strigonien.*

c. 4. eod. Bonæ mem. W. Archiepiſcopo veſtro viam univerſæ carnis ingreſſo, cum in ve. f. noſtrum Colocen. Archiepiſcopum poſtulandum a nobis contuliſſetis unanimiter vota veſtra, & regium ſuper hoc obtinuiſſetis aſſenſum, ſuffraganei Strigonien. eccleſiæ quinque eccleſien. videlicet, Watien. Weſprüen. & Nitrien. Epiſcopi poſtulationi veſtræ ſe opponere curaverunt, aſſerentes, quod eis contemptis, qui jus habebant eligendi vobiſcum, poſtulatio eadem fuerat attemptata, licet nuntii veſtri proponerent ex adverſo, quod ſuper præficiendo vobis Pont. de gratia multotiens ſuffraganeorum fuerat requiſitus aſſenſus, ſed Epiſcopi vobis conſilium denegaverunt. Nuntiis igitur in noſtra præſentia conſtitutis, & proponentibus adverſariis quædam alia contra poſtulationis veſtræ proceſſum, quæ in prioribus litteris meminimus nos plenius expreſſiſſe, quia nobis de propoſitis non conſtabat, ita duximus providendum, ut ſi ſuffraganeis perſiſtentibus in contradictione ſua, vos poſtulationi veſtræ volentes inſtare, uſque ad ſeptuageſimam tunc primo venturam, per procuratores idoneos ad omnia ſufficienter inſtructos ad ſedem Ap. veniretis, ut ſtatueremus utraque parte præſente, quod juſtitia ſuaderet: ſi autem illi a contradictione ceſſarent, & vos propoſito veſtro inſtaretis, mitteretis ad præſentiam noſtram perſonas idoneas infra terminum ſupradictum, qui ſuper iis, quæ opportuna forent, nos redderet certiores. Quod ſi contradicentibus Epiſcopis memoratis vos contingeret de jure veſtro diffidere, ne laborem, & dolorem ſubiretis incaſſum aliam perſonam idoneam provideretis vobis canonice in paſtorem. Ceterum cum inclitæ recordationis Rex Ungariæ viam fuiſſet univerſæ carnis ingreſſus, quidam veſtrum a poſtulatione, quam nobis præſentaveratis communiter, temere recedentes, aliis perſiſtentibus in eadem, & ad ſe. Ap. appellantibus prædictum Quinque eccleſien. Epiſcopum in Archiepiſcopum poſtulaverunt, quorum votis nullus ſuffraganeorum aſſenſit, excepto dumtaxat Epiſcopo Nitrien. & licet Kariſſimus in Chriſto filius noſter A. Ungariæ Rex Illuſ. tunc Dux regni Ungariæ L. nepotis ſui Regis nomine, cujus tutelam, & regni curam ipſi frater ejus commiſerat gubernator (1), precum ſuarum primitias ad nos prædicti Colocen. poſtulationem tranſmiſerit, poſtmodum tamen pro Quinque eccleſien. Epiſcopo ad Strigonien. metropolim transferendo nobis per litteras ſuas humiliter ſupplicavit. Nos igitur ſuper poſtulatione ipſa cum fratribus noſtris habito diligenti tractatu, quoniam invenimus eam poſt appellationes interpoſitas in multa diſcordia non ſolum ſuffraganeorum, verum etiam canonicorum Strigonien. eccleſiæ contra formam mandati noſtri, regulari ordine prætermiſſo, temere celebratam, illam exigente juſtitia non duximus admittendam, ſed vobis dedimus in mandatis, ut ad providendum vobis paſtorem idoneum per electionem canonicam, vel poſtulationem concordem requiſito ſuffraganeorum aſſenſu, ſi eſſet de antiqua, & approbata conſuetudine requirendum, infra menſem poſt ſuſceptionem litterarum noſtrarum procedere curaretis; alioquin extunc, ne gregi dominico deeſſet diutius cura paſtoralis, nos ipſi provideremus eccleſiæ viduatæ ſecundum officii noſtri debitum ex plenitudine Apoſtolicæ poteſtatis. Verum antequam ad vos noſtræ litteræ pervenirent, innitentes mandato priori, ſuffraganeos, qui erant in regno præſentes, præter prædictum Quinque eccleſien. Epiſcopum ad concordiam revocaſtis, ita quod Watien. & Weſprumen. & Jacien. Epiſcopi pro translatione Colocen. Archiepiſcopi ſalvo ſuo jure in poſterum, cui propter afflictionem, & neceſſitatem Strigonien. eccleſiæ ſuperſedebant ad præſens, nos humiliter rogaverunt prædicto Nitrien. ſcribente, quod ſi non placeret vobis, electionem factam de Quinque eccleſien. admittere poſtulationem alterius ſine præjudicio juris ſui, ſuppliciter exorabant. Poſt hæc autem mandato noſtro ſuſcepto ii, qui convenerant in Archiepiſcopum Colocen. ab ejus poſtulatione, ſicut fuit propoſitum coram nobis, recedere noluerunt, ſed innovantes eandem, quibuſdam canonicorum, qui in partem alteram declinaverant, reverſis ad eos, cum prædicti Regis, & ſuffraganeorum litteris, di. f. A. magiſtrum ſcholarum, M. Theſaurarium, A. Archidiaconum, & A. & N. canonicos Strigonien. eccleſiæ ad ſedem Ap. deſtinaverunt, ſuper poſtulatione diſpenſationis gratiam petituros, ceteri vero, qui Quinque eccleſien. Epiſcopum poſtulaverant, ſicut ex eorum parte fuit propoſitum coram nobis, convenientes in unum, ceteros canonicos ad capitulum convocarunt ad poſtulationem concordem, vel electionem canonicam, juxta mandatum Apoſtolicum, infra termi-



(1) Forte, *gubernandam*.

minum præfixum procedere cupientes, ſed illis nolentibus convenire, intelligentes penes ſe tantum remanſiſſe facultatem liberam eligendi, quia reliqui jus ſuum proſequi negligebant, prædictum Quinque eccleſien. Epiſcopum, licet ne id fieret, fuiſſet ab aliis appellatum, denuo poſtularunt. Cum ergo utriuſque partis nuntii ad ſedem Ap. perveniſſent, ii, qui pro Quinque eccleſien. Epiſcopo venerant, proponebant partem ſuam juxta mandatum Apoſtolicum proceſſiſſe, nec obſtante diſcordia, vel contradictione eorum, qui juxta formam mandati noſtri procedere contemnentes, illo recepto nec elegerant quemquam canonice, nec concorditer poſtularant. Unde concors debebat eorum poſtulatio reputari, cum ceteri tanquam juſſionis Apoſtolicæ contemptores, eligendi, & poſtulandi ſe jure privaſſent, dum nec poſtulare, nec eligere voluerunt, immo etiam nec ad capitulum convenire. Ad hoc autem poterat reſponderi, quod illi, qui Colocen. Archiepiſcopum poſtulaverant, formam ſecuti fuerant per noſtras litteras ſibi datam, quoniam innitentes poſtulationi priori juxta tenorem litterarum priorum noſtrarum, concordem fecerant, quæ fuerat prius diſcors, dum ſuffraganeos ad concordiam revocaverunt, nec nocebat eorum diſcordia, qui alium poſtulaverunt, cum prius in poſtulatione Archiepiſcopi ſupradicti conveniſſetis pariter univerſi, & conſenſum veſtrum annotatum litteris, & ſubſcriptionibus propriis roboratum petiſſetis a nobis per communes nuntios confirmari: noſque veſtram recepiſſemus poſtulationem dijudicandam, ſuffraganei forſitan in contradictione perſiſterent, vel ſi conſentirent, aut concederent approbandam. Si enim poſtquam poſtulatio ſubſcriptionibus poſtulantium roboratur, & præſentatur Romano Pont. approbanda, poſſent ab ea recedere poſtulantes, nobis frequenter illuderent, & judicium noſtrum ex eorum pendere arbitrio videretur. Poterat quoque addi, quod pars altera mandatum Ap. non ſervarat, utpote, quæ nec poſtulationem concordem, nec electionem canonicam celebrarat, cum in majori contradictione, quam prius non ſolum canonicorum, ſed ſuffraganeorum etiam ipſo Rege adverſæ parti favente, prædictum Quinque eccleſien. Epiſcopum poſtulaſſet. Auditis igitur his, & aliis, quæ fuerunt hinc inde propoſita, & habito ſuper his cum fratribus noſtris diligenti tractatu, intelleximus, quod etſi neutra eſſet poſtulatio approbanda, juxta tenorem tamen poſterioris reſcripti ad nos de cetero Strigonien. eccleſiæ proviſio pertineret. Quia vero non plenam de perſonis illius regni notitiam habebamus, ideoque non poteramus, ſalva conſcientia noſtra, eidem eccleſiæ in alia perſona, quæ de regno Ungariæ origenem duceret, congrue providere, nec vellemus ei præficere alienum, quamvis & honeſtius videretur, ſi ſuffraganeus ad metropolim ſuam accederet, quam Archiepiſcopus ad metropolim transferretur; partem tamen elegimus potiorem, ut & eundem Archiepiſcopum, in quem omnes, quorum conſenſus in electione, vel poſtulatione paſtoris requiritur, licet temporibus diverſis convenerat, a vinculo, quo tenebatur Colocen. eccleſiæ, abſolventes, ad metropolim Strigonien. transferimus, & ei licentiam tribuimus tranſeundi, pallium ei ad nomen, & uſum ejuſdem eccleſiæ tranſmiſſuri.

CAPUT V.

*Idem Capitulo Strigonien.*

POſtulationem, quam celebratis, & infra. Licet ergo per poſtulationem hujuſmodi nullum jus ſit alicui acquiſitum, ideoque ſine præjudicio alicujus poſtulationem potuiſſemus repellere memoratam, ut tamen vobis, quantum cum Deo poſſumus, de ſpeciali gratia conſulamus, ita duximus providendum, quod ſi præfati Pontifices in contradictione perſiſterent, & vos ad poſtulationem eorum inſtiteris obtinendam, quia nobis non conſtitit de præmiſſis, uſque ad ſeptuageſimam proximo venturam per procuratores idoneos ad omnia ſufficienter inſtructos noſtro vos conſpectui præſentetis, qua utraque parte præſente, quod juſtum fuerit, decernamus. c. 5. eod.

TITULUS V.

DE TRANSLATIONE EPISCOPI, ET ELECTI.

CAPUT I.

*Idem Antiocheno Patriarchæ.*

CUM ex illo generali privilegio, quod beato Petro, & per eum eccleſiæ Romanæ dominus noſter indulſit, canonica poſtmodum manaverint inſtituta continentia, majores eccleſiæ caſus eſſe ad ſedem Ap. perferendos, ac per hoc tranſlationes Epiſcoporum, ſicut depoſitiones eorum & ſedium mutationes ad ſummum Ap. ſedis Antiſtitem de jure pertineant, nec ſuper his aliqua præter ejus aſſenſum debeant immutari, miramur non modicum, & movemur, quod prædeceſſoris tui exempla ſecutus, qui motu propriæ voluntatis Manuſtan. in Tarſen. dicitur tranſtuliſſe, Ja. quondam Apamien. electum in Tripolitanam eccleſiam tranſtuliſti, nec tibi ſufficit dictam prædeceſſoris tui præſumptionem ſolummodo imitari, immo etiam injuriam noſtram ipſius tranſgreſſus exceſſum, novo quodam mutationis genere parvificaſti majorem, & magnum quodammodo minoraſti, Epiſcopare Archiepiſcopum, immo potius dearchiepiſcopare præſumens, cum dictus prædeceſſor tuus dictum Archiepiſcopum de Tarſen. eccleſia in eccleſiam tranſtulit ſimilis dignitatis. Licet enim dictus L. nondum fuiſſet in Archiepiſcopum conſecratus, confirmationis tamen munus receperat, & Archiepiſcopalia, quantum ei licuerat, miniſtrarat, ſicut ipſius relatione nobis innotuit, qui Senalimen. Epiſcopum, cum in noſtra eſſet præſentia conſtitutus, aſſeruit confirmaſſe. Ne igitur perpetrandi ſimilia ceteris audacia tribuatur, ſi tantus exceſſus relictus fuerit impunitus, te a confirmatione Epiſcoporum duximus ſuſpendendum, quo uſque ſuper hoc aliud ſtatuamus. De translat. Epiſc. c. 1.

CAPUT II.

*Idem Decano, & Capitulo Andegaven.*

INter corporalia, & ſpiritualia eam cognovimus exiſtere differentiam, quod corporalia facilius deſtruuntur, quam conſtruantur, ſpiritualia c. 2. eod.

lia

lia vero facilius conſtruuntur, quam deſtruantur. Unde juxta canonicas ſanctiones, Epiſcopus ſolus honorem dare poteſt, ſolus autem auferre non poteſt. Epiſcopi quoque a metropolitanis ſuis munus conſecrationis accipiunt; qui tamen non poſſunt, niſi per Romani Pont. ſententiam damnari. Cum ergo fortius ſit ſpirituale vinculum, quam carnale, dubitari non debet, quin omnipotens Deus ſpirituale conjugium, quod eſt inter Epiſcopum, & eccleſiam ſuo judicio reſervaverit diſſolvendum, qui diſſolutionem carnalis conjugii, quod eſt inter virum, & fœminã, ſuo tantum judicio reſervavit, præcipiens, ut quos Deus conjunxit, homo non ſeparet: non enim humana, ſed etiam divina poteſtate conjugium ſpirituale diſſolvitur, cum per translationem, vel depoſitionem, aut etiam ceſſionem, auctoritate Romani Pontificis, quem conſtat eſſe vicarium Jeſu Chriſti, Epiſcopus ab eccleſia removetur, & ideo tria hæc, quæ præmiſimus, non tam conſtitutione canonica, quam inſtitutione divina ſunt Romano Pont. reſervata. Sicut autem Epiſcopus conſecratus ſine licentia Romani Pont. ſuam non debet eccleſiam derelinquere, ſic & electus, & confirmatus præter ejus aſſenſum, ſuam nequit deſerere eccleſiam, cui eſt matrimonialiter alligatus, cum non debeat in dubium revocari, quin poſt electionem, & confirmationem canonicam inter perſonas eligentium, & electi conjugium ſit ſpirituale contractum, cui profecto Epiſcopalis dignitas nil addit, cum quis Epiſcopali præditus dignitate, nullius tamen eccleſiæ poſſit Epiſcopus eſſe, quemadmodum de illo contingit, qui oneri pontificali renuntiat, non honori. Unde, cum non majus ſit vinculum Epiſcopi ad eccleſiam, quam electi, maxime cum fuerit confirmatus, immo idem penitus, & non aliud idem juris obtinet in utroque. Sicut enim Epiſcoporum translatio, vel etiam depoſitio, ſic & electorum ceſſio poſt confirmationem ſpiritualis ratione conjugii, ſoli eſt Rom. Pontifici reſervata, uſque licet ad tempora iſta, quod cautum fuerat de Epiſcopis, expreſſum non fuerat de electis, propter expreſſam tamen ſimilitudinem, vel indemnitatem (1) potius nemini poterat videri dubium ſubtiliter intuenti: cum idem judicium de ſimilibus ſit habendum, ſed neque illud, quod in canone legitur de electo, ſi ultra ſex menſes per ſuam negligentiam eccleſiam retinuerit viduatam, nec ibi, nec alibi donum conſecrationis accipiat, immo metropolitani ſui cedat judicio, aliter intelligentibus poterat ſuffragari, cum non intelligatur eccleſia viduata, quaſi ſponſum non habeat, ſed quia, cum ſponſus ejus nondum ſit conſecratus, adhuc, quo ad quædam, quaſi viri maneat ſolatio deſtituta, ſicut juxta communem modum loquendi, illa dicitur eccleſia viduata, quæ licet Epiſcopum habeat, inutilem tamen perhibetur habere, nec quod de ceſſione ſubſequitur, & ſtatutum fuit ad pœnam, trahi debet ad gratiam, ut ſicut metropolitani judicio electus deiicitur, ita etiam ad aliam eccleſiam poſſit transferri; præſertim cum nec ſine auctoritate Romani Pontificis fiat ceſſio, vel dejectio memorata, qui ut hæc poſſent ex canone illo, metropolitan. indulſit. Unde ſi circa translationem idem fieri voluiſſet, quod de ceſſione dixerat, & de translatione poterat expreſſiſſe, & quod non eſt ſanctorum patrum decreto ſancitum, ſuperſtitioſis non eſt adinventionibus præſumendum, præſertim cum numquam intelligatur prohibitum, quod non invenitur expreſſum. Sane nos, qui ſacra docente ſcriptura monemur, ne noſtrum alii demus honorem, quoniam Apoſtolatui noſtro multis referentibus innotuerat, quod ve. f. noſter Turon. Archiepiſcopus magiſtrum W. qui electus fuerat in Epiſcopum Abricen. & per metropolitanum ſuũ poſtea confirmatus, qui aliquamdiu tam in ſpiritualibus, quam in temporalibus miniſtraverat in eccleſia veſtra, præter Ap. ſe. auctoritatem transferre præſumpſit, & Epiſcopum conſecrare, quem etiam ve. f. n. Rothomagen. Archiepiſcopus præter Ap. ſe. mandatum abſolvit, & ei præbuit licentiam transeundi, ve. f. noſtro Bituricen. Archiepiſcopo, de quo plenam fiduciam obtinemus, dedimus in mandatis, ut inquiſita plenius veritate, ſi rem geſtam taliter inveniret, tam memoratum Turon. quam ipſum Rothomagen. Archiepiſcopos, qui ſaltem Ap. ſe. ſuper hoc, quod novum emerſerat, præſertim cum juxta canonicas ſanctiones majores eccleſiaſticæ cauſæ ad ſ. Ap. ſint referendæ, conſulere debuerunt, a confirmatione pariter, & conſecratione Pontificum, memoratum vero W. ab executione Pontificalis officii noſtra fretus auctoritate ſuſpenderet, qui mandati noſtri diligens executor, ſuper quo devotionem ejus digna gratiarum proſequimur actione, cum per confeſſionem ſpontaneam eidem Bituricen. Archiepiſcopo de veritate negotii conſtitiſſet, dictos Archiepiſcopos, & Epiſcopum, juxta tenorem mandati noſtri, ſuſpendit, & quamvis iidem Archiepiſcopi Turon. & Rothomagen. tamquam majores plus exceſſerint in præmiſſis, præfatus vero Epiſcopus minus, utpote illorum tamquam majorum errorem ſecutus, nos tamen intellecta per litteras & per nuntios eorundem Archiepiſcoporum confeſſione ſpontanea, & ſupp. devota veniam errori dedimus, quia non ex malignitate, ſed ex ſimplicitate peccaverant, & quoniam præfatus Epiſcopus & minus peccaverat, ſicut ex præmiſſis apparet, ſeverius fuerat caſtigatus, ad Ap. ſe. licet ſpontanea voluntate, non tamen ſine multis laboribus, & expenſis acceſſit, reatum ſuum recognoſcens humiliter, & devote miſericordiam poſtulans, & judicium non requirens. Nos ſuper facto ejus cum fratribus noſtris communem tractatum habentes, & ſubtiliter indagantes, quod licet ſibi munus conſecrationis impenſum, nec prioris eccleſiæ ipſum Pontificem fecerit, nec ſecundæ, cum ad primam non fuerit conſecratus, & ad ſecundam priori vinculo perdurante non potuit canonice conſecrari, adhuc autem conjugaliter alteri alligatus, illud tamen provide attendentes, quod & urgens neceſſitas, & evidens utilitas ecce-



(1) *Identitatem*, forte.

cleſiæ veſtræ, quoniam non poteratis in aliam perſonam idoneam convenire, diſpenſationis gratiam requirebant, eo de plenitudine poteſtatis, tam a vinculo prioris eccleſiæ, quam a pœna ſuſpenſionis penitus abſoluto, de benignitate ſibi ſe. Ap. duximus concedendum, ut priore conſenſu hactenus perdurante, ſicut per litteras perſonarum eccleſiæ veſtræ nobis intimatum eſt, Andegaven. eccleſiam, tamquam proprius Pontifex ad gloriam, & laudem nominis Dei, ad honorem, & exaltationem ipſius, & ad ſalutem, & utilitatem ſuam, & tam cleri, quam populi ſibi commiſſi ſtudeat gubernare, ut præveniente divina gratia & ſequente, plus prodeſſe velit, & valeat, quam præeſſe.

## CAPUT III.

*Idem Bambergen. Epiſcopo, & P. ſcholaſtico Magunt.*

c. 3. eod. QUanto perſonam ve. ſ. noſtri Hildeſem. quondam Epiſcopi ſinceriori diligebamus affectu, tanto ſecurius ſperabamus, quod nihil adverſus matrem ſuam Romanam eccleſiam in præjudicium ſui ordinis, & eccleſiaſticæ diſciplinæ diſpendium attemptaret. Sane ſicut certa multorum aſſertione comperimus, & ſuarum didicimus nihilominus teſtimonio litterarum, quibus ad nos directis, Herbipolenſem ſe Pontificem nominabat, ipſe relicta Hildeſem. eccleſia, cui fuerat ſpirituali gratia conjugio copulatus, ad Herbipolen. ſine auctoritate Romani Pont. auctoritate propria tranſivit: non attendens, quod veritas in Evangelio proteſtatur: *quos Deus conjunxit, homo non ſeparet*, poteſtatem transferendi Pontifices ita ſibi retinuit Dominus, & magiſter, quod ſoli beato Petro vicario ſuo, & per ipſum ſucceſſoribus ſuis, & nobis ipſis, qui locum ejus, licet indigni, tenemus in terris, ſpeciali privilegio præbuit, & conceſſit, ſicut teſtatur antiquitas, cui decreta patrum ſanxerunt reverentiam exhibendam, & evidenter aſſerunt ſacrorum canonum ſanctiones: non enim homo, ſed Deus ſeparat, quos Romanus Pontifex, qui non puri hominis, ſed veri Dei vicem gerit in terris, eccleſiarum neceſſitate, vel utilitate penſata, non humana, ſed divina potius auctoritate diſſolvit. Nolentes autem tantæ præſumptionis audaciam relinquere impunitam, cum ſecundum Apoſtolum, omnem inobedientiam prompti ſumus ulciſci, ne facti perverſitas tranſeat præſumptoribus in exemplum, quod quidem ſi verum eſt, non poteſt non eſſe notorium; auctoritate omnipotentis Dei, & beatorum P. & P. Apoſtolorum, & noſtra, de communi fratrum n. conſilio, in virtute ſancti S. diſtricte tibi (1) præcipimus, ut viſis litteris noſtris, omni contradictione, & ap. ces. adminiſtrationem ipſius Herbipolen. eccleſiæ, tam in ſpiritualibus, quam temporalibus penitus derelinquat. Si vero, quod non credimus, hanc ſuſpenſionem noſtram non curaverit humiliter obſervare, & inhibita ſibi uſurpare præſumpſerit, excommunicationis vinculo ipſum decernimus innodatum. Omnibus etiam tam clericis, quam laicis Herbipolen. diœceſis ſub anathematis interminatione præcipimus, ut non obſtante juramento fidelitatis, omnem ipſi obedientiam ſubtrahant, quam ipſe ſibi contra ſacros canones uſurpavit; non attendens, quod dicit Apoſtolus: *Nemo ſibi aſſumat honorem, ſed qui vocatur a Deo, tamquam Aaron.* Ceterum, quoniam Herbipolen. canonici vota ſua in ipſum prorſus illicite contulerunt, volentes, ſicut dignum eſt, ut in eo puniantur, in quo peccaverunt, eligendi eos hac vice poteſtate ſuſpendimus, etſi contra ſedis Apoſtolicæ interdictum ad cujuſquam nominationem proceſſerint, quod ab eis factum fuerit irritum decernimus, & inane. Quia vero jam dictam Hildeſemen. eccleſiam, cui fuerat alligatus, unde ſecundum Apoſtolum ſolutionem quærere non debebat, nimis improbe dereliquit; ne ad ipſam redeat ulterius, in virtute S. S. ei diſtrictius inhibemus, cum ſecundum canonicas traditiones qui ad majorem ſe plebem tranſtulerit, a cathedra debet pelli aliena, & carere propria, ut nec illis præſideat, quos per ſuperbiam ſprevit, nec illis præſideat, quos per avaritiam concupivit.

## CAPUT IV.

*Idem Bened. Burgen. Epiſcopo, & P. ſcholaſtico Maguiranen.*

LIcet in tantum, & infra. Quædam vero ſibi cap. 4. e. Ap. ſe. quodam modo ſpecialiter, & ſingulariter reſervavit, ut præter ſpecialem auctoritatem ipſius nec jure agi debeant, nec attemptari valeant cum effectu. In his autem ſpecialiter tranſlationes Epiſcoporum adeo non tam conſtitutio canonica, quam divina ejus tantum poteſtati commiſit, ut ſicut legitimum matrimoniale vinculum, quod eſt inter virum, & uxorem, homo diſſolvere nequit domino dicente in Evangelio: *quos Deus conjunxit, homo non ſeparet*: ſic & ſpirituale fœdus conjugii, quod eſt inter Epiſcopum, & eccleſiam, quod in electione initiatur, ratum in confirmatione, & in conſecratione intelligitur conſummatum, ſine illius auctoritate ſolvi non poteſt, qui ſucceſſor eſt Petri, & vicarius Jeſu Chriſti. Hæc autem S. quondam Hildeſem. Epiſcopus non attendens, licentiam noſtram, nec poſtulatam, nec habitam, contra canonicas ſanctiones, & injuriam Ap. ſe. cujus ſuper hoc fuerat & requirendus, & obtinendus aſſenſus, ad Herbipolen. eccleſiam ab Hildeſem. non auctoritate noſtra, ſed propria temeritate tranſivit, & adminiſtrationi ejus ſe ingerens, Herbipolen. ſe fecit Epiſcopum nominari, & infra. Nec illa ſe. re. Cæleſtini Papæ prædeceſſoris n. indulgentia, quam impetraſſe refertur, in hoc præſumptionem excuſat ipſius, ſed ambitionem accuſat; utpote, quæ ipſum reddidit de ambitione notabilem, non autem contulit ad aliam Epiſcopalem eccleſiam tranſeundi licentiam, cum ſit in ea expreſſum, quod ſi ad majorem vocaretur forſitan dignitatē, eam liceret ſibi aſſumere, dum tamen nihil ei de ſtatutis canonicis obviaret. Unde licet forſitan aliquibus videatur indulgentiæ occaſione ipſius, ut ad dignitatem poſſit tranſire majorem, ad parem ta-

(1) *Sibi*, Greg. IX.

UNED

tamen ipſi tranſire non licuit, cum in majori dignitate propter majorem utilitatem facilius ſoleat diſpenſari. Propterea cum poſtulatio, ſicut & electio, examinari ſoleat diligenter, & tenor illius indulgentiæ non ſolum videatur poſtulationis examinationem, ſed perſonæ etiam reſervaſſe, ſubjungens, dummodo nihil appareat, quod tibi de canonicis obviet inſtitutis, antequam per eum poſtulatio examinata fuiſſet, cui fuerat facienda, nulla debuerat ratione tranſire.

## TITULUS VI.
## DE ELECTIONE, ET ELECTI POTESTATE.
### CAPUT I.
*Idem de Cælla ſancti P. & Nutrien. Abbatibus, & Præpoſito Vercellen.*

De elect. c. 16. CUM inter dilectum fi. R. ſeniorem, & R. juniorem ſuper Abbatia Scafuſen. quæſtio verteretur, eis in noſtra præſentia conſtitutis, dilectos fi. G. ſanctorum Coſmæ & Dam. & ſanctæ M. in Acquiro diac. Card. dedimus auditores, in quorum præſentia fuit propoſitum, quod cum controverſia ipſa fuerit diverſis judicibus commiſſa, deinde ambæ partes ad ſe. Ap. acceſſerunt, quibus a bo. me. Cel. Papa prædeceſſore noſtro nos ipſi cum in minori eramus officio conſtituti, & dil. fi. n. tt. S. Stephani presbyteri Card. dati fuimus auditores, & cum utrimque coram nobis eſſet diutius allegatum, & eidem prædeceſſori noſtro per nos eſſet proceſſus negotii declaratus, ipſe prædictum R. ſententiam cum inſtantia poſtulantem, ad componendum coegit invitum, & ſic Abbatiæ renuntians de manu ejus cuſtodiam, & etiam Prioratum recepit ab eo, dum viveret, ſine quæſtione qualibet poſſidendos. Huic autem ordinationi licet invitus conſentiret, domum tamen reverſus adverſariis compoſitionem ipſam in nullo volentibus obſervare, non potuit, quæ conceſſa ſunt, obtinere, quin potius in eum, quod deterius eſt, manus injecerunt poſtea monachi violentas, ſed adjutus ab illius loci hominibus, & monachorum manus evadens, ad app. ſubſidium convolavit. Interim vero dil. fi. n. P. ſanctæ M. in via Lata Diaconus Card. Ap. ſe. Legatus ad partes illas accedens pro jam dictis, & aliis multis exceſſibus, & ſuſpendit monachos, & monaſterium interdixit; ipſi vero contempta ſententia Card. divina promptius, quam antea celebrarunt, & poſt ap. ab eodem R. ſeniore ad nos interpoſitam, dictum R. juniorem pariter eligentes, ipſum benedicendum diœceſano Epiſcopo præſentarunt, qui poſt ap. interpoſitam benedixit eum, & in eccleſia interdicta, & infra. Cum autem, quæ præmiſſa ſunt, & alia quædam præfati Card. nobis, & fratribus noſtris prudenter, & fideliter retuliſſent, nos attendentes, quod ex conſenſu compoſitionis receptæ, quam pr. n. confirmaverat, jus, quod ſibi competierat, R. ſenior amiſiſſet, ac per hoc ne monachi procederent ad electionem, appellare de jure minime potuiſſe, cum niſi quorum intereſt, audiri non ſoleant appellantes: de conſilio f. n. app. illam dicimus legitimam non fuiſſe, unde per eam electio non potuit impediri, & infra. Sane quamvis dilectus f. P. Præpoſitus, & capitulum Conſtantien. de interdicto præmiſſo a Card. quod poſuerat, illud in ſuis litteris inſeruerit, quia tamen per id, quod R. juniori diœceſ. Epiſcopus munus benedictionis impendit, ei videtur, quod præmiſimus, obviare. Unde vel ſcriptura facto, vel factum ſcipturæ præjudicat, nec probatum fuit, licet objectum, quod ab interdictis electio fuit celebrata, ipſam non potuimus irritare, præſertim cum contra perſonam electi nihil fuerat intemptatum. Ideoque cauſam ipſam ſub eadem forma vobis duximus de communi conſenſu partium committendam, ut ſi conſtiterit, quod electio facta fuerit a ſuſpenſis, ea omnino caſſata ipſi monaſterio poſt ſatisfactionem condignam ſuſpenſionis, interdicti ſententia relaxata, de perſona idonea conſulatur alioquin, ne utilitas mo. retardetur, præmiſſam electionem per vos ap. re. volumus confirmari, & R. juniorem Abbatiæ pacifica poſſeſſione gaudere.

### CAPUT II.
*Idem Capitulo Pen.*

QUaliter poſt obitum bonæ me. Pen. Epiſcopi eccleſia veſtra vacante, receptis prius ſuper electione facienda litteris noſtris Primicerium veſtrum vobis eligeritis in paſtorem, vos tamquam auctores electionis ipſius plenius cognoviſtis. Verum quoniam electus ante confirmationem obtentam, adminiſtrationi Epiſcopatus ſe irreverenter immiſcuit, & tam a clericis, quam laicis juramenta recepit, non attendens, quod ſecundum Apoſtolum, nemo debet ſibi honorem aſſumere, ſed qui vocatur a Deo tamquam Aaron, nec donum ſcientiæ pontificis fuerat aſſecutus, cum juxta verbum dominicum, *qui fecerit, & docuerit, magnus vocetur in regno cælorum*, poſtquam nobis eundem præſentaſtis electum, ſufficienti examinatione præmiſſa, communicato f. n. conſilio, electionem de ipſo factam exigente juſtitia duximus irritandam, quidquid ex ea, vel ob eam factum eſt, denuntiantes penitus non tenere. c. 17. eod.

### CAPUT III.
*Idem Capitulo Capuano.*

CUM inter univerſas metropoles Capuan. ſit Ap. ſe. vicinior, ad proviſionem ipſius ſpiritualius aſpiramus, talem ipſi perſonam præfigi cupientes, quæ ſicut alios metropolitanos loci vicinitate, ſic & devotionis affectu præcellat, per quam & ipſa metropol. tam in ſpiritualibus, quam in temporalibus ſuſcipiat incrementum. Intelleximus autem per dil. f. L. & F. canonicos veſtros, & litteras, quas ad ſedem Ap. detulerunt, quod ad Decanum, & ad alios canonicos veſtros Panormi manentes, cum ex eorum parte fuiſſet per litteras intimatum, ut eccleſiæ Capuanæ damna penſantes, ſic tractaretis ſuper electione ſubſtituendi paſtoris, quod nullum deberetis in eorum abſentia nominare, quendam ſocium veſtrum cum litteris deſtinaſtis, XII. terminum dierum aſſignantes, infra quem poſt receptionem litterarum veſtrarum iter arriperent redeundi, quamvis eccleſiaſtica conſuetudo non exigat, ut ad electionem paſtoris canonici tam remoti vocentur, & illi præcipue, qui longe antequam vos c. 18. eod.

me-

metropolitani veſtri obitum præſentialiter cognoverint, quorum aliqui poſt ejus deceſſum ad Capuanam eccleſiam ſunt reverſi. Quia vero mora longior in electionibus eſt valde ſuſpecta, immo ſæpe damnoſa, di. v. per A. s. m. qua. invocata Spiritus S. gratia, perſonam idoneam per electionem canonicam concorditer aſſumatis ad regimen eccleſiæ Capuanæ, conſequenter ad noſtram audientiam nuntios idoneos tranſmiſſuri, per quos a nobis vice Regia poſtuletis aſſenſum, & Ap. confirmationis gratiam requiratis, attentius proviſuri, ut in eo diſcretionis, & charitatis ſtudio procedatis, quod nec in electione vitium, nec in electo defectus valeat inveniri. Alioquin & factum electionis revocaremus in irritum, & perſonas eligentium puniremus.

## CAPUT IV.

*Idem Archidiacono, & Capitulo Capuano.*

c. 19. eod. CUM nobis olim de obitu, & infra. Cum autem ex utriuſque partis aſſertione conſtaret interpoſitam fuiſſe ap. canonicam, ne fieret electio, niſi canonica ſecundum mandati noſtri tenorem, ad noſtram fuit audientiam appellatum, videri poterat, quod poſt eam medio tempore nihil debuit innovari. Unde talis electio judicanda erat irrita, & inanis, utpote poſt ap. canonice interpoſitam attemptata, ſed e contra cum appellatum fuiſſet, non ut nulla fieret electio, ſed ut fieret canonica, ſi factum electionis fuit canonice ſubſecutum, non utique contra formam appellationis hujuſmodi, ſed magis ſecundum eam videbatur eſſe proceſſum, & ideo licet poſt app. non tamen contra fuit eadem electio celebrata, propter quod non erat aliquatenus irritanda. Nam cum duæ partes, & amplius electioni conſenſerint, & conſentiant, licet cautum reperiatur in canone, ut tunc alter de altera eligatur eccleſia, cum nullus in propria fuerit repertus idoneus, quia tamen hoc in favorem introductum eſt clericorum, & cuique licet renuntiare juri, quod pro ſe noſcitur introductum, vos qui duæ partes eratis, & amplius, cum hoc, quod duæ partes capituli faciunt, totum facere videatur, in hac parte juri, quod pro vobis facere videbatur, renuntiare potuiſtis, & electionem de perſona alterius eccleſiæ celebrare, præſertim cum illud decretum locum videatur habere, quando clericis renitentibus & invitis per alicujus violentiam poteſtatis extraneus ingeritur ex adverſo, propter quod ſequitur in decreto, ut ſit facultas clericis renitendi, ſi ſe viderint prægravari, et ſi quos ingeri ſibi viderint ex adverſo, non timeant refutare. Præterea, cum ſe. Ap. caput omnium eccleſiarum exiſtat, & Romanus Pont. judex ſit ordinarius ſingulorum, quando de ipſa quis aſſumitur in prælatum alterius, ei poſſe obiici non videtur, propter capitis privilegium, quod obtinet plenitudinem poteſtatis, quod de aliena eccleſia eligatur, cum a capite membra reputari non debeant aliena. Item cum poſt app. emiſſam non ut fieret electio, quia talis appellatio nulla foret, ſed ut fieret canonica, dictus Archidiaconus Theatinus cum ſuis fautoribus chorum exiſſet, & vos illos, ut intereſſent, electioni faciendæ vobiſcum curaſſetis ſollicite revocare, quoniam ad electionem faciendam accedere noluerunt, alienos ſe feciſſe videntur, propter quod electioni a vobis concorditer celebratæ non poſſe de jure contradicere videbantur. Præſertim cum idem Archidiaconus poſtea requiſitus reſponderit, quod in præſentia noſtra ei vellet ſuum præbere conſenſum, & ideo, cum ſecundum ſtatutum Lateranen. concilii appellatione re. ſemper id debeat prævalere, quod a pluribus, & ſanioribus fuerit ordinatum, niſi forte a paucioribus & inferioribus aliquid rationabile objectum fuerit, & oſtenſum. A vobis celebrata electio, tamquam a majori, & ſaniori parte, non obſtante contradictione, vel ap. paucorum, * debeat, & poterat rationabiliter confirmari, cum id, quod objectum fuerat, & oſtenſum, rationibus præmiſſis appareat rationabile non fuiſſe. His igitur allegatis quamquam contra perſonam illius, quem eligiſtis, nihil umquam dictum fuerat, vel objectum, quia tamen verbum Apoſtoli dicentis, *nemini cito manum imponas*, debemus attendere diligenter ad ea, quæ circa perſonam inquirenda fuerant, duximus ex officio noſtro, ſicut decuit, procedendum, & quidem, cum tria ſint (1) in perſona electi præcipue inquirenda, videlicet ætas legitima, morum honeſtas, & litteratura ſufficiens, licet de honeſtate morum, tamquam ei, qui nobiſcum eſt aliquamdiu laudabiliter converſatus, poſſimus (2) ipſi laudabile teſtimonium perhibere, illius quoque litteraturæ, licet non eminentis, tamen convenientis exiſtat, ut pro defectu ſcientiæ, ſicut plenius intelleximus ab iis, qui eum melius cognoverunt, ab electione non deberet excludi, de legitima tamen ætate plene ſcire non potuimus veritatem, de qua nec vos, ut accepimus, cogitaſtis, cum a multis, cujus ætatis exiſteret, curavimus indagare, a nemine umquam audivimus, quod ætatis annum triceſimum attigiſſet. Cum autem ſecundum prædicti ſtatuta concilii, nullus debeat in Epiſcopum eligi, qui triceſimum ætatis annum non egerit, licet ſenectus venerabilis ſit, non diuturna, nec annorum numero computata, ſed cani hominis ſint ſenſus ejus, & ætas ſenectutis vita immaculata, quia tamen poſt illa tria, quæ Salomon aſſerit difficilia, quartum quaſi reputat impoſſibile, viam videlicet viri in adoleſcentia ſua tamquam inveſtigari non poſſit, nos eccleſiæ pariter & perſonæ providere volentes, & tam rationes, quam canones obſervare, habito ſuper hoc cum fratribus noſtris diligenti tractatu, quia propoſitum veſtrum providum intelleximus, & ideo propter urgentem neceſſitatem, & evidentem utilitatem eccleſiæ Capuan. quam in hac parte potius approbamus, volumus ipſum firmiter perdurare, præfatum ſubdiaconum noſtrum de communi f. n. con. vobis in procuratorem concedimus, liberam adminiſtrationem ei tam in ſpiritualibus, quam in temporalibus committentes.

* debebat.

CA-

[1] Al. *ſunt*. [2] Al. *poſſumus*.